¶ Prim⁹ grad⁹ eoꝝ q̄ sūt remota a nā̄li cognitiōe est ꝓpter rei cognoscēde cōditioneꝫ. qui etiā in triplici gradu subdistinguit. ¶ Prim⁹ gradus ē ꝓpter rei cognoscende supeminentiā. cuiusmodi sunt diuina maxime circa ꝑsonaruꝫ propria. Ideo de talibus facte sūt reuelationes prophetice Isaie ꝑ seraphi scūs clamantia. ꝛ clarius in nouo testō. i. Joh. v. Tres sūt qui testimoniū dant in celo. pater verbū ꝛ spūs sanctus. ¶ Secūd⁹ gradus est propter rei cognoscēde latētia. cuiusmodi sunt cordium secreta soli deo cognita. Unde ꝛ cogitatio Symonis magi per reuelationem fuit cognita Petro Act. viij. Ideo dixit ei Petrus. In felle amaritudinis video te esse. Cogitabat nāq3 gratiaꝫ spūs sancti vēdere. ¶ Tertius gradus est ꝓpter rei cognoscende distantiā. Que distantia vno mō accipit ex parte loci. ꝛ sic Heliseus per spiritum ꝓpheticuꝫ distans per magnū spacium. vidit giezi munera accipientē a Naaman vt habet. quarti Regū. v. c. Aliomō accipit distātia ex parte ꝑteriti tpis vel futuri. Pn̄s eni n̄ distat a nob. De distantib⁹ aūt ꝫm ꝑteritū facta fuit reuelatio Moysi de creatione mundi: vt dicit. Greg. sup Ezechielē. De distantib⁹ ꝫm futuꝝ fuerunt alie reuelationes prophetice. ¶ Secūdus gradus eorū que sunt a naturali nostra cognitione remota est propter ꝯditionē cognoscentis. Et ꝓpter hoc aliquando cognoscētis defect⁹ supplet ꝑ spm̄ ꝓpheticū. Et hoc mō Abias solonites cognouit vxorem Hieroboaꝫ domū suā ingredientē ꝗuis eēt cecus. iij. Reg. xiiij. c. ¶ Terti⁹ gradus eorū que sūt remota a conditiōe humana est ꝓpter cognoscendi moduꝫ. sicut Salomon habuit cognitionē animaliuꝫ ꝛ pisciū. Ut habet. iij. Reg. iiij. nō ꝑ exercitiū studij. ſ3 ꝑ inspirationē spūs sancti Fuerūt ergo ꝓphārū reuelationes non ex naturali ingenio: sed diuinitus inspirate. Qd̄ facile est inuestigare: qa vt inqt Scotus in prologo primi li. sn̄iarū. q. ij. vbi dicit ꝙ in non euidentibus ex terminis nec principia sic euidentia ex terminis habentibus: nō ꝯsonarēt firmiter ꝛ infallibiliter diuersimode dispositi: nisi a causa superiori ipsoꝝ intellectus ducerēt ad assēsū. Sed ꝓphete vario modo dispositi existentes in diuersis tꝑibus in talibus non euidentibus oīo consonabāt Hāc etiā materiā ꝑtractat Aug. xviij. de ci. dei. c. xli. vbi ait. Scriptores nr̄i pauci esse debuerūt ne multitudie vilescerēt Nec ita sunt pauci: vt eorū nō sit miranda ꝯsensio. Neq3 eni in multitudie philosophoꝝ qs inuenit: inter quos cuncta que senserūt ꝯueniāt. Nā resurrectioneꝫ carnis nullus ꝓbare posset ex terminorū euidētia: ꝛ tn̄ ꝓphe in diuersis locis ꝛ in diuersis tꝑib⁹ eā ꝓfessi sūt vno ꝯsēsu. sicut ꝛ d̄ alijs fidei nr̄e misterijs dicere possumus. Qd̄ nūq̄ eēt nisi vn⁹ spūs fuisset in oib⁹. Qd̄ etiā Lact. firmianus in. i. li. diuinarū institutionum aduersus gentes ait. Omissis terrenis huiusmodi phie auctoribus nihil certi asserentibus aggrediamur viam rectam. Quos equidē si putarē satis idoneos ad bn̄ viuendum duces esse: ꝛ ipse sequerer: ꝛ alios vt sequerēt hortarer. Sed cū magis iter se cōcertatione dissideāt: secūq3 ipsi plerūq3 discordēt. appar̄t eoꝝ iter nequāq̄ eē directū. Siqdē sibi. qq3 vt ē libitū ꝑpꝛias vias ipꝛesserūt ꝯfusionēq3 maxīaꝫ inquirentib⁹ veritatē reliquerūt. Nobis aūt q sacr̄m religionis accepimus. cum sit veritas reuelata diuinitus: oēs sine vllo discrimine ad celeste pabulū cōuocam⁹ hec ille. Mira ergo demētia ē ꝓphārū testimonia vilipendere: q nihil locuti sūt de xp̄o: nisi ꝙ celit⁹ acceperūt. O ꝑfida iudeorum negtia: q xp̄o credere noluerunt. o stulta gentiliū scia: qui xp̄um impugnāt. o reprobanda xp̄ianoꝝ malitia q xp̄m nō imitant. ꝑ ē q̄ vt patebit nihil legimus: neq3 audiuim⁹: nihilq3 confitemur nisi qd̄ preuiderunt prophete.

¶ Capl'm secūdū q futura possūt mul
tipliciter pronūciari: ⁊ quō sit vera pro/
phetia accipienda: ⁊ de ꝓphetie v̄itate.

Ecunda conclusio dr̄ multipli/
catio. Potest nāq multiplex ꝓ
phetia intelligi ⁊ accipi.

Prima dr̄ apparens.
Secunda dr̄ impropria.
Tertia dr̄ vera.

¶ Prima dr̄ apparens que est in ꝑco
gnitiōe futuroꝝ: que possūt ex suis cau/
sis precognosci: sic medicus ꝑcognoscit
sanitatē aut mortē futurā: quia ordo est
ad tales effectus in cognoscendo in ali/
quibus causis. ¶ Secūda est ꝓphetia
improprie dicta: qn̄ alicui cōicat aliquid
ad ꝓphiam ꝑtinens absq tn̄ tali intelli
gentia. Quia ſʒ q habet Danielis. vj. c.
intelligentia opus est in visione. hoc ipʒ
tenet Hiero. sup Isa. in principio. Con
tingit aūt illud fieri tripliciter. Uno mo/
do in visione sicut vidit Pharao spicas
Gen̄. xli. ⁊ Baltasar manū scribentem
in pariete Daniel. vij. ille dormiens: iste
vigilans. Neuter tn̄ eorum fuit ꝓpheta
sed Daniel ⁊ Joseph qui visiones intel/
lexerūt. Secūdo contingit in locutione
sicut Caiphas Joh. xi. dixit. qd prophe
ticū intendens solū dare consiliū ꝺ mor
te xpi q esset expediens: qꝫuis esset ino
cens: ne occasiōe ipsius venirēt romani
⁊ tollerēt locū ⁊ gētem. Sed a spū scō fa
ctū est q hoc cōsiliū sic ꝓtulit: qr mors
xp̄i futura ꝓ salute foret spirituali toti⁹
mundi: ipso Caipha hoc ignorante. Et
ꝓpter hoc nō fuit ꝓpha ꝓprie loquēdo
sicut nec asina Balaā fuit rōnale aial:
qꝫuis ꝑ linquā eius fuerit ꝓlatū verbū
rōnale: angelo linguā ei⁹ mouēte: absq
tn̄ cognitione asine. Tertio contigit hoc
in opatione. qn̄. s. spūs scūs impellit ali/
quē ad aliqd agendū: qꝺ habeat ꝓspeꝝ
euentū: q uis hō sic mot⁹ hoc ignorat
Sicut Judic. xi. dicit de Jepte q irruit
spūs dn̄i sup ipm. s. ad pugnandū ꝯtra
filios Amon: tn̄ nō fuit sibi reuelata vi/
ctoria futura. Et talis motus vocatur spi
ritus sci instinctus: qui est casus ꝓphie
ſm doctores. s. aliquid deficiens a rōne
ꝓphie. Et talis motus silis est motui bn̄
fortunati: qui mouetur ad aliquid bene
agendum. sine tn̄ rōne ⁊ cognitione pre
uia: vt habet in. li. de bona fortuna. Dif/
fert tamen: qa motus bene fortunati est
a causa naturali. s. ab influentia orbis: vl
intelligentia motoris vt dicūt aliqui vel
ab vtraq simul vt dicunt alij. Motus
autē Jepte ⁊ cōsimiliū est a causa super
naturali. s. ex motiōe spūs diuini. Iste tn̄
instinctus magis appropinquat ad ratio
nē prophetie: qꝫ alij duo modi predicti.
¶ Tertia est ꝓphia vera ⁊ ꝓprie dicta:
in qua ꝓphetiçans intelligit qꝺ ꝓpheti/
çat. Que etiā i multiplici gradu repitur
quorum ille altero est excellentior vbi ce
teris pib⁹ est intelligētia clarior. ¶ Pri
mus istius prophetie gradus est quādo
cō visione alicui cōicata dat visionis in
telligentia. Sicut Hieremias vidit ollā
succensam ⁊ facies eius a facie aquilōis
Hiere. i. ⁊ intellexit per hoc significari
exercitū regis babylonis venturū ad cō
burendum ciuitatē hierusalē. ¶ Secū/
dus gradus est qn̄ non fit talis visio seu
apparitio. sed audit vox instruens de ali
quo supnāli. i. Regū. iij. Samuel audi/
uit vocē dn̄i loquentis: nec tn̄ vidit ali/
quā effigiē sibi apparentē. Qꝺ patet ex
hoc q credidit esse vocē Helie ipsū vo/
cantis: vt habet ibidē. Et iste gradus ꝓ
phetie est excellentior predicto qr voces
sunt signa magis expressiua veritatis qꝫ
figure. ¶ Tertius gradus est qn̄ nō au
ditur solū vox instruēs. sʒ etiā cū hoc ap
paret ꝑsona aliqua loquēs. Propter qꝺ
iste gradus est excellentior duob⁹ ꝑmis
Uariatur tn̄ tripliciter. Quia persona sic
instruēs: vel apparens in effigie aliqua
aliqn̄ ē hō scūs. sicut. ij. Machab. xvij.
c. hr̄. q Onias iā defūctus apparuit Ju
de Machabeo. d. ei. de Hiere. ꝓpheta
sibi apparente. Hic est qui multū orat ꝓ
populo ⁊ vniuersa sancta ciuitate Hie/
rusalem. Aliquando persona apparens
est angelus. Et sic cōmuniter leguntur
facte reuelationes noui ⁊ veteris testi.

Aliqñ ē effigies repñsentās ip̄z deū. sicut Isa. vi. dī. Uidi dñm sedētē sup soliū ex celsū ꝛc. Et iste tertius grad⁹ ē excellētioꝛ scdō. ꝛ secūdus pꝛio. sicut de⁹ ē excellen/tioꝛ angelo. ꝛ angel⁹ hoīe. ¶ Notandū aūt φ oēs isti grad⁹ variāt duplr. Quia tales apparitiones aliqñ fiūt p sōniuꝫ ꝛ vocāt reuelationes p sōnia. Aliqñ i vigi lia. ꝛ tūc ꝓpꝛie vocāt visiones. Et iste se cundus modus q vocat visio est excel/lētioꝛ altero: qꝛ maioꝛ illustratio mentis requiritur ad hoc φ ip̄a distracta p opa tionē sensuū exterioꝝ. in vigilia capiat in telligibilem veritatē de sup̄naturalibus q̄z in somno in quo sensib⁹ exterioꝛibus quietatis anima magis disponitur ad ca piendū huiusmodi veritatē. Econtrario est in cognitione accepta via naturali: q̄ accipitur per viā sensus memoꝛie ꝛ expe rimenti: vt dicitur. i. metaph. Et ideo tal' cognitio nō pōt accipi in somno. Ad il/lū āt modū ꝓphie q fit i sōno reducit il/le q fit i raptu. vl' i extasi: qꝛ ꝓtūc ñ ēvsus sēsuū exterioꝝ sic nec i sōno. ¶ Quar/tus gradus ꝓphetie ē qñ sine apparitōe alicuius figure vel signi sensibilis veri/tas intel igibilis de occultis p diuinā re uelationē māifestat. Et hoc mō facte sūt reuelatiōes ipsi Dauid vt hr̄ i pncipio glo. sup ps. Et iste grad⁹ ē excellētioꝛ pre dictis. Sicut. n. ille diceret melioꝛis ige/nij ꝛ clarioꝛis q caperet veritatē ꝯclusio/nū geometricaliū sine descriptione figu rarū sensibiliū q̄z ille q capere nō posset sine tali descriptiōe. Sic ēt i cognitōe ꝓ phetica illa mens dī excellēt⁹ diuinitus illustrata: q̄ veritatē intelligibilem capit absq̄ sensibilib⁹ signis: que sunt figure ꝛ voces supradicte: q̄z illa que capit sub talibus signis. Hec Nico. de lira in pro logo sup psalmistā. Nos aūt gradus vo luim⁹ hic interserere: vt intelligamus q̄z grāde sit ꝓphetie donū quod deus sapiē tissimus tam multipliciter communicat rationali creature: vt sic mens humana edocta nullo modo de pꝛophetarum di ctis dubitare queat.

¶ Tertiū capitulū. de his que per xp̄m incarnatū gesta sunt: ꝛ qualiter pꝛophe/te illa pꝛedixerūt.

Ertia cōclusio dicitur testificatō t Nihil eni legitimus ō v̄bo icar nato in nouo testō: qd̄ testimo/nijs ꝓph̄az nō fuerit pnunciatū. Tria enim sunt illa que compꝛehendunt to/tam vitam benedicti ih̄u.

Pꝛimum est incarnatio.
Secundum est conuersatio.
Tertium est consumatio.

¶ Pꝛimū est eius incarnatio: in q̄ mlt̄a cōcurrūt: que distinguendo videam⁹ Legimus enim Math. i. xp̄z ex genere Abrahe ꝛ ex semine Dauid nasciturum qd̄ pꝛedictum fuit Geñ. xxij. In semine tuo benedicētur omnes gētes. Et Dauid in ps. Jurauit dñs Dauid veritatem ꝛ non frustrabit eū. de fructu vētris tui po nā sup sedē tuā. ¶ Legim⁹ xp̄m de vir gine natū Luce. ij. c. Qd̄ pdixit Isa. vij. c. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filiū. Et Hiere. xxxi. c. Creauit dñs nouuꝫ. i. in/carnationis mysteriū ŝm Nico. de lira. Et loquitur de futuro per modū pteriti. ꝓpter certitudinē ꝓphetie. Femia circū dabit virū: qꝛ beata virgo xp̄m virū pfe fectum sanctis virtutibus ab instanti in/carnatiōis i vtero suo circūdedit. ¶ Le gim⁹ de xp̄o φ sit in bethleem natus. Luc. ij. c. Hoc pnūciatū ē a Michea. v. c. Tu betheleem effrata. alio noīe sic noīata. Geñ. xxxvij. Paruulus es. s. lo cus. in milibus Juda. i. respectu populi tui in dignitate ꝛ mltitudine: quia inde fuit tribus regia. Inde enim fuit natus Dauid pmi Regis. xvi. Et qa nobilitas ciuitatis magis consistit in populo q̄z in spacio. Math. ij. c. allegat istam aucto/ritatem sic. Et tu betheleem terra Juda nequaq̄z minima es in pncipib⁹ Juda Ex te eni exiet dux q regat populū meū isrl'. ¶ Legim⁹ ō xp̄o φ btā ꝟgo recli nauit puerū ih̄m in pꝛesepio. Luce. ij. c. Quod pdixit Isaias. i. c. Cognouit bos possessoꝛem suuꝫ. ꝛ asinus p̄sepe dñi sui ¶ Legim⁹ de xp̄o φ fuit adoꝛat⁹ a ma/gis. Math. ij. c. Et hoc pꝛenūciatū ē p

ꝓphetã.ps.lxxi. Adorabũt eũ oẽs reges ſre oẽs gẽtes ſuiẽt ei. ⁊ ps.lxxxvij. Oẽs gẽtes q̃ſcũqꝫ feciſti veniẽt ⁊ adorabunt corã te dñe. ¶ Legim⁹ de xp̄o q᷑ fugerit pſecutionẽ Herodis in egyptuꝫ. Quod ꝓphetatum erat Iſa.xix. Aſcendit dñs nubẽ leuẽ.ſ. aſſumendo ſibi carnem humanã ſꝫ Nico.de lira.q̃ dicitur nubes: quia formata fuit ſpũs ſãcti virtute. ſicut nubes ſurſũ generat i aere virtute ſolis. Et leuis qꝛ ñ fuit aggrauata põdere peccati origialis. Subdit: ⁊ igredietur egyptum ⁊ mouebuntur ſimulacra egypti a facie eius. Quia ipſo ingrediẽte egyptum: ſimulacra corruerũt: vt ſcribitur i hiſtoria ſcolaſtica. ¶ Legim⁹ d̃ xp̄o. qꝛ xij. anno etatis ſedit in medio doctoruꝫ i tẽplo. Hoc pñdit ꝓph ia.ps.lxxxi. Deus ſtetit in ſynagoga deoꝝ: in medio ãt deos diiudicat. ¶ Scd̃m qd̃ ꝯtinet i vita xp̄i eſt eius cõuerſatio: de q̃ multa dicũt ab euangeliſtis de qua tñ ꝓphe p̃dixerũt. ¶ Qd̃ ãt dr̃ Math.iiij.c.d̃ tẽtatione Jeſu pnunciatuꝫ eſt a zacharia iij.c. Vidi Jeſũ ſacerdotẽ magnũ. Et ſeqtur: Sathanas ſtabat aduerſus eum vt aduerſaret ei. ¶ Qd̃ dicit d̃ xp̄o q᷑.ſ. diſcipulos paupes congregauit. hoc dr̃ ab Iſa.lxi.c. Spũs dñi ſup me euangelizare paupib⁹ miſit me.i. aplis. Quod ſcribit de xp̄o q᷑ multa mirãda fecit. hr̃ ab Iſa.xxxvij. De⁹ ipſe venit ⁊ ſaluabit nos. Tũc apient oculi cecoruꝫ: ⁊ aures ſurdorũ patebũt. ¶ Qd̃ inuenit d̃ xp̄o d̃ eius pſecutionibus p̃dixerũt ꝓphe. Añ Dauid in ps.ij. Aſtiterunt reges terre ⁊ principes ꝯuenerũt in vnum: aduerſus dñm ⁊ aduerſus xp̄m eius. De ꝓditiõe eius predixit ꝓpha ps.xl. Qui edebat panes meos magnificauit ſup me ſupplãtationẽ. ¶ Tertiũ qd̃ inuenit in vita xp̄i eſt eius conſumatio. Ipſius nanqꝫ mortẽ vituposam predixit Iſa.lxiij.c. Et Daniel.ix.c. Ipſius deſcenſuꝫ ad limbũ predixit zacha.ix.c. Tu autez in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu. Et vt breuiter concludam ipſius reſurrectionez: aſcenſionẽ in celum ⁊ miſſionẽ ſpũs ſci: aliaqꝫ geſta p᷑ ꝓphas veteris teſtamenti predicta fuere. Ex quo neſcio cur ita ebetat quorundaꝫ animus vt in xp̄ꝫ icarnatũ credere nolint. Quid nam verius eſſe poteſt q̃ꝫ qd̃ a deo reuelatum eſt ipſis ꝓphis: ⁊ a ꝓphis predicatum eſt nobis? Nõ fuerũt certe vane voces eorum. Incarnatus eſt dei filius vt omnes ſaluet. omnes inuitat ad paradiſi delitias: ſed non omnes ad ipſũ aſpicere volũt. Quinimmo qui humano generi tam larga ꝯtulit beneficia ꝯtẽnit vilipẽdit: ac blaſphemat. O mũde neq̃ꝫ o mũde pverſe. o munde peſſime. qs explicare poſſet q̃ꝫ grãdis eſt numer⁹ inimicoꝝ xp̄i. Inimici eius ſunt oẽs idolatre: ⁊ heretici: pagani: infideles: iudei etiã tot falſi xp̄iani. Tamẽ velint nolint xp̄s ipſe q incarnatus eſt inimicos ſuos crudeliter puniet. amicos vero qui in eũ crediderũt corde ⁊ ope illi ſeruiẽdo merito ſue incarnationis adducet in vitam eternã ⁊ luceꝫ future glorie: in qua viuit ⁊ regnat p infinita ſecl'a ſeculoꝝ. Amẽ.

¶ Feria quarta prime dñice de aduẽtu Sermo de electione virginis btẽ in matrem xp̄i: ex qua ſola naſci voluit q̃ magis grata deo fuit: q̃ꝫ quecũqꝫ alie ſãcte mulieres.

¶ Quart⁹ fruct⁹. Jeſu Maria mater.

Ox preceſſit ⁊c. vbi. s̃. Excelſus conditor orbis: qui mũduꝫ ineffabili ſapientia ſua diſpoſuit ⁊ ordiauit: voluit incarnationem ſui filij dilecti in oĩbus ordinatã eſſe: vt in tã mirabili ope nihil reprehenſibile: nihil irrõnabile: nihilqꝫ ꝯfuſibile iueniret. Si eniꝫ quiſpiã aures ai ſtrinxerit ⁊ intelligere voluerit tanti miſterij ꝓfunditatẽ: inueniet profecto vnde merito admirari poſſit. Idcirco in pñti ſermone incarnationẽ xp̄i volentes magnificare que in oĩb⁹ ordinatiſſima fuit: dicem⁹ de ipſius ordine

q̄tum ad matrem concipientē: que est gloriosa virgo Maria. Firmabimꝰ aūt omnia que dicturi sumus in vno fructu qui est. Jesu maria mater. Ad qđ meliꝰ intelligendū tres ꝯclusiones ponemus.
Prima ꝯclusio dicitur conformitatis.
Secunda dicitur congruitatis.
Tertia dicitur singularitatis.

¶ Capl'm primū. qualiter xp̄s assūpsit carnem de massa nostre ꝑditionis ⁊ de genere Adam: ⁊ qualiter noluit illaȝ ali unde formatam suscipere.

p Ria cōclusio dr̄ cōformitatꝭ In qua sꝫ doctores catholi cos ꝯfitemur xp̄m assumpsis se hūanā nām de massa nobis ꝯformi: siue de genere Adam ⁊ nō alterius ge neris vel q̄litatis. sꝫ illđ apl̄i ad Heb. ij. Qui eni sāctificat ⁊ scificaṫ ex vno oēs. Sumiṫ aūt ꝯuenientia huiꝰ assūptiōis ex triplici rōne sm̄ Boñ. di. xij. tertij li. sniaꝝ .ar. i. q. i.
Prima ratio dicitur iustificationis.
Secunda dicitur ostensionis.
Tertia dicitur ordinationis.
¶ Prima ratio diciṫ iustificatiōis. Nā q̄uis dei filius potuisset carneȝ aliunde q̄ đ massa Ade assumere. voluit tñ illā assumere de Adā ad seruandam rectitu dinē iusticie: vt videlicet eiusdē generis esset satisfactor ⁊ preuaricator. Nam si alteriꝰ generis eēt sꝫ Anselmū nō attri bueret eidē generi satisfactio: cui ⁊ offē sio ac ꝑ hoc ñ recte seruareṫ iustitie recti tudo q̄ ab illo genere requirit emēdā in quo reperit offensam precedentem. Jn sup deus ꝯdidit hūanā nām i tāta altitu dine: vt nulli alie creature eēt obnoxia. si ergo ñ modicuȝ ē obnoxia redēptori. Decēs fuit vt redēptor aut solū eēt deus aut si hērēt in se genꝰ nāe create h eēt đ genere illius masse: que ortum habet de lūbis Ade. ¶ Si aūt diceret: ꝙ impro periū parentū redūdat in proleȝ: ⁊ xp̄s debuit esse mūdus ab oi iproperio. ergo nō debuit eē đ genere suili. ¶ Rñdere possumus ꝙ est veruȝ: qñ filius est imi tator paterni sceleris. Cū autē ē contra rius quo ad mores: nō debet in eū pr̄is iproperiū iuste redūdare: nisi ipse filius mera sua benignitate portare velit ⁊ su stinere. vt poniṫ. lvi. di. c. vndecūqꝫ. c. nū q̄ꝫ. c. nasci. c. spōsus. Vñ xp̄s ñ ex meri to vl' ex necessitate substinuit iproperiuȝ Ade: sꝫ ex mera sua benignitate: vt duȝ ip̄e sustineret ꝑ alio qđ ex se nō meruit: aliꝰ libereṫ ab iproperio: ꝙ ip̄e ꝓmeru it. Hoc ē qđ Hiero. i omel'. sup Math. dicit. Notāduȝ in genealogia saluatoris nullā sanctarū assumi mulierū: sed eas quas scriptura reprehendit: vt q ꝓpter pctōres venerat đ peccatricibꝰ nascens oiuȝ peccata deleret. ¶ Scđa rō quare fuit cōueniēs xp̄m assumere carnē diciṫ ostēsionis: vt ostenderetur nobis dulce do misericordie dei: vt videlicet ipse deꝰ qui ab homine cōteptꝰ fuerat tāq̄ꝫ ab aduersario ⁊ inimico. ipse idem generi humano vniret in xp̄o in vnitate ꝑsone Jn quo manifestaṫ mira diuine pietatis cōdescēsio in hoc ꝙ ipsū genꝰ humanū sibi inimicuȝ sibi coniungere voluit per indissolubile vinculū. ¶ Si auteȝ obij ciatur: ꝙ alterius nature ⁊ qualitatis est morbꝰ ⁊ medicina. ergo si xp̄s rōne as sumpte nature fuit humani generis me dicina: videtur ꝙ eius caro ñ debuit for mari đ massa corrupta. Dicere possumꝰ ꝙ verū est qñ medicina sentit corruptio nē morbi. qđ nullo mō fuit in xp̄o: qꝛ ñ erat infectus corruptione concupiscētie sed erat replētꝰ plenitudie gratie. Unde ⁊ Paulꝰ. i. ad Cor. xv. c. ait. Factꝰ ē p̄mꝰ homo Adā in animā viuentē: nouissi mus autē Adam in spm̄ viuificantē. Et infra. Primus homo đ terra terrenꝰ secundus homo đ celo celestis. Qđ in telligitur nō q̄tū ad diuersitatē nature: sꝫ ꝓpter differentiā q̄tum ad qualitatē virtutis ⁊ vitij culpe ⁊ gratie. ¶ Tertia autem ratio vocatur ordinationis. Or dinauit eniȝ deus vt genus humanuȝ to tū multiplicareṫ ex vno: ꝓpter represen tationē illius vniuersalis principij quod deus est: nec ꝓpter pctm̄ infringi debuit

Et ió xp̄s mediator dei ⁊ hoīum homo ver⁹ nó aliūde: ſed de maſſa humani generis debuit formari. Ita tamē debem⁹ ſētire de carne xp̄i ꝙ fuerit de maſſa nr̄i generis: vt ſemꝑ ſentiamus carnē illam benedictaꝫ ab omni corruptione ⁊ feditate cōcupiſcentie alienā ꝑ virtutē ſpūs ſancti: vt plenius in ſequentib⁹ declarabitur. hec Boñ.

¶ Secundū capitulū qualiter xp̄s noluit aſſumere Adaꝫ in vnione perſone: q̄a nō ꝯueniebat ſibi: nec Adaꝫ erat ad hoc dignus nec humano generi erat expediens.

Ecūda ꝯcluſio dr̄ cōgruitatis. Appetit eni mēs itelligere: cur ipſe Adam nō eſt aſſumptus a verbo. Qḋ declarāt doc. Alex. i. iij. q. ij. Mem. ix. ⁊ Boñ. ꝑfata. xij. di. ar. i. q. ij. nō fuiſſe ꝯgruū triplice ratione.

Prima reſpicit deum.
Secunda Adam.
Tertia humanū genus.

¶ Prima reſpicit deū. Non eniꝫ cōpetebat creatori omniū vt ꝑſona dei hoīeꝫ peccatorē aſſumeret: cum ip̄e in forma aſſumpta debuit pctōres ceteros iudicare: ⁊ de pctō nullo modo deberet argui: ſiue ſm naturā aſſumentē: ſiue ſm nām aſſumptā: ſm quaꝝ vtrāqꝫ ſibi competebat ptās iudiciaria. ſicͭ pꝫ Joh. vij. c. ⁊ Math. xxv. Ideo phariſeis loquendo xp̄us Joh. viij. dicebat. Quis ex vobis arguet me de pctō: quaſi dicat. nullus.

¶ Secunda rō reſpicit ipſū Adā. Non eni ꝯueniebat vt ille q̄ tātuꝫ ſe deiecerat ꝑ culpā: tātū exaltaretͬ vt eēt deus. Sufficiebat eni ſibi: vt tm̄ deo recōciliaretͬ.

¶ Tertia rō reſpicit hūanū gen⁹. Non n. expediebat humano generi Adam aſſumi: q̄a cū eſſet ille hō pene debitor. vt pote qui reus erat omniū aīaꝝ nr̄aꝝ: non eſſet eius paſſio adeo grata. ſicut ſi oīo eſſet innocēs: ⁊ vix etiā ſufficeret ad ſatiſfaciendū ꝓ ſe: nedū ꝙ poſſet ſuā ſatiſfactionē alijs cōmunicare.

¶ Tertium capl'm ꝙ xp̄s voluit vir de muliere naſci: vt oſtenderet muliebrem ſexū fore ſaluandū: ſe verū hominē: ac redderet vniuerſū ꝑfectum.

Ertia cōcluſio dicitͬ ſingularitatis. Cuꝫ eni xp̄s carnē aſſumere ðberet voluit illā ñ icōueniēter de muliere tm̄ accipe. Cur naꝫ xp̄m credimus ſic facere voluiſſe. Certe non ſine rōnabili cauſa. Nam vt dicit ſāctus Tho. in. iij. parte. q. xxxi. ar. iiij. in corꝑe queſtionis. ⁊ in ſolutiōe tertij: ar. xp̄s benedictus voluit tm̄ de femina naſci tribus rationibus.

Pria ꝓpter muliebrē ſexū cōmēdādū
Secūda ꝓpter veritatē aſtruendam.
Tertia ꝓpter vniuerſalitateꝫ generationis implendam.

¶ Prima ratio ē ꝓpter muliebrē ſexū cōmendādū: quā tāgit Aug⁹. i li. lxxxiij. qōnū. d. ꝙ hominis liberatio in vtroqꝫ ſexu debuit apparere. Nā q̄ꝛ ſexus maſculinus ē nobilior ꝙꝫ femininus. Ideo humanā naturā i ſexu maſculino aſſūpſit. Quia ṽo ſexus femininus liberandus erat. hinc appꝫet ꝙ vir ille de femia nat⁹ eſt. Et idē Aug⁹. li. de agone xp̄iano. Nolite inquit vos ipſos cōtemnere viri: Filius dei virū ſuſcepit. Nolite vos ip̄as ꝯtēnere femine: qm̄ ex vobis filius dei nat⁹ ē. hec ille. Nec idignentͬ mulieres: ſi ſentiāt ſe nō eē tāte dignitatꝫ quāte ē vir: q̄ꝛ vt dicit Boñ. i. iij. di. xij. ar. iij. q. i. Virilis ſexus excedit muliebrē in trib⁹

Primo ꝙꝫtū ad dignitatē i ꝑncipiando
Secundo ꝙꝫtum ad virtutem in agēdo.
Tertio ꝙꝫtū ad auctoritatē in ꝑſidendo.

¶ Primo ergo ꝙꝫtū ad dignitatē i ꝑncipiando: q̄ꝛ omnes tam viri ꝙꝫ mulieres ex vno viro fuerūt. In quo expreſſa repreſētatio appꝫet egreſſus reꝝ ab illo vnico principio ⁊ ſummo. ¶ Secūdo excedit ꝙꝫtum ad virtutē in agendo: q̄a viri eſt agere ⁊ mulieris eſt pati. Unde plus habet de virtute actiua ſexus virilis propter qḋ phs in li. de aīalibus dicit ꝙ femina eſt vir occaſionatus. i. imꝑfect⁹.

¶ Tertio ꝑcedit ſexus virilis ꝙꝫtum ad auctoritatē in ꝑſidēdo. Nā ſꝫ ordinē rectū nō mulier viro: ſꝫ vir mulieri ꝑficitͬ.

ſicut caput corpori. Unde apl's. i. Cor. xj. c. caput autē mulieris eſt vir. ¶ Cū hec ita ſint: ſimpliciter loquendo nobilioris ꝯditionis eſt vir ꝙ̄ mulier. Tñ pp̄ h nō auferṫ ab ipſis mulierib⁹ in eſſe ſuo nobilitaꝭ ꝓprie cōditio. Eſt eni muliebris ſexus valde honorabilis. cuꝫ ex femina natus ē xp̄s. ¶ Scd̄a rō quare xp̄s voluit de femina naſci eſt ꝓpter veritatem aſtruendā. vt videlicet veritas incarnationis oſtenderet. Quā tangit Aug⁹. in ep̄l'a ad voluſianum. d. Si omnipotēs deus hoieꝫ vtcūqꝫ formatū ñ ex materno vtero crearet ⁊ repētinū inferret aſpectib⁹: nōne opinionē ꝯfirmaret erroris vt hominē verū nullo modo ſuſcepiſſe crederet. ⁊ dū oīa mirabiliter facit auferret qd̄ miſericorditer fecit? Nunc aūt ita inter deuꝫ ⁊ hominē mediator apparuit vt in vnitate ꝑſone copulans vtrāqꝫ naturā ⁊ ſolita ſublimaret inſolitis ⁊ inſolita ſolitis tēperaret. hec ille. ¶ Tertia rō quare xp̄us voluit de femina naſci dicit ꝓpter vniuerſitateꝫ generatiōis adiplēdam. vt impleat quart⁹ modus educēdi hominē in eſſe. De q̄ dictū ē in ſermone ij. conſideratione. ij. ⁊ prima opinione. ¶ Quid igiṫ dicere ſufficiem⁹ ꝺ illi⁹ laudibus que electā ē vt de ea filius dei naſceretur? Deficit ſēſus: ꝓſterniṫ anim⁹ ⁊ intellectus obnubilaṫ. Quiſnā colliget vllis verbis ⁊ enarrabit quāta fuit illius virginis ſingularis excellentia: q̄ placuit deo magis ꝙ̄ oīs alia creatura? Multe enim fuerāt in mundo mulieres digne: ſancte: virtutibus adornate. ⁊ ſēpiternis ſeculis glorioſe: Omitto eas quas pagani laudant. ⁊ de eis dico quas ſcriptura ſacra ꝯmēdat. Nōne magna fuit fides mulieris ſareptane credētis v̄bis Helie ꝓp̄he. iij. Regū. xvij. c. q̄ ꝑſuaſit ei mlt'iplicationē farine i hydria ⁊ olei i lechito tp̄e q̊ clauſū ē celū ⁊ penuria fraꝫ iuaſit? ¶ Quid dicem⁹ de prudētia Sarre q̄ intellexit ludū iter Iſaac ⁊ Iſmaelē nō eē bonū neqꝫ ſ̄m dn̄i voluntatem. dixitqꝫ Abrahe. Eijce ancillā ⁊ filiū ei⁹: nō eniꝫ erit heres fili⁹ ācille cū filio meo Iſaac? Gen̄. xi. c. ¶ Quid ꝺ Rebecca ſollicita ad ꝓcurādū quō Iacob benedictiōeꝫ prēq̄ ꝺbebaṫ priogēito obtineret Gen̄. xxix. c. Quid de auctoritate ꝺl'bore: que dei ppl'ꝫ iudicauit: docuitqꝫ filiū barach qualiter populū dei de mān ſiſare liberaret? Iudicum. iiij. c. Quid de Barſabee mr̄is Salamōis ꝓuidētia: que ad regē Dauid ſeneſcētē nimiſ tā pulchra orōne expetiuit: vt fili⁹ eius Salamō regnret p⁹ ipm̄? iij. Regū. i. c. Quid de Sarre filie Raguelis deuotiōe: q̄ tā deuote dn̄ꝫ orauit vt eā liberaret de iproperio quod audierat ab ancilla dicēs: ad te dn̄e faciem meaꝫ cōuerto: ad te oculos meos erigo: peto dn̄e vt de vīculo improperij huius abſoluas me: aut certe ꝺſup terrā eripias me? Tobie. iij. c. Quid de Iudith q̄ populū ꝯfortauit. ⁊ Holofernē tyrānum iterfecit? Quid ꝺ Heſter regine cautella que regē placauit eo tēpore quo illū ſenſerat fore letum i ꝯuiuio? Quid de Abigail igenio ſiue induſtria: que cū vidiſſet virum ſuūꝫ Nabal dure reſpondiſſe nuncijs Dauid: feſtinauit ⁊ tulit diuerſa enxenia. ⁊ Dauid iratum placauit i. Regū. xxv. c. Multe nēpe fuerunt mlieres ꝑſtātes fide: prudētia: ſollicitudine: auctoritate: prouidētia: deuotione: cōſtantia: cautela: ingenio: pietate: benignitate: liberalitate: humanitate: pudicitia: ſobrietate: cōtinētia: manſuetudine: hoſpitalitate: caritate: religiōe: q̄s ſcriptura cōmemorat tam veteris ꝙ̄ noui teſtamēti. ⁊ tñ nulla eligiṫ vt xp̄m ꝯcipiat niſi ſola Maria. ¶ O igiṫ virgo in eternū bn̄dicta. O glorioſa dn̄a benedicta excelſa ſup ſydera. tibi cōuenit illud Prouerbiorū vltimo. Multe filie congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas: quia in te incarnatus eſt ſaluator mūdi: q̄ ſit benedictus ꝑ infinita ſecula ſeculorum Amen.

¶ Feria quinta prime dn̄ice de aduētu ſermo ꝺ ꝑpetua virginitate ſancte Marie virginis: que fuit vera mater dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i.

Fruct⁹ quintus: Ieſu matris virginitas

Ox precessit

dies aũt apropinquauit
Iterum vbi.s. Admira-
bile incarnationis myste
riũ ex oĩ pte ꝯuertit animũ in stuporem
⁊ potissimũ cum nobis occurrit xp̄z dei
filiũ esse de virgine natũ. Quis audiuit
vnꝗ̃ tale: aut quis vidit vnꝗ̃ huic sile?
Certũ eniz est ꝙ natura talẽ effectũ pro
ducere nõ potuit: nec potest. Deus ipse
illud fecit potentia sua inestimabili. Et
quoniam matris priuilegia in filij hono
rez deueniũt. Idcirco in presenti sermo-
ne de incarnatione loqui volentes stiluz
dirigemus ad eam que digna fuit: vt ex
ipsa dei fili⁹ nasceret̃. Dicemusq̃ꝫ ꝺ ipi⁹
virginitate ꝑpetua sub vno fructu qui est
Iesu matris virginitas. Pro cuius de-
claratione tres cõclusiones proponim⁹
declarandas.

Pria dicitur probationis.
Secunda dicitur rationis.
Tertia dicitur decorationis.

¶ Qꝺ ex testimonio ꝓphetico: angeli
co ⁊ ecclẽiastico apparet matrẽ xp̄i fuisse
virginez: ⁊ qualiter confundunt̃ iudei ⁊
heretici ꝯtrariũ sentiẽtes. Caplm̃.i.

P Rima cõclusio dicit̃ ꝓbatiõis
in qua fundamentaliter ꝓbãdũ
est Iesu xp̄i matrẽ fuisse ꝟginẽ
Qꝺ qdẽ triplex auctoritas manifestat.
Prima est auctoritas ꝓphetica.
Secunda est angelica.
Tertia est catholica.
¶ Prima auctoritas virginitatẽ Ma
rie. manifestãs dr̃ ꝓphetica. Dicit nãq̃ꝫ
Isa.vij.c. Ecce ꝟgo cõcipiet ⁊ pariet fi
liũ. ¶ Sz hãc auctoritatẽ iudei dicũt ñ
posse itelligi ꝺ xp̄o. Dicũt.n. ¶ Prio ꝙ
ibi dicit̃. dabit dñs vobis signũ.s. liber-
tatis Achaz. ⁊ populi sui a duob⁹ regi-
bus regnum eius destruere volentibus.
Iesus aũt nazaren⁹ nat⁹ est post tẽpus
Achaz ꝑ qngẽtos ãnos ⁊ ãpli⁹. ergo cõ
ceptio vl' natiuitas Iesu nazareni nullo
mõ fuit signũ dicte libatiõis. ¶ Scdo
arguunt qa in hebreo dicit̃. Ecce alma:
qꝺ nomẽ nõ significat virginẽ sz adole
scentulã: ⁊ indifferenter sumit̃ de ꝟgie ⁊
corrupta. ¶ Tertio arguũt: qa i dcã ꝓ
phetia põit̃. Et vocabit̃ nomẽ ei⁹ emanu
el ⁊ in hebreo hẽt̃: ⁊ vocabit̃ ipa.s. alma
nomẽ ei⁹ emanuel. Iesus ãt nõ fuit vo-
cat⁹ a matre sua emanuel: sz Ihs vt pz
in euãgelio. ergo h̄ ſm lr̃az ñ pt intelligi
de xp̄o. ¶ Quarto. arguũt ex hoc qꝺ ſb
dit̃ in h̄.c. anteꝗ̃ sciat puer vocare pr̃ez
⁊ mr̃ez ex q̊ pz ꝙ in puero de q̊ hic ẽ ser
mo fuit ignorantia: qꝺ xp̄iani negant ꝺ
Iesu nazareno: in quo fuit plenitudo sci
entie ab instanti sue cõceptionis. Ideo
dicunt iudei ꝙ hec scriptura expõit̃ de
Ezechia filio regis Achaz q post dictuz
ꝓphete natus est. Sz hoc dictũ impu-
gnat rabbi Salomon ꝑ h̄ ꝙ Ezechias
erat.xxv ãnoꝝ qñ cepit regere p⁹ Achaz
patrẽ suũ imediate. vt hr̃.iiij.regũ.xviij.
Achaz regnauit tm̃.xvj.ãnis. vt hr̃.iiij.
regũ.xvi.c. ergo i pncipio regni Achaz
ãnꝗ̃ diceret̃ ꝓphetia: Ezechias erat na
tus ⁊ erat.ix.ãnoꝝ. ¶ Et pp h̄ dicit rab
bi Salomõ ꝙ h̄ ꝓphia itelligẽda est ꝺ
filio Isaie. Accepat eni Isaias i vxorez
quãdã iuuẽculã: ⁊ iaz cõcepat de eo. Et
qa de puero existente i matris vtero ne
scit̃ si sit masculus vel femia: iõ qñ certi
tudinaliter predicitur signum: est credi-
bile ꝙ illud qꝺ ꝓmittit̃ ad tale signũ sit
futuꝝ. Est ergo sẽsus. Pariet filiũ: ⁊ qñ
in natiuitate ei⁹ videbis verbũ meũ veri
ficatũ scias te a duob⁹ regib⁹ te iuadere
disponentibus cito liberãduz. Et ita fuit
qa post ad petitionez Achaz rex assyrio
rũ venit i Damascũ ꝯ Rasim regẽ syrie
⁊ eũ iterfecit. ⁊ ppl'm ei⁹ trãstulit i cirenẽ
vt hr̃.iiij. Reg.xvi.c. Et eodẽ ãno vt ibi
dẽ dr̃ Osee fili⁹ hela ꝯiurauit ꝯ phacee
filiũ Romelie regẽ israel. ⁊ eũ interfecit
¶ Sz ista expositio ñ pt stare. qz i.c. se-
quẽti dr̃ ꝺ puero nato. ⁊ erit extẽsio alaꝝ
ei⁹.s. regis assirioꝝ iplẽs latitudiẽz tr̃e tẽ
o emanuel ⁊ loqt̃ ibi ꝺ terra regni iudee
cui⁹ nũq̃ꝫ dñs fuit Isaias nec fili⁹ eius
⁊ sic emanuel de quo fit sermo: nõ fuit

filius Isaie. Insup in.c.viij.dr.Anteq3
sciat puer vocare patrez ⁊ matrē auferet
fortitudo damasci.⁊ spolia samarie corā
rege assirioꝝ:Sȝ ante nonū annū regis
Osee nō fuit capta Samaria a Salma
nasar rege assirioꝝ.vt hr.iiij.Reg.xviij.
c.lȝ Osee añ fuerit tributari⁹ regis assirio
rum. Et sic a natiuitate pueri de q̊ hic
est sermo:si fuit filius Isaie vsq3 ad ca/
ptionē Samarie fluxerūt āni.xvij.s.viij.
de reg.Achaz ⁊.ix.d̄ Osee q2 puer fuit
nat⁹.iiij.āno Achaz Añ v̄o.xvij.annos
puer scit vocare patrē ⁊ mr̄ez. ¶ Et ꝑ
pterea nos ꝯfitemur ꝙ h̄ scriptura loqt
de dño nr̄o Jesu xp̄o.vt pȝ math.i.⁊ ex
pōit a doc. catholicis. Ecce v̄go cōcipi
et ⁊ pariet filiū.i. btā virgo. Et vocabit
nomē ei⁹ emanuel.qd̄ est interpretatuȝ
nobiscū de⁹.¶ Ad priuȝ āt qd̄ iudei op
ponebāt.dicēdū est ẜm Nico.de lira.ꝙ
in sacra scriptura ponit duplex significa
tū respectu alicuius euēt⁹. Unū ꝑnosti/
cū qd̄ est indicatiuum effectus futuri.vt
pȝ Judiciū.c.vi.vbi datū fuit signū Ge
deoni in vellere qd̄ indicatiuū fue victo
rie future fuit.Aliud ē signū rememora
tiuū effect⁹ ꝑteriti.sicut Exodi.iij. dixit
dñs Moysi h̄ hēbis signū:ꝙ miserim
te.Cū tu eduxeris ppl'm meū d̄ egypto.
imolabis deo sup mōtē istū. Istd̄ signū
qd̄ ē rememoratiuū respicit preteritū in
magna distātia sicut i parua:vt ēt signū
ꝑnosticū r̄spectu futuri.¶ Dicēdū ergo
ꝙ liberatio regni iudee a ꝑsecutiōib⁹ fu
it signuȝ saluationis mundi fiende per
xp̄m.Et q2 Achaz. erat incredul⁹ v̄bo
ꝓphetie:cōueniēs fuit vt sibi daretur si
gnū rememoratiuū futuri i longinquuȝ
vt ipse in ꝓpria ꝑsona nō videret sicut
in mēte nō credebat:Illi tamen qui de
scenderunt ab eo viderunt.vt Maria ⁊
Joseph.Et iō signāt ꝓph̄ia nō dixerit
v̄buȝ ad Achaz . d. audi.Achaz:sȝ ad
domū Dauid.d.audite ergo dom⁹ Da
uid.d̄. q̄ domo fuit Joseph ⁊ Maria:ñ
tamen ad eos refertur quod ibi dicitur
Nunqd paruū vobis ē ⁊c.sed qd̄ subdit
dabit dñs ipse vobis signū.¶ Ad secū/
dum dicendū ꝙ almut in hebreo signi/
ficat abscōsionē:⁊ inde halma dicit ab/
scōsa que significat iuuenculaȝ aspecti/
bus hominū absconditā:ita ꝙ de ei⁹ pu
dicitia ⁊ integritate non dubitat:maxie
qñ ponit lr̄a he ⁊ tūc sonat sic haalma.
Et sic nō inueniunt in tota scriptura scri/
pte:nisi tm̄ tres.s. Rebeca. Geñ.xxiiij.
vbi dicitur de ea. Puella decora nimis
v̄goq3 pulcherrima ⁊c.⁊sequit. Puel/
la que egrediet.i hebreo habet haalma
que egredietur Secūda fuit Maria so/
ror Moysi.de q̄ Exodi.ij .dicitur Juit
puella.In hebreo dicitur Juit haalma.
Et iste due fuerūt due virgies purissime
qm̄ fuerunt sic nominate.¶ Tertia fuit
beata virgo Maria in hac prophetia
Isaie.¶ Ad tertiū dicenduȝ.ꝙ duplex
est nomen alicuius.s.impositionis.⁊ na
ture.sicut Petrus est nomē alicuius.s.
impositionis.homo autē vel hic homo
ē nomen nãe.Jesus ergo fuit nomē im/
positū ipsi xp̄o.vt patet Luce.ij. Ema/
nuel autē est nomē nature seu proprieta
tis:significat eni:nobiscū deus.vt dictū
est supra.Et hoc est proprium xp̄i i quo
diuina natura ⁊ humana sunt coniun/
cte in codeȝ supposito. Et hoc modo vo
catus est pluribus alijs nominibus ꝓ/
prietates nature significātibus: sicut vo
catus est lapis.Danielis.ij. ¶ Ad quar
tum dicendum ꝙ licet in xp̄o non fuit
aliqua ignorantia .Fuit tamen homo
in tempore.⁊ sic habuit scientiā infusam
in tempore ⁊ antequam illam haberet
liberatio populi promissa per Isaiaȝ cō
pleta fuit. ¶ Secunda auctoritas ma/
nifestans virginitatem Marie dicit an
gelica. Nam Luce.ij. cum beata virgo
dixisset:quomodo fiet istud. ⁊c.angelus
respondit. Spiritus sanctus superueniet
in te.⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi
ideoq3 ⁊ qd̄ nascet ex te scm̄ vocabit fili⁹
dei.¶ Sed ꝯtra istā veritatē insurgunt
heretici dicentes btām virginē nō fuisse
virginē. Et arguūt prio:q2 Deutero.vij.
c.dicit. Nō erit apud te sterilis vtriusq3
sexus tam in hominibus q̄3 iumentis.

Sed beata virgo nihil debuit facere qđ
esset contrariū legi. ergo beata virgo vir
ginitatē nō debuit acceptare. ¶ Scđo ar
guunt. qa Math. i. dicitur de Joseph.
Non cognouit eam donec peperit filiū
suum primogenitū. ergo post cognouit eā
¶ Tertio arguunt. qꝛ Joh. ij. dr̄ de xp̄o
ꝙ descēdit i capharnaū ipse ⁊ mater ei⁹
⁊ fratres eius ⁊ discipuli eius. ergo ha/
buit fratres carnales: quia aliter non po
neretur copula iter fratres ⁊ discipulos.
¶ Quarto arguunt. qꝛ luce. ij. dr̄. Dixit
mr̄ eius ad illum. Ecce pater tu⁹ ⁊ ego
dolētes querebam⁹. te. ergo Joseph fuit
pater xp̄i. Ista docmatizauit Eluidius
heretic⁹ pessim⁹: quē validissime deijcit
Hieronymus in q̊dā libello quē edidit
contra euz. Verūtamen ne nos ꝑ multa
vagemur: respondem⁹ ad prima obie/
cta ꝺm doctrinaz magistri sniaꝝ di. xxx.
q̄rti li. ꝙ beata virgo Maria ex isticiu
spūs sci ꝓposuit se seruaturā virginitatē
si deo placeret. Cū aūt volūtatē dei co/
gnouit: votū expssit. hoc ꝯfirmat. xxvij.
q. ij. c. Sufficiat. ⁊ c. Beata Maria.
¶ Ad secūdū dicēduz ꝺm Ric. i. iiij. di.
xxx. ꝙ in illa auctē Math. donec acci/
pit sic i ps. sede a dextris meis donec ⁊c.
qđ nō itelligit ꝙ postea nō sedeat: sꝫ ꝙ vs/
q̄ꝫ tūc. ⁊ postea. Nā sicut dicit Nico. de
lira super Math. donec significat ali/
qn̄ tēpus determinatū quo transacto fit
aliqd. Aliqn̄ ponit ꝓ sp. Et sic accipitur
hic. ⁊ in auctoritate psalmiste pallegata
Primogenit⁹ etiā in scriptura nō solū
dr̄ post quē alij: sed etiā ante quē nullus
etiā si nullus alius sequatur. Ad tertium
dicēdū ꝙ fratres nō solū dicūt q eisdez
parētibus nascūt: sed etiā consanguinei
germani. Unde Paulus ad Gal. i. dicit
Alium apostoloꝝ vidi neminē: nisi Ja
cobū fratrē dn̄i. Erat eni Jacobus con/
sanguineus Jesu xp̄i filius sororis beate
Marie: sicut ⁊ alij. Joānes ⁊ Symon
cananeus. de quibus loco suo dicemus.
¶ Ad quartū dicēdū est ꝙ Joseph ibi
intelligit pr̄ xp̄i putatiue. Unde Jero⁹.
sup Math. in illo verbo genuit Joseph
virū Marie. Cuz virū inquit. audieris
suspitio tibi nō subeat nuptiarū: sed re/
cordare ꝯsuetudinis scripturaruz: quia
sponsi viri ⁊ sponse vocant vxores. Uo/
luit nanqꝫ xp̄us suā matrē virginē fuisse
despōsatā: tū vt eius genealogia ꝯsueto
modo texeret ꝑ viꝝ vt Amb. dicit super
Lucā: tū vt puer nat⁹ a ioseph nutriret
tum vt virgo liberaret ab infamia. ⁊ sic
ne tanq̄ꝫ adultera lapidaret: tum etiā vt
dicit Amb. super Lucam. vt ab ipso Jo
seph testimoniū haberem⁹ de sua spōsa
vxore virgine pregnante. Ut enim dicit
Math. postq̄ꝫ vidit Joseph. v̄ginē filiū
dei in vtero tenētē volebat dimittere eā:
non ꝙ aliqd mali de ea suspicaretur ꝺm
Criso. sed quia ignorabat mysteriuz. Et
eo sic cogitāte: āgelus domini apparuit
sibi in somnis. d. Joseph filij dauid: noli
timere accipere Mariā ꝯiugē tuā. s. ad
habitationē tecū. quod eni in ea natum
est: de spiritu sācto est ⁊c. Patz ergo ex
testimonio angeli taz virgini q̄ꝫ Joseph
apparentis: ipsaz virginem gloriosam in
tactam oīo ꝑmansisse. ¶ Tertia auctori
tas dicitur catholica. in symbolo. Fides
equidem imaculata dicit xp̄z conceptuz
de spū scō. natuz ex Maria virgine. Et
ecclesia cantat. Sancta virgo virginum
ora pro nobis.

¶ Quđ ꝯueniēs fuit xp̄i matrē virginē
esse ꝑꝑ ꝯseruationē paterne dignitatis
⁊ puritatis filij. ac propter finez incarna
tionis. Capl̄m. ij.

[S]ecūda ꝯclusio dr̄ rōnis In
qua videre debem⁹ q̄re xp̄s
debuit virginē Matrē hēre
Ad qđ adducim⁹ tres rōnes q̄s allegat
scūs Tho. i. iij. pte. q. xxviij. ar. i.
Prima est ꝓpter dignitatē patris.
Secūda est ꝓpter puritatem filij.
Tertia est ꝓpter incarnatiōis finem.
¶ Prima rō est ꝓpter dignitatē patris
s. conseruandā. Cum eniz xp̄s sit verus
deus: nō debuit habere aliū pfez q̄ꝫ deū
Nā filius alicuius nobilissimi patris: nō
debet attribui alteri patri ignobili ⁊ in/
digno. Cū ergo xp̄s esset eterni pr̄is dei

verus naturalis ⁊ cõsubstantialis filius
non fuit cõueniẽs aliũ patrem habere.
¶ Secunda ratio est propter puritatez
filij. Nã videmus ꝙ flos a radice oritur
sine radicis corruptione: ⁊ splendor a lu
ce vel sole sine lucis vel solis lesiõe. ⁊ vꝰ-
bum a corde vel mente absqꝫ mẽtis cõ-
tagione. Cum ergo xp̃s sit flos a radice
patris descendẽs: ⁊ candor lucis eterne
⁊ dei patris vbũ: consequens fuit ꝙ sine
corruptione matris cõciperet̃. Nã si cõ-
ceptio verbi nr̃i: quod est imꝑfectũ: cor
ruptionẽ nõ patit̃: multomagis ꝯceptio
vbi ꝑfecti. Quia igit̃ caro sic fuit a vbo
dei assumpta: vt esset caro verbi dei: cõ-
ueniens fuit ꝙ ipsa caro sine corruptiõe
matris cõciperet̃. ¶ Tertia rõ est ꝓpter
ĩcarnatiõis finẽ. Nã ad hoc facta fuit ĩ-
carnatio: vt hoïes renascerẽt̃ ĩ filios dei
vt dr̃. Joh. primo Dedit eis ptãtez filios
dei fieri his q credũt in noïe eius. q nõ
ex sanguinibus neqꝫ ex volũtate carnis
neqꝫ ex voluntate viri: sꝫ ex deo nati sũt
Per carnẽ fꝫ Nico. de lira. ĩtelligẽda ẽ
hic mulier Geñ. ij. c. hoc nũc os ex ossi
bus meis: ⁊ caro de carne mea assum-
pta est. Filij ergo dei nõ dbebãt nasci vo
lũtate carnis ⁊ viri. i. cõiunctiõe maris
⁊ femine. Ob quã cãz xp̃s debebat nasci
de virgine. Vñ Aug. li. de virginitate ait
Oportebat caput nostrũ in signũ mira-
culoꝝ fm corpus nasci de virgine: vt si
gnificaret sua mẽbra fm spm̃ de virgie
eccl̃ia nascitura. ¶ Sꝫ cur vitamꝰ ista ꝑ
dicare de virginitate Marie. quã Eze-
chiel. xliiij. c. ꝓuidit ĩ porta clausa: d q̃ di
cit. Porta h clausa erit ⁊ ñ apiet̃: ⁊ vir
nõ trãsibit ꝑ eaꝫ: quia dñs deus israel in
gressus ẽ per eam? Qd exponens Aug.
in quodã sermone dicit. Quid est porta
in domo dñi clausa. nisi ꝙ vgo Maria
semꝑ erit intacta? Et quid ẽ homo non
transibit ꝑ eã nisi ꝙ Joseph nõ cogno-
uit eam? Et quid est dñs solus intrat et
egredit̃ ꝑ eam. nisi ꝙ spũs scũs impre-
gnauit eam: ⁊ dñs angeloꝝ nascitur per
eam? Et quid est clausa erit in eternum:
nisi ꝙ Maria virgo est añ partũ ⁊ vir
go post partum?
¶ Qd sola virgo Maria fuit mr̃ ⁊ vir-
go ⁊ qualiter fuit vera ⁊ ꝓpria mater: vt
patet ex dictis sacre scripture. ⁊ rationi-
bus doctorum. Caplm̃. iij.

tErtia cõclusio dicitur decoratio
nis. Fuit nanqꝫ btã virgo in sua
virginitate decorata priuilegio
quodã singulari: vt esset virgo sil' ⁊ mat̃
ꝙ autez ipsa vera fuerit mater Jesu xp̃i
atqꝫ realis declarat̃ tripliciter.
Primo auctoritate.
Secundo ratione.
Tertio inuocatione.
¶ Primo declarat̃ ꝙ btã virgo fuerit
vera mr̃ Jesu xp̃i auctoritate. Nã Luce
p̃io dixit ei ãgelꝰ. Paries filiũ. Et iteꝝ
ibidẽ btã vgo audiuit btãm Helisabeth
dicẽtẽ. Unde hoc mihi vt veniat mater
dñi mei ad me. Et luce. ii. Pepit filiuz
suũ primogenituz. Et eodẽ. c. Dixit mater
eius ad illuz. Et Math. ij. Et intrantes
domũ inuenerũt puerũ cũ Maria mr̃e
eius. Et eodẽ. c. Angelus apparens Jo
seph dixit ei. Surge ⁊ accipe pueꝝ. ⁊ ma
trem eius Et Joh. ij. c. Nuptie facte sũt
in cana galilee: ⁊ erat mater Jesu ibi. Et
Joh. xix. c. Stabat. ãt iux̃ crucẽ Jesu ma
ter eius ⁊ soror mr̃is eiꝰ ⁊c. ¶ Scdõ ꝓ
bat̃ rõne ꝙ beata vgo fuerit va mr̃ Je-
su xp̃i. Naꝫ vt colligit̃ ex dict̃ sci Tho. in
iij. pte. q. xxxij. ar. iij. ⁊. pte. i. q. xxvij. ar.
ij. c. ad hoc ꝙ aliq̃s sit pr̃. vel aliq̃ sit mr̃
vel aliquis sit filius quattuor reqrunt̃. s.
vite generatio. substantie collatio. ma-
terie preparate administratio. ⁊ nature
specifice assimilatio. Primo eni reqrit̃
vite generatio. Nã nõ ex quacunqꝫ ge-
neratione sequitur paternitas vel mater
nitas vel filiatio: sꝫ ex generatione viuẽ-
tiuz. Et ideo si aliqua inaïata ex aliqua
materia fiant. nõ ꝓpter hoc sequit̃ in eis
rõ paternitatis: vel maternitatis: vel fi-
liationis. Sicut si ex ligno fiat scannuz
non ꝓpter hoc hoc lignũ dicit̃ pr̃ scãni
Similiter ñ dr̃ ꝙ ignis generatꝰ ex igne
sit filiꝰ ignis generãtis. ¶ Scdõ reqrit̃
collatio substantie. Nam si aliquis facit

aliquid nō cōferendo de sua sb̄a: nō dr̄
pr̄ vel mater. Sicut artifex qui facit scā
nū n̄ dr̄ pater scāni: nec scānū filius ei⁹.
¶ Tertio. reqrit̄ māe pparate admini/
stratio. Nō.n.simplr̄ pbere māz ad gnā
tionē alicui⁹: facit prēm vel mrēm. sed
pbere mām sic pparatā. Sicut terra nō
dr̄ ppae mater hoīs. nec hō pr̄ vermis
vn̄ formatꝰ. ¶ Quarto reqrit̄ māe speci
fice assimilatio. Nā si genitū nō assimi
let gnānti i nā specifica: generās nō dr̄
pr̄ nec genitū dr̄ fili⁹. Sicut capillus q
ab hoie gnātur nō dr̄ fili⁹. ¶ Cuz ergo
h quattuor cōditiōes fuerint in btā v̄gi
ne: pz q fuerit vera mr̄ xp̄i. Pmo nāqz
genuit xp̄m viuū. Vn̄ Damascen⁹ li. iij.
Fili⁹ dei ꝯxit ex castissimis ꝛ purissimis
sanguinibus virginis Marie carnem
animatā aīa rōnali. ¶ Secūdo btā vir
go xp̄o de sua sb̄a pbuit. Nā vt dic̄ scūs
Tho. i. iij. di. iiij. btā virgo i gnātiōe xp̄i
cōtulit qcqd alia mater ꝯferre debet ad
generationē filij. Si ergo alie mulieres
vere dicūt mrēs: ꝛ btā v̄go vere poterit
dici mr̄. ¶ Tertio btā v̄go n̄ solū mām
pbuit ad cōceptionē xp̄i: sz mām sic p/
paratā. ¶ Quarto pduxit sibi sile i spē
suū. s. speciosissimū filiū. ¶ Tertio pba
tur q btā v̄go fuerit vera mr̄ xp̄i iuoca
tiōe. Nā ecclia scā dicit ipsā reginā mise
ricordie eē mrē z xp̄i cū eā iuocat. vt ibi.
Aue maris stella dei mater alma. ꝛ Al/
ma redēptoris mater. Et pfecto ē valde
gratissimū hoc verbū mater virgini glo
riose: cū sibi dicitur: qa in hoc exprimit̄
omnis sua perfectio: laus ꝛ gloria. hinc
est qd Ecc. xxiiij. d se ipsa dicit. Ego mr̄
s. singulari modo. mater virgo: mr̄ in/
tacta: mater inuiolata: mater pulchre di
lectionis: timoris: magnitudinis ꝛ sācte
spei. In me oīs gratia vite ꝛ virtutis. in
me omnis spes vite ꝛ veritatis. Transi/
te ad me oēs q ꝯcupiscitis me: ꝛ a gnā/
tionibus meis iplemini: Spūs.n. meus
sup mel dulcis: ꝛ hrēditas mea sup mel
ꝛ fauū. O q̄ dulce vocabulū ad dicēdū
mr̄ xp̄i: o q̄ fructuosū p oibus ad alle/
gandū. Jō in aduersitatib⁹ ꝛ angustijs
in periculis ꝛ i oi tribulatiōe ad virginē
tam decorā recurram⁹: que habere me
ruit in vtero suo Regez celoꝝ ꝛ dn̄m. a
quo vt a filio impetrat nobis gratiā quā
nobis cōcedat ipse Jesus xp̄s pijssimus
qui est benedictus ꝛ laudabilis per infi/
nita secula seculorum. Amen.

¶ Feria sexta post primā dn̄icam de ad
uentu. Sermo de annūciatione dn̄i nr̄i
Jesu xp̄i facta p angelū gloriose virgini
Marie. De stupendis mysterijs huius
annūciationis ꝛ preconijs dignissimis
virginis benedicte.

Sextus fructus. Jesus annunciatus

n Ox precessit
dies autē appropinquit.
Jtez vbi.s. Sacrm in/
effabile incarnationis fi/
lij dei ita solenniter cele/
bratū ē: vt oēs angelici chori cōuerterēt
ad leticiā ꝛ exultationē: eo.s.tēpore q̄ per
scām trinitatē facto ꝯsilio angelic⁹ nun/
cius est deputat⁹: vt mitteret̄ ad virginē
ad annūciandū sibi despōsationē eterni
regis ex qua seq debebat pax humani
generis: ꝛ salus totius mūdi. Et qm̄ tale
mysteriuz ē satis efficacissimū corda du/
ra mollire ac liquefacere i amorē dilecti
Jesu. Idcirco in pn̄ti sermōe de ipsi⁹ an
nūciatione dicem⁹ sub vno fructu q est:
Jesus annūciatus. Pro cuius declara/
tione tres ꝯclusiones erūt notande.
Prima cōclusio dr̄ cōgruitatis.
Secūda ꝯclusio dicitur qualitatis.
Tertia ꝯclusio dicitur virtuositatis.
¶ Qd āgelus debuit annunciare v̄gini
ꝯceptionē filij dei: vt ex hoc seruaret̄ or
do ex pte dei ꝛ cōformitas repatiōis cū
lapsu ꝛ v̄go purissima ardēti⁹ se dispone
ret ad xp̄z suo vtero recipiēdū. Caplz. i.
p Rima cōclusio dr̄ cōgruitatis.
In qua videbūt⁹ qualiter āge
lus cōgruēter ad v̄ginē miss⁹ ē
ad ānūciādū dei filij ꝯceptū triplici rōe

Prima ratio sumitur ex parte dei.
Secunda ratio ex parte angeli.
Tertia ratio ex parte virginis.
¶ Prīa rō sumit̃ ex ꝑte dei: vt ſuaret̃
ordo quē ipse statuit. ꝙ mediantib⁹ an/
gelis diuina hoīb⁹ nūciātur. Et hec est
regula Dionysij. li. de ange. hierar. Ubi
ait. Dn̄icū benignitatis mysteriū angeli
prio edocti sūt. postea ꝑ ipsos ad nos co
gnitiōis grā trāsiuit. ¶ Si āt obijceret̃
ꝙ btā virgo superior erat āgelis. ergo n̄
debebat sibi tale mysteriū ab angelo re
uelari. q: vt dicit Dio⁹. supremis āgelis
fit reuelatio imediate a deo. ¶ Ad h̄ rn̄
dere possum⁹ s̄z Tho. i. iij. ꝑte. q. xxx ar.
ij. ad. i. ar. ꝙ btā v̄go supior erat angelis
q̄ntū ad dignitatē ad quā diuinit⁹ elige/
bat̃. s̄z q̄ntū ad statū p̄ntis vite erat iferi/
or. q: ⁊ ip̄e xp̄s rōe passibil' vite modi
co ab āgelis minorat⁹ ē. vt dr̃ ad heb. ij.
c. ⁊ notat̃ i prio sniaꝝ. di. xvi. Uerūtn̄ q̄a
xp̄s fuit sil' viator ⁊ ꝯphēsor: q̄ntū ad co
gnitionē dinoꝝ nō indigebat ab angel'
instrui. S̄z mater dei nō erat i statu cō
ꝓhēsoꝝ. iō de dino cōceptu ꝑ angelos i
struēda erat. ¶ Et si adhuc obijciat̃ ꝙ
btā v̄go ex lumie fidei cognoscebat dei
filiū incarnandum: q: tāta copia grē in
hitabat i aīa eius. ergo vr̃ ꝙ n̄ d̄bebat
instrui de eo qđ iā sciebat. ¶ Ego dico
ꝙ l̄z fidē de mediatore habuerit an̄ an
nūciationē: tn̄ ex humilitate cordis sui
nūq̄ cognouit seipsā fore in matrē eli/
gendā tanti filij. Et ex h̄ angel⁹ debuit
sibi ānūciare ꝙ fili⁹ dei erat in suo vtero
vētur⁹, ⁊ suscep̄tur⁹ carnē ex purissimis
sāguinib⁹ suis ꝑ operationē sp̄ūs sci. qđ
⁊ fecit. sic̄ p̄z Luce prio. ¶ Scđa rō su
mitur ex ꝑte angeli. vt. s. seruaretur ordo
in reꝑatione qui seruatus fuerat i lapsu.
Cecidit nanq̄ hō angelo malo Euā tē
ptāte. releuari aūt debebat āgelo bono
Marie nūciāte. Et hoc inquit Beda i
omel'. Aptū humane restaurationis prin
cipiū: vt āgel⁹ a deo mitteret̃ ad virgīez
partu ꝯsecrādā dino. q: prīa ꝑditōis hu
māe cā fuit cū s̄pēs a diabolo mittebat̃
ad mulierē supbie sp̄ū d̄cipiēdā. ¶ Ter
tia rō sumitur ex ꝑte virginis. Et prio vt
ex tali nūcio mēs eius eleuaret̃ i deū: vt
sic ardēti caritate flāmesceret: vt pri⁹ xp̄z
ꝯciperet ꝑ amorē mēte q̄ corpe. Nam ut
aug. li. de virginitate ait Mr̄na ꝓpin/
qtas nihil Marie ꝓfuisset: nisi felici⁹
xp̄m corde q̄ carne gestasset. ¶ Scđo
vt eius puritas ond̄eret̃. hinc Hiero. ad
Pau. ⁊ Eusto. Bn̄ angel⁹ ad virginez
mittit̃ q: est sēp āgelis cognata virgini
tas. ¶ Tertio vt esset certior testis hui⁹
sacr̄i qn̄ sup h̄ diuinit⁹ eēt istructa. sic ita
q̄ ordinatū fuit vt āgel⁹ ad v̄ginē mit/
teret̃. ¶ Quis excogitare posset. quanta
tūc fuerit leticia i celesti hierarchia: quā
tū gaudiū: quāta exultatio: cū ordiabat̃
legatio tā solēnis ⁊ grata fiēda ꝑ āgelū:
fluxerūt tot ānoꝝ milia qb⁹ n̄ solū hoīes
s̄z ip̄i angeli expectauerāt videre diē il
lū. O benignitas. o pietas ⁊ magna dul
cedo sūmi dei. ecce apta ē vēa misicor
die tue. Angelus vocat̃ a tota trinitate:
ābassiata sibi ipōit̃. Uađ igt pr̃ vade ad
virginē illā Mariam: ⁊ dic ei. q̄a illā in
meā spōsam vnicam eligo: ipsaz diligo
sup oēs creaturas. ipsius amore vulne/
ratū ē cor meū. Uade ait fili⁹ ⁊ dic ei. q̄a
ego ipsā i matrē eligo: ⁊ passibilē carnē
de ipsa suscipiam: eroq̄ ei amorosus fi/
lius: ipsaq̄ dulcissima mea mater Spi
rit⁹ sanctus subiūxit. Uade ⁊ dic ei: quia
ego secū ero: ⁊ operatiōe mea virgo cō/
cipiet: virgo pariet: ⁊ virgo in eternū
manebit. O quāta fuere tūc cantica. O
quot laudes: quot ve tripudia in regno
celorū. Multa pōt hūana mēs de ip̄is
pie contemplari: que nos breuitat̃ causa
dimittim⁹. Dixim⁹ tn̄ ista vt intelligere
mus q̄ congruū fuerit ꝙ angelus xp̄m
incarnādū virgini ānunciaret.
¶ Qđ āgelus ānūciās virgini ꝯceptū fi
lij fuit de ordine archāgeloꝝ Gabriel
vocatus: q virgini apparuit visione cor
porali. Capl'm. ij.

Ecūda cōclusio dicit̃ qualitat̃.
s In qua videre debemus quali/
tatem angeli nūciantis: ⁊ si nō
in oibus saltem q̄ntū ad tria videlicet.

Primo q̄ꝫtum ad ordinem.
Secundo q̄ꝫtum ad nomen.
Tertio q̄ꝫtum ad apparitionem

¶ Prio iquā ꝯsiderem⁹ cui⁹ ꝯditiōis fuerit āgel⁹ q nūciauit icarnationez xpi. Et vt colligit ex dictꝭ sci Tho.iij.di.tertij li.q.iij.ar.ij.q.ij.ꝛ.iij.pte sūme.q.iij. ar. ij.ad.iiij.ar.ille āgel⁹ fuit ð medio ordie ifime hierarchie: q ē ordo archāgeloꝝ. Qð ꝯueniēs vr̄ esse ꝛ veruz: vt saluaret ꝓprietas ordinū. qa ad angelos ptinet dirigere actus alicuius hois qui ad ipsū tm̄ ptinēt. Unde dicūt mysteria nūciare Ad archangelos vero pertinet dirigere actus hois qui i totā multitudinē redūdant Unde ꝛ medij.s.archāgeli dicūtur quasi principes angeli. Quia ergo consensus beate virginis.q p angeluz requirebatur erat actus singularis psōe redūdans in vtilitatem multitudinis: immo totius humani generis. iō angelus ille debuit esse de ordine archangeloruz. Et credibile est ꝙ fuerit sūmus i illo ordie.

Ertiū teſtimoniū quo ꝓbat fu/turū iudiciū dicitur eccleſie ꝛ ſa crorꝝ doctorū. Ipſa nāqꝫ ecclia in vtroqꝫ ſymbolo tā apl̄orūʒ q̄ꝫ patruʒ venturū xp̄m ad iudiciū ꝯfitet. Et h̄ eſt ſeptimus articulus fidei. vt dicit glo. c. i. de ſumma tri. ꝛ fi. ca. ſup v̊bo venturus Jō Augu. c. i. xx. lib. de ci. dei ait. Tenet oīs ecclia dei veri xp̄m de celo eſſe ven/turuʒ ad iudicandos viuos ꝛ mortuos. Inſuper de hoc iudicio clare ꝛ ſepi⁹ lo/quunt ſacri doctores. vñ Bern. in q̄daʒ epl̄a ait. Veiet dies illa qñ plus valebūt pura corda q̄ꝫ aſtuta verba: ꝯſcia bona q̄ꝫ marſupia plena: qm̄ qdem iudex ille non flectetur donis nec falletur v̊bis. et Hiero. ad Sabinianū diaconū lapſuʒ. Parce queſo aīe tue ꝛ crede dei futuruʒ iudicium. ꝛ idē ad Aſellaʒ de fictis ami/cis. Ante tribunal xp̄i ſtabimus. ibi pa/tebit qua mente quis vixerit. Et idem ad Heliodorū de cōtemptu mūdi. Ve niet vēiet dies illa qua corruptiuū hoc ꝛ mortale induat incorruptionē ꝛ immor talitatē. Btūs ſeruus quē inuenerit dñs vigilantem. Tūc ad voceʒ tube pauebit terra cū pplis. Tūc gaudebis cū iudica turo dño. lugubrit mūd⁹ imugiet ꝛ trib⁹ ad tribuʒ pectora ferient. Potentiſſimi quondā reges nudo latere palpitabunt Exhibebit cuʒ prole ſua venere tūc igni tus Jupiter. Adducet ꝛ cum ſuis ſtult⁹ Plato diſcipul. Ariſtolis argumēta nō̃ proderunt. Tūc tu ruſticanus ꝛ pauper exultabis gaudebis ac dices: Ecce cru/cifixus deus me⁹. Ecce iudex qui obuo/lutus pannis in preſepio vagijt. Hic eſt operarij ac q̄ſtuarie fili⁹. Hic mr̄is ge/ſtatus ſinu hoiem deus fugit in egyptuʒ Hic veſtitus coccino. Hic ſentib⁹ coro/natus. Hic magus demoniuʒ hñs ꝛ ſa/marites. Cerne man⁹ iudee q̄s fixeras. Cerne latus romane qō foderas. Vide te corpus an idē ſit quod dicebatis clam nocte ſuſtuliſſe diſcipulos. hec ille. ꝛ ideʒ ad Palma. ꝛ Oceanuʒ. Aderit illa di/es in qua facta noſtra quaſi in quadā ta bula depicta mōſtranda erunt. O quāꝫ in die illa expediſſet ſi ꝛ ſenſu corporis ꝛ viſcerꝝ vigore caruiſſēt. quanti paſtores phis: quāti ruſtici oratoribus: quāti ebe/tes ꝛ muti argutijs preferendi ſunt Cice ronis. ꝛ Grego. omel. xxxix. Preſentis tpis ſi q̄ eſt ita eſt agēda leticia: vt nūq̄ꝫ amaritudo ſequentꝫ iudicij recedat a me moria. Quis contradicere pōt qs audet qs debet tā ꝓbatiſſime v̊itati? Ecce. iaʒ audiuim⁹ tā ꝑclariſſimas voces q̄ pecca toribus terribile dei iudiciuʒ ꝯmināt fu/turū. Nō letent nō ſecuri viuāt: ſi nō̃ pu/niunt in hac vita. Non ſunt vane voces ſcripturarꝝ q̄ ve pctōrib⁹ ꝛ malefacienti/bus nunciat. Ve ait ſapiēs. Ecc. ij. diſſo lutis corde. Et. xli. Ve vobis viri impij q dereliquiſtis legeʒ dñi. Et Iſa. i. Ve gen ti peccatrici. Et. iij. Ve impio in malis ſu is. Et. xlv. Ve q cōtradicit factori ſuo. Et Apoc. xviij. Audiui vocē vni⁹ agle volātꝫ ꝑ mediū celū voce magna clamantis ꝛ dicētis. Ve ve ve habitātib⁹ i terra. id eſt iniqs pctōribus ꝛ malis hoibus. O hu mana ꝑſumptio. O deteſtabilis ꝛ ꝑicu/loſa ꝯfidentia eorum q in ſua mala vita dei iudicium nō formidant. O inſenſati pctōres cogitate diligentꝫ qd acturi eritꝫ vel qd rñſuri in extremo iudicij die. ꝛ dū

cognoscitis nullã esse in vobis astutiam nullãq3 virtutẽ quibus iudici eterno pos sitis obsistere reuertimini ad pniam vt sic esse valeatis de numero electorum q pcipient rgnũ eternũ i q̃ de⁹ cũ oib⁹ scis viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria tertia scd̃e ebdomade in q̃dragesima. de formidabilib⁹ iudicijs signis

Sermo. xxv.

Diciebat omnes emẽtes ꝛ vẽdẽtes d̃ tẽplo mat. xxi. ꝛ i euãgelio hodierno. q̃ȝ terribil' appebit i iudicio xp̃s clare ostẽdit nob̃ sacra euãgelica lectio hodierna in q̃ narrat celebre ac famosũ iudiciũ ꝛ signũ ptãtis q̃ erat in xp̃o q solus potuit flagello facto de funicul' grãdẽ mltitudinẽ foras templũ eijcere. Cõuenerãt qdẽ ibi vt solet fieri ppli in magno numero: neq3 iuentus ẽ q̃sq̃ȝ q potuerit resistere virtuti q̃ erat i vno solo hoie ihu xp̃o pp latentẽ ei⁹ diuinitatẽ. Ipse ergo vt potuit eijcere adhuc in nr̃a humilitate cõsistẽs oẽs vẽdẽtes ꝛ emẽtes de tẽplo: vẽturus ẽ in maiestate sua ad segregãdũ a cõsortio iustorũ cũctos pctõres ipenitẽtes. añ tñ aduẽtũ ei⁹ p̃cedẽt terribilia signa q̃ in h̃ s̃mone merito cõtẽplari debem⁹ vt p illoꝝ recordationẽ deũ timẽtes ꝛ ad penitentiã redeũtes: ñ iueniamur i nũero illoꝝ q̃s xp̃s tã acriter a sua facie eiecit ꝛ eternal'r cõdẽnabit. De ip̃is 'g° iu. signis tria mysteria p̃ncipalia erũt d̃claranda.

Primũ dĩ cõditio.
Secũdum ratio.
Tertiũ cõclusio.

¶ Qd̃ iminẽte iudicij tp̃e mlta signa fient i sole luna stell' i celo ꝛ i terra: i ãgelis ꝛ q̃si in oib⁹ alijs creaturis. Caplm. j.

Primũ mysteriũ cõtẽplãdũ de signis dr̃ cõditio. In q̃ videre debem⁹ q̃lia erũt ꝛ cui⁹ cõditiõis signa iudicij: Vñ Ri. i q̃rto. xlviij. di. ar. i. q. iij. inducit Hiero. q in ãnalib⁹ iudeoꝝ scribit se legisse. xv. signa q̃ sunt h̃. Pria die oia maria exaltabũt. xv. cubit⁹ supra oẽs mõtes. Scd̃a die oia eq̃ra psternẽt i pfundũ ita vt vix possint videri. Tertia die redigẽt i statũ antiquũ. Quarta oẽs belue q̃ mouẽt i aq̃s cõgregabũt ꝛ eleuabũt sup aq̃s mugiẽtes. Quita oia volatilia celi cõgregabũt i cãpis ꝛ ñ gustabũt neq3 bibẽt. s3 emittẽt voces q̃sdã q̃i flebiles. Sexta flamina surgẽt ab occasu sol' ignea 9̃ faciẽ firmamẽti vsq3 ad ortũ currẽtia. Septia oia sidera erratica ꝛ fixa spgent ex se igneas comas sic comete. Octaua magnus terremot⁹ erit ita vt omnia alta edificia psternãt. Nona oẽs lapides scidẽt ꝛ vna petra collidet aliã. Decima oẽs plãte fluent sãguineũ rorẽ. Undecia oẽs mõtes ꝛ colles ꝛ edificia i puluerez redigẽt. Duodecima oia aialia veniẽt ad cãpos de siluis ꝛ montib⁹ rugiẽtia ꝛ nihil gustãtia. Deciatertia. Oia sepulchra ab ortu sol' vsq3 ad occasũ patebũt cadaverib⁹ ad resurgẽdũ. Deciaquarta hoies d̃ hitacul' suis recedẽt discurrẽdo attoniti velut amentes ꝛ non audentes loqui. Deciaquita oẽs hoies moriẽt ꝛ resurgẽt cũ mortuis lõge añ defũcti. Et q̃ȝuis incertũ sit. vtꝝ talia signa sint p̃cessura iudiciũ cũ Hiero. ea nõ affirmet: s3 tñ legisse se asserat: tñ ex euãgelico textu tria signa ifallibil'r ꝛ certitudinal'r colligũtur Primum dr̃ corpoꝝ. celestiũ imutatio. Secũdũ angelicaꝝ ṽtutũ cõmotio. Tertiũ signi redẽptoris appitio. ¶ Primũ signũ hr̃ Math. xxiiij. vbi dr̃. Sol obscurabit ꝛ luna nõ dabit lumẽ suũ: ꝛ stelle cadẽt d̃ celo. ꝛ Luc. xxi. Erũt signa in sole ꝛ luna ꝛ stell'. ꝛ hoc p̃dixit Isai. xiij. c. Stelle celi ꝛ splẽdor eaꝝ ñ expãdẽt lumẽ suũ. obtenebrat⁹ ẽ sol i ortu suo: ꝛ lũa nõ splẽdebit i lumie suo. Et Apoc. viij. Quartus angel⁹ tuba cecinit ꝛ percussa ẽ tertia pars solis. tertia pars lune. ꝛ tertia ps stellarũ ita vt obscuraret tertia ps eaꝝ. s. circa obscurationẽ solis notanduz est s̃m Alexã. i. iij. pte. sũme. q. xxv. mẽ. i. ar. i. ꝛ Ri. q sequũt mgr̃m. xlviij. di. q̃rti li. ar. i. q. v. Qd̃ solez ꝛ lunã obscurari pt intelligi vel in ipso aduentu iudicis. ꝛ sic dicũtur obscurari ñ sui lumis p̃uatione

ſꝫ ſupueniente maioris lumīs claritate. Et h̄ predixit Jſaias.xxiiij.c. Erubeſcet luna ⁊ ꝯfundet ſol cū regnauerit dn̄s exercituū in mōte ſyon ⁊ in irl'm. ⁊ in conſpectu ſenū ſuoꝝ fuerit glorificatꝰ. Pōt etiā intelligi ſolē ⁊ lunā obſcurari an̄ iudicis aduentum ⁊ ſic patientur eclipſim ſupnālr: qm̄ ſi ꝓpaterent ꝑ nām nō oporteret h̄ poni inter ſigna. cū miſtotiēs hoc acciderit. Sꝫ credēdū ē ꝙ ꝯ nām patiētur ſil' eclipſim ad terrorē hoiuꝫ. per nāꝫ n. ipoſſibile eēt ꝙ ſil' paterent eclipſiꝫ. qa nāl' eclipſis ſol' cauſat ꝑ interpoſitioneꝫ lune inter aſpectū nr̄m ſoliſqꝫ. Et nālis eclipſis lune ꝑ iterpoſitionē terre diametralr iter ſolē ⁊ lunaꝫ. De illa ergo eclipſi ſic ꝓphauit Johel.ii.c. Sol ꝟtet i tenebras ⁊ luna in ſāguinē: anteq̄ꝫ veniet dies magnꝰ dn̄i ⁊ horribil'. De cāu ēt ſtellarum ſm Aug.xx. de ciui' dei.c.xxiiij. credēdū ē ꝙ tropica ſit illa locutio q̄ d̄r ſtellas cadere de celo eo ꝙ ꝓp̄e loquēdo verificari nō poſſet. q2 corpora celeſtia nō ſunt grauia nec corruptibilia. vt.d. Ar.i. de celo ⁊ mūdo. Jō dicūt cadere ď celo qa videbūt lumīe ſuo ꝓuari ſupuenīēte claritate maiori. Uel pōt itelligi ꝙ ſtelle cadēt ď celo q̄ꝫtū ad appitionē qa inflāmati vapores i tāta mltitudine deſcēdēt ꝙ videbit aſpiciētibꝰ ꝙ ſint ſtelle de celo cadētes. Secūdū ſignū erit angelicaruꝫ ꝟtutū cōmotio. De q̊ Mat.xxiiij. Uirtutes celoꝝ mouebūt. ⁊ hoc ſꝫ doctores ꝑfatos pōt dupl'r intelligi. aut pro ordie ꝟtutū q ſꝫ Dio.li. de an. hierar. ē mediꝰ in media hierarchia. aut ꝓ oibꝰ celeſtibꝰ ſpiritibꝰ. prio mō ꝓ tāto ꝟtutes celorum ꝯmouebūt. q2 āgeli illiꝰ ordis q̊rū offm̄ ē circa mūdū regimē gerere. faciēdo aliq̄ facta iſolita ad reuocādū mētes hoiuꝫ i deū: ꝑ modicū tp̄s an̄ xp̄i aduētuꝫ faciēt fctā maioris admiratōis q̄ꝫ vnq̄ꝫ an̄ fecerit. Et i ip̄o xp̄i aduētu mouere ceſſabūt corpa celeſtia. Accipiendo ꝟo ꝟtutes ꝓ oibꝰ angelis btīs dicūt moueri ſm mgr̄m nō metu dānatiōis vel aliq̄ ꝑturbatione pauoris. ſꝫ q̄dā admiratiōe eoꝝ q̄ videbūt. Et ſic itelligit illud Job.xxvi. Colūne celi pauēt ⁊ cōtremiſcūt ad nutū eiꝰ. Tertiū ſignuꝫ d̄r ſigni redēptoris appitio. ď q̊ i euāgelio. Tunc appebit ſignū filij hois. qď multipl'r p̄t intelligi ſꝫ Alex.i.iij. Unoꝰ ſignū illď p̄t dici ſignuꝫ crucis. ď q̊ cātat eccl'ia. hoc ſignū crucis erit i celo: cū dn̄s ad iudicāduꝫ venerit. Et Criſo. Crux apparebit ſole lucidior. ex q̄ Scďo mō p̄t dici ſignū paſſiōis i carne xp̄i: iux̄ illud zach.xij. Uidebūt i quē trāſfixerūt. Et Apoc.i.c. Uidebit eū ois oculꝰ. ⁊ q eū pupugerūt. Tertio mō p̄t itelligi ſignū crucis ip̄ſiū mētibꝰ fideliū. Hec ſūt ſigna q̄ colligūt ex euāgelio Tn̄ vt Lucas addit. in terris erit ꝑſſura gētiū pre ꝯfuſiōe ſonitꝰ maris ⁊ fluctuuꝫ vſqꝫ vniuerſo orbi. Jō nō ē dubitandū ꝙ an̄ diē iudicij videbūt terribilia ſigna n̄ ſolū in ſole luna ⁊ ſtell': veꝝ ēt i aere. in auibꝰ. i terra. i arboribꝰ. i mari. i aialibꝰ. in aqs. in fluminibꝰ. ⁊ in oibus abyſſis. ¶ Hď ſigna ꝓdicta i ꝓcedēti cap'lo fiēt ad ſignificādū terribilitatē iudicis. ⁊ ad accuſandū pctā vl' q̄i ad ꝯpatiendū ſuo mō miſeris damnatis.

Caplm.ij.

Ecūdū myſteriū ꝯtēplandū d̄r rō. Jn q̊ ꝯſiderare debemꝰ q̄re ꝓdcā ſigna fiēt an̄ diē iudicij. et dici pōt ꝙ ꝓꝑ tres rōes. Pria d̄r oñſionis. Scďa accuſatōis. Tertia ꝯpaſſiōis Pria rō d̄r oñſiōis ad oñdēdū q̄ꝫ terribil' erit aduētꝰ filij dei iudicātꝫ qn̄ creatur ſue tm̄ terrorē icutiēt hoibꝰ. Jō Greg. i omel'. d. mlta ďbēt mala ꝓcurrer vt mala ꝑ valeāt ſine fine nūciāe. nā ſi timēt hoies iſolitā ſol' obſcurationē: ſicē Uir.d. i. geor. Jlle ēt extīcto miſ̄atꝰ ceſar romā Cū caput obſcura nitidū ferrugie texit. Jmpiaqꝫ eternā timuerūt ſecula nocteꝫ. Si timēt n̄ ꝯſuetas tenebras. ſicē egyptij de qbꝰ d̄r. Exo.x. Facē ſūt tenebre horribiles in vniuerſa terra egypti tribꝰ diebꝰ nemo vidit fratreꝫ ſuum nec mouit ſe ď loco i q̊ erat. Si timēt terremotū ſi vētoruꝫ vehemētiā ſi nocturnos ſtrepitus ſi draconū aut ſpentū ſibilos leonūqꝫ rugitꝰ ⁊ hiꝰ: q̄ꝫto magis timebūt tremēdā vocē ſeueriſſimi iudicis dānantꝫ ⁊ exprobrātꝫ malos. ¶ Scďa rō illoꝝ ſignoꝝ ď

accusationis. Oēs eni fere creature im-mutabūt parate ad vindictā ꝯ pctōres iuxta illud Sap. v. Armabit creaturam ad vindictā inimicoꝝ suoꝝ. Nā cū deus omnes creaturas fecerit ad hois vtilitatē: ⁊ oēs deo obedierint homini seruiēdo. ipe vo homo rebellis ⁊ inobediēs creatori suo extiterit: ideo accusabunt eū quasi ingratū. Clamabit nanq; suo modo celū. O deus omnipotens ego hoi ministraui cū planetis meis influendo sup terrā ⁊ alia opando que iussisti. ipse vo te offendit. ergo vindica iustissime iudex. Clamabūt sol ⁊ luna ⁊ stelle. O deus magne nos dedimus peccatoribus lucē vt tuū psequerentur imperiū. Illi vo in oibus te cōtempserūt: fac ergo vindictā. Clamabit hoc modo aer. clamabit terra clamabūt aque ⁊ oia que in eis sunt. Iō Ugo de scō Uic. ait. In dia illa vltionis nihil habebit qd rn̄dere possit hō pctōr vbi celū ⁊ terra: sol ⁊ luna dies ⁊ noctes ⁊ totus mūdus stabūt aduersū nos i testimoniū pctōꝝ nostroꝝ. ¶ Tertia rō illoꝝ signoꝝ dicit̄ cōpassionis. Mouebunt̄ vtiq; quasi quodā affectu pietatis ⁊ cōpassiōis oēs creature ad compatiēdum dānatis miseris. Un̄ Criso. super Math. ait. Patrefamilias moriēte domus eius turbat̄: familia plāgit ⁊ nigris se vestibus induit. Sic humano genere circa finē ꝯstituto celi ministeria lugent ⁊ candore deposito tenebris induuntur. Plāget ergo sol. dānationē hoiū: planget luna: plāgēt stelle: plangēt oia elemēta. ⁊ vniuersa que creata sunt. O q̄ durus es o tu peccator q̄ ferreus: q̄ tibi ipsi crudelis qui te damnandū cōspicis ⁊ morti sempiterne adiudicandū: ⁊ tamē nō ploras. Plange qa sol te plāget: plāge qa planget te luna: plange quia plangent te stelle. Sed melius plange vt nō plangas. plange q offendisti deū vt tibi indulgeat. Plange p ꝯtritionē ⁊ postula veniā. plange p timorē vt sic penam effugias. O saxeū pectus. O adamātinū cor. o insensibilis mens peccatricis aie. que audiēdo ea q̄ dicimus nō cōmouet̄: nō cōpūgit̄: nō excitat̄: non deponit peccata: nec reuertit̄ ad dn̄m deum suum. ¶ Qd terribilis erit vox tube vocantis mortuos ad iudiciū. ⁊ q vtus dina erit cā efficiens reformationis corporū ⁊ resurrectiōis mortuoꝝ. ⁊ vox tube erit cā instrumentalis. Caplm̄. iij.

Ertiū mysteriū cōtemplādū de signis iudicij dicitur conclusio. Cōcludēt̄ nāq; oia signa terroris in illo vno pauescēdo: quod erit vox tube. de qua. i. Cor. xv. Canet eni tuba ⁊ mortui resurgent incorrupti: ⁊ nos immutabimur. Sm aūt Ric. disti. xliij. q̄rti lib. ar. iij. q. iij. Uox tube nō erit cā efficiens reformatiōis corpoꝝ ⁊ vniōis aiaꝝ ad illa. s; vtus dina. Erit tn̄ cā istrumētalis Iō. i. Thes. iiij. In iussu ⁊ in voce archāgeli ⁊ in tuba dei dscēdet d celo. Ubi ponunt̄ tria q̄ cōcurrēt ad resurrectionem motuoꝝ. Primū erit iussio. Scd̄z reformatio. Tertiū sonatio. ¶ Primum erit iussio: q: xp̄us iubebit pulueres seu ptes q̄scūq; corpoꝝ mortuoꝝ recolligi p ministeriū archāgelicū. ⁊ h notauit apl̄us cū d. In iussu. ¶ Secūdū erit reformatio. Precipiet etiā xp̄s ex ill' pulueribus recollectis corpa reformari ⁊ reformatis aias vniri. que duo fient p vtutē diuinam. et istd notat̄ ab apostolo cū. d. In tuba dei. ¶ Tertiū dr̄ sonatio. Archangeli enim q fuerūt custodes puinciaꝝ in puincijs quas custodierūt. clamabūt fortiter ⁊ sēsibiliter sono articulato: ⁊ mediāte aliq̄ sensibili creatura formata. clamabunt in quā q omnes corā iudice ꝯpeāt diffinitiuam sniam ⁊ irreuocabilē audituri. Et h notauit apl̄us cum dixit. In voce archangeli. De hac autē sonorosa tuba sic inqt. Criso. sup Mat. vere vox magna vox tube terribil' cui oia obediūt elemēta q̄ petras scidit. iferos apit. portas tartareas frāgit. vincula mortuoꝝ disrūpit. ⁊ d psundo abyssi aias corporibus suis assignat. Hec aūt oia citius cōsumāt̄ i ope q̄ sagitta transit in aere. dicente apostolo. In momento in ictu oculi in nouissima tuba. ⁊ Hiero. super Mat. sic loquitur.

Quotiens diem iudicij considero: toto corpe cōtremisco. Siue. n. comedā siue bibā siue aliquid aliud faciā sp videtur illa tuba terribilis insonare aurib⁹ meis Surgite mortui venite ad iudicium. Et idē ad Cromatiū ꝛ Heliodoꝝ. Ego in scelerū meoꝝ latens sepulchro ꝛ pctōꝝ vincul' colligat⁹ q̄tidie dn̄icū illū clamorē expecto. Hiero. vēi foras. Ego deniqꝫ omnia tuta timeo. Quid audis peccator Quid Hieronym⁹ dicit? Ecqs ipse erat Nōne scūs? Nōne probus ꝛ virtuosus Nōne a curis terrenis penit⁹ absolut⁹? nōne pnia macerat⁹? nōne in dei opere assidu⁹? Et tn̄ clamat: ego timeo. Et cur nō times tu o amator seculi. O negligēs i via domini? O peccator nequissime cō tremisce ꝛ ꝯcutiantur viscera tua: depone fatuitatē mētis tue q̄ fit vt nō timeas: ꝛ sepius mente reuolue Hiero. verba di. Ego timeo. Ad h̄ facit exemplū quod Barlaā dixit de Josaphat. Nō rex qdā magnus xpianus tn̄ ꝛ deuot⁹ vt plimū mestus omnibus apparebat ꝛc. O amara vox. o dura. o tediosa pctōrib⁹ oibus qn̄ dicetur eis. Surgite ꝛ venite ad iudicium. Ergo ꝓuideamus vt dū tempus adest ꝛ facultas dat: p pniam recōciliemur deo quē offēdimus vt bonitate sua ipse absoluat nos a pctīs: annumeretqꝫ societati scōꝝ: cōcedēs h̄ nobis gratiā ꝛ in futuro gloriam qui sit benedictus p infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria quarta secunde ebdomade in quadragesima de ordine ꝛ cōditionib⁹ iudicij generalis. ꝛ de snia ꝯ dānatos ferenda: ac de suaui vocatione electorum

Sermo. xxvi

Viri Niniui te surgēt i iudicio. Verba sunt ista domini nr̄i iesu xpi Math. xij. c. ꝛ in euangelio hodierno. Cōmemorabat frequentius saluator noster dilectissimi diē iudicij: qm̄ nihil terribilius pctōrib⁹ pt dici. Quisnā tam demēs tā stultus tāqꝫ obstinatissimus esse pōt vt cum audit se iudicandū diuino iudicio reseruari timere nō debeat: Judicabit de⁹ oēs homines oēsqꝫ angelos q peccauerūt: ꝛ ꝯtra eos sniā ꝓferet irreuocabilē. Qm̄ tn̄ preter ea que dicta sūt de futuro iudicio gnāli: nō parū vtile ē meditari ꝛ ꝯsiderare ea q̄ in illo iudicio fienda sunt: Idcirco in pn̄ti sermōe adhuc de ipso erim⁹ aliqua tractaturi. De q̄ tria mysteria adhuc proponimus contemplanda.

Primū dr̄ ordinatio.
Secūdū reuelatio.
Tertiū ꝓmiatio.

¶ De ordie iudicij tā fm locū q̄z modū ꝛ q̄lr ab oib⁹ siue bonis siue malis videbitur xp̄s i maiestate. Cap'z. j.

Primū mysterium ꝯtēplādū de iudicio gnāli dr̄ ordiatio. Ordinabitur. etenī fm doc. q̄ztū ad tria. Primo q̄ztū ad locū. Secūdo q̄ztum ad modū. Tertio q̄ztū ad aspectū ¶ Prio ordiabit q̄ztū ad locū. ō q̄ aliq. dicere voluerūt q erit vallis Josaphat ꝓpter ūba Johelis. iij. c. d. Adducā oēs gētes in valle Josaphat ꝛ disceptabo cū eis. Sed magister sniarū. xlviij. di. q̄rti li. quē ēt ceteri theologi subsequūt reprehendit illos qui dictū illud ꝓphicū volunt intelligi ad lr̄aꝫ. qm̄ oēs hoies i valle illa ꝯphēdi n̄ possēt. Et ꝓpterea ē potius intelligēdū mystice ꝛ spiritualiter: eo q vallis Josaphat interpretatur vallis iudicij. Dicit ergo magister q xp̄s descēdet ad iudicandum supra montē. Oliueti de quo in celum ascēdit: ꝛ sedebit in aere in loco alto: ꝛ forte circa locū illum in quo apli desierūt ipsū corporaliter videre qn̄ ascendebat in celū. Hoies aūt congregaquntur in valle Josaphat cui preeminet mons oliueti. Et quot in illo poterūt capi tot erunt ibi. Alij circa vallem quidam ꝓpinquius: qdā ūo remotius. Electis ūo existentibus ad dexteram iudicis non in terra sed in aere. iux illud. i. Thes. iiij. Rapiemur cū illis in

nubibus obuiã xpo in aera. Si eniz nõ raperentur i aera nisi p⁹ iudiciũ qñ cuz iudice ibunt in celũ. nõ dicerentur rapi obuiã xpo: ƺ p⁹ xpm. Uiri tamẽ perfecti magis eminentius ⁊ ꝓpe iudicem erũt Magis aũt cõgruũ erit ꝙ xpus veniat ad iudicandũ in aere sup montẽ oliueti ꝙ sup locũ in quo passus est: qa passus est in forma infirma ⁊ iudicabit i forma gloriosa sicut in gloriosa ascẽdit. ¶ Secundo ordinabit iudiciũ ꝗtũ ad modũ De sũmis nãqꝫ celorũ descendet fili⁹ dei cum ptãte magna ⁊ maiestate. cũ oibus angelicis choris. ⁊ sua gloriosissima ma tre. Deferẽt ante euz angeli passionis instrumenta ex miraculo reformata. videlicet colũnã. coronã spineam. crucẽ clauos. spongiam ⁊ lanceaz. Et omnes electi reassumptis corporibus procedent ei obuiam. Quorũ ꝓcessionẽ ⁊ ordinẽ pie ꝯtemplari possumus ƺ ꝙ Jo. in Apoc. describit. Ait enim. vij. c. Audiui numerum signatoruz centũ quadraginta quatuor milia signa. Ex tribu Juda. xij. milia signa. Ex tribu. Ruben. xij. milia si. Ex tribu Gad. xij. milia signati. Ex tribu Aser. xij. milia signati. Ex tribu Neptalim. xij milia signati. Ex tribu Manasse. xij. milia signati. Ex tribu Leui xij. milia signati. Ex tribu Symeon. xij. milia signati. Ex tribu Jsachar. xij. milia signati. Ex tribu zabulon. xij. milia signati Ex tribu Joseph. xij milia signati Ex tribu Beniamin. xij. milia signati. Post h̃ vidi turbam magnã quam dinumerare nemo poterat ex omnib⁹ gẽtib⁹ ⁊ tribubus ⁊ linguis ⁊ populis: stantes ante thronuz in conspectu agni amicti stolis albis: ⁊ palme in manibus eorum. ⁊ clamabant voce magna dicentes Salus deo nr̃o qui sedet super throno ⁊ agno. Jn qua visione ponit Jo. numerum electoꝝ accipiẽdo more scripture numeruz determinatũ ꝓ indetermiato: describendo illũ p noĩa tribuũ filioꝝ isrl̃ p que mystice designant status illoruz q erunt saluandi. Primus ergo status ex tribu iuda: qui interpretatur cõfessio cõpebit in iudicio. ⁊ signat oẽs peccatores omnesqꝫ peccatrices q post multa scelera ⁊ pctã cõmissa redierũt ad pniam. de quibus xpus dixit. Meretrices ⁊ publicani precedent in regno celoꝝ. Secũd⁹ status cõpebit ex tribu Ruben. qui interptatᷓ filius visiõis. ⁊ signat oẽs viros doctos ⁊ illuminatos scia qui deũ in omnibus magnificauerunt. Tertius status cõpebit ex tribu Gad. qui interpretatur accinctus latrunculus. ⁊ signat quoslibꝫ cõiugatos: qui in scõ mr̃imonio cũ dei timore ⁊ obedientia vixerunt. Quartus status compebit ex tribu Aser: qui interpretatur beatus vel diuitias habens: ⁊ signat omnes sacerdotes diuites qui ministri sunt sacramentoꝝ. Quintus stat⁹ cõparebit ex tribu Neptalim: qui interpretatᷓ dilatatio mea. ⁊ signat omnes religiosos qui se dilatant nõ solũ ꝑpter deũ ad seruanda precepta: sed etiam cõsilia Sextus status apparebit ex tribu Manasse. q interpr̃tatur obliuio. ⁊ signat oẽs monachos ⁊ solitarios: qui obliti cuiuscunqꝫ cure tp̃alis: etiã ⁊ actionis sp̃ualis p cõtemplatiuã vitã deo placere studuerunt. Septim⁹ status compebit ex tribu Symeon: qui interpretatur obedientia. ⁊ signat omnes filios qui mortui sũt sub cura parentuz quibus in vita fuerᷓt obedientes. Octauus status comparebit ex tribu Leui: qui interpretatur assumptus ⁊ signat oẽs p̃latos ecclie qui assumunᷓt ad regimen aiarũ. Nonus stat⁹ cõpebit ex tribu Jsachar: q interptatᷓ vir mercedis. ⁊ signat mechanicos ⁊ artifices omnes qui laborant pro mercede. Decim⁹ status cõpebit ex tribu zabulon: qui interpretatᷓ ꝓpugnaculuz fortitudinis. ⁊ signat oẽs imperatores reges principes ⁊ alios q̃scũqꝫ dñ̃os: qui ob rempublicaz defendendã augendã tuendãqꝫ habuerunt p̃matũ. Undecim⁹ status compebit ex tribu Joseph: qui interpretatur augmẽtũ. ⁊ signat oẽs bonos mercatores qui sua industria sollicitudie ⁊ labore ciuitatum bona multiplicant ⁊ augmẽtãt. Duodecimus status compebit ex tribu

Beniamin: qui interpretaƚ continentia. ⁊ signat oēs cōtinentes qui vitia carna-
lia maxie sūt detestati. Post q̊s venient
oēs martyres ꝯfessores ⁊ apli ⁊ pn̄tabūt
se coram altissimo imperatore dn̄o ihu
xp̄o laudantes ⁊ bn̄dicentes cum leticia
nomen sanctū eius. ¶ Ex alio v̊o lateř
damnati omnes reassumptis corporibꝰ
suis vna cū diabolꝭ compebūt. ¶ Pri-
mi erunt omnes desperati: quoꝝ capita-
nei erunt Caym qui interfecit fratreȝ: ⁊
Judas qui vendidit xp̄m. ¶ Secundi
erunt omnes viri docti qui fuerunt sapi
entes vt facerent mala: bene autem fa-
cere nescierunt. Ibi erūt inflati theologi
ibi erūt curiosi ⁊ vani ph̄i. ibi arrogātes
iuriste. ibi ꝓcuratores ⁊ aduocati dolosi
ibi notarij falsi. ibi oratores mendaces:
⁊ adulationibus veritatem despicientes
¶ Tertij erūt omnes vxorati qui matri
monij federa violauerunt. ibi erunt qui
contraxerūt in gradibus prohibitis aut
cum ordinibus sacris. aut post continē-
tie vota. ibi erunt mulieres adultere que
de bonis virorum nutrierunt filios alie
nos. ¶ Quarti erūt omnes mali sacer
dotes qui curam animarum acceperūt
cum essent insufficiētes. qui nō dixerunt
officiū ad qđ tenebāƚ. qui celebrabūt in
mortali pctō. qui tenuerūt secrete vꝭ pu-
blice cōcubinas ⁊ sacřa pro precio ven
diderunt. ¶ Quinti erunt omnes mali
religiosi q nō seruauerunt regulas suas
quas ꝓmiserūt deo obseruare q peiores
fuerūt in moribꝰ q̄z stipendiarij. superbi
ꝓsumptuosi. hypocrite. inuidi. maliuoli.
iniqui. v̊sipelles: dolosi. detractores. su-
surrones. bilingues. mēdaces. sacrilegi.
excōicati. ⁊ quidaȝ damnabiles heretici
¶ Sexti erūt oēs mali monachi ⁊ soli-
tarij. ociosi. pigri. comedētes bn̄. parum
loquētes cū deo ⁊ minꝰ cū hoibus. stan
tes in solitudine ꝓpter gloriaȝ mūdi: ple
ni fantasijs ⁊ cogitationibꝰ ēt ⁊ factis tur
pissimis ⁊ pre verecundia talia confite-
ri omittentes. ¶ Septimi erunt omnes
supbi filij q parētibus suis inobediētes
eos spreuerunt afflixeruntq: ⁊ molesta-
uerunt cōtumelijs cōuitijs improperijs
⁊ qn̄q: verberibus. nec debitā impende
runt reuerentiam. ¶ Octaui erunt oēs
lupini prelati qui non intrauerūt per ho
stium in ouile neq: vocati fuere a deo si
cut Aaron: sed munere precio arte dolo
importunitate tp̄ali q: fauore: ⁊ alijs in-
debitis modis eccliasticos rapuerūt ho
nores: ⁊ bona eccliarū nō paupibꝰ q̊rū
sunt: sed ꝓpinquis ⁊ amicis: ⁊ qđ peiꝰ ē
lenonibus ⁊ meretricibꝰ distribuerūt ⁊c.
¶ Noni erūt omnes mali mercatores
fraudulenti: falsarij. simulati. piuri. dece
ptores ⁊ vsurarij. ¶ Decimi erūt oēs ty
rāni ⁊ mali dn̄i q seipsos deificantes nō
timuerūt deū. ⁊ suos subditos grauarūt
iniuste. ¶ Undecimi erūt oēs artiste ne
q̄z q suas artes cū iiustitia ⁊ alioꝝ dāno
exercueřt. ¶ Duodecimi erūt oēs incō
stātes ⁊ luxuriosi ⁊ oēs alij pctōres qui a
pte sinistra pn̄tabūƚ corā iudice claman
tes ac dicentes. Heu heu cur nati sumꝰ
O q̄z amara ē dies ista. o mihi nos quo
trahimur? Ue nob̄ q: ꝑgimꝰ ad rigorosū
iudiciū. ¶ Tertio ordiabiƚ iudiciū q̄ztū
ad aspectū. ꝭm. n. Alex. in. iij. vbi. s̄. mē.
iiij. ar. i. q. ij. Ri. ⁊ Bon̄. di. xlviij. q̄rti li.
Boni ⁊ mali visuri sūt iudicē viuoruȝ ⁊
mortuoꝝ. Mali i forma q̄ filiꝰ hois est.
sȝ tn̄ i claritate q̄ iudicabit: nō in ifirmi-
tate q̄ iudicatꝰ ē. fiet. n. v̊tute dina supnā
liter vt videāt formā gliosā corpis xp̄i ad
āpliorē illoꝝ ꝯfusionē. q: glibȝ eoruȝ tri
stabiƚ ac ꝯfūdeƚ vidēdo gliaȝ eiꝰ quē ve-
hemēť odit. Dānati. n. vehemēter odiūt
deū n̄ sb rōe q̄ bonꝰ ē: sȝ sb rōe q̄ eos pu
nit. Cognoscent insup dānati diuinitatem
xp̄i n̄ p clarā visionē: sȝ p effectꝰ. Boni
v̊o videbūt gloriaȝ corpis xp̄i cum gau
dio ⁊ leticia oculo corporali: ⁊ gloriā aie
oculo mentali. ⁊ etiam clare videbūt di-
uinitatem. Fietq: adhuc supernāliter vt
ita eum videant ⁊ audiant qui sunt a re
motꝭ sicut ꝓpinq. Tūc sicut dicit Criso.
sup Math. plangent iudei vidētes vi-
uentē ⁊ iudicātē quē q̄si hoieȝ mortuuȝ
existimabant: ⁊ cōuincentes se corpore
vulnerato scelus suuȝ negare n̄ poterūt

Plangent ⁊ gentiles qui vanis disputa
tionibus decepti phorū irrationabilem
stulticiam putauerunt eē deū colere cru/
cifixū. Plangent se xpiani pctōres: qui
magis dilexerūt mūdū ꝗ̄ xpm. Plan/
gent se heretici q purū hoiem crucifixū
dixerūt: cū videant ipsū esse iudicem in
quē iudei trāffixerūt. hec ille. O quanta
erit etiā in damnatis afflictio: quantusqȝ
meror cū videbūt multitudinē electorū
Tunc vt scribit Sap. v. stabunt iusti in
magna ꝯstantia aduersus eos qui se an/
gustiauerunt ⁊ q abstulerunt labores eo
rum. Vidētes turbabūt timore horribili
⁊ mirabuntur in subitatione insperate sa
lutis dicentes intra se penitentiā agentes
⁊ p angustia spūs gemētes. Hi sūt quos
aliquando ha. i deri. ⁊ in si. impro. Nos
insen. vitā illoꝝ estimabamꝰ insaniā. ⁊ fi.
illoꝝ sine ho. Ecce quō compu. sunt iter
fi. dei. ⁊ inter scōs sors illoꝝ est.

¶ Qualr̄ accusabūt in die iudicij ⁊ no/
ta fient pctā oium. nec poterit qs defēde
re se aut excusare. Caplm̄. ij.

Ecūdū mysteriū ꝯtemplandū
de iudicio vocat reuelatio. Re/
uelabūtur qppe oia dānatorum
pctā: tam publica ꝗ̄ secreta. Circā quā
reuelationē occurrēt tria. Primū dicit
accusatio. Secūdū testificatio. Tertium
arctatio. ¶ Primū accusatio Stabūt
nanqȝ tres accusatores contra peccato/
res. Primꝰ erit diabolꝰ qui dicet: Equis
sime iudex iudica istum esse meum qui
noluit esse tuus. Tuus erat p nāz. meus
est factꝰ per suam maliciā. Tibi iobediēs
mihi obediēs. Judica ergo istū eē meū
mecūqȝ damnandū. Cognoscēt. n. tunc
satui pctōres: ꝗ̄ grauiter errauerīt acqe
scere diabolicis suasionibus quando vi
debūt omnes demones cōtra illos cla/
mantes. ¶ Secundus accusator erit p/
prium scelus. Nam vt inqt Ric. in. iiij.
di. xliij. art. vii. q. i. Jn iudicio cognoscet
qlibz hō pcā q̄ fecit taz iusti ꝗ̄ reprobi.
Mali eni cognoscēt vt ex illa afflictiōe
āpliꝰ crucieīt. Boni vō qr ex cognitiōe re
missionis ⁊ indulgētie ampliꝰ ꝯsolabūt.
⁊ diuinā mīaz collaudabūt. Non solū
aūt ipsimet: sed singillatim vnicuiqȝ ma
nifesta erunt oiū bona ⁊ mala. Sed no
ticia illa ⁊ diuulgatio pctōrū q̄ fecerunt
electi: nō generabit eis penaz nec igno/
miniā nec ꝯfusionem: qnimo cedet ad
eorū gliam ꝑpter penitentiam quā fece
runt. Et h̄ dicit Grego. iiij. moral. v̄ sus
finē q ait exponēs illud ps. Misericor/
dias domini in eternum cantabo. Quō
mīas dñi cantat in eternū: qui miserū
se ignorat fuisse. Et si miserie transacte n̄
meminit: vnde largitori mīicordie lau
des reddit. Manifestatio ergo pctōrū
ꝗ̄tū ad reprobos non ꝗ̄tum ad iustos
erit accusatio. ¶ Tertiꝰ accusator erit to/
tus mundus. Vñ Criso. super Math.
Jn illa die vltionis nihil est quod rñdea
mus vbi celū ⁊ terra aqua sol ⁊ luna di/
es ⁊ noctes ⁊ totus mundus stabūt ad/
uersum nos in testimoniū pctōꝝ nrōꝝ.
Secūdū qō occurrit in reuelatione pec
catorū erit testificatio. Tres enim testes
habebit tūc ꝯ̄ se peccator. Vnū supra se
s. deū. Secūdū intra se. s. cōsciam ꝓpriā
Tertiū iuxta se. s. ꝓpriū angelū hōi ad
custodiā deputatū: qui tāqȝ cōsciꝰ oium
que homo fecit cōtra eū testimoniū per
hibebit. Vñ Job. xx. Reuelabūt celi id
est angeli iniquitatem eius. Tertium qō
occurret in reuelatiōe pctōrū erit arcta/
tio. Arcte enim erūt tūc ⁊ stricte vie oiū
pctōrū qñ nō poterūt negare: nō excu/
sare: nō appellare: nō fugere: non impe
trare veniā: nō habere refugiū. O ꝗ̄ fle
bilis erit tūc dānatoꝝ ꝯditio. Non vale
būt eis p ces: nō clamores: nō gemitꝰ:
nō parētes: nō amici: non deniqȝ qcꝗ̄
aliō. Vñ Criso. sup Math. nō erit tunc
resistendi virtus ꝯ̄ deū: nec fugiendi fa/
cultas ante faciem eius: nec pnie locus
nec satisfactionis tempus. Et Grego. in
omel. inqt. O ꝗ̄ anguste erunt tunc vie
reproboꝝ: supiꝰ erit iudex iratus: inferiꝰ
horrēdū chaos: a dextris pctā accusan/
tia: a sinistris infinita demonia ad sup/
pliciū trahentia: intus cōscientia vrens:
foris mundus ardēs: miser peccator sic

ꝯphensus q̊ fugiet: latere erit īpossibile:
appere itollerabile. hec ille. Poterit tūc
vnusq̄sq; dicere illō ꝑs. Quo ibo a spū
tuo ⁊ q̊ a fa.t.f. Si ascē.i ce.t.il.es.si de.
i infer.ades. Si sū.pe.m.di.⁊ ha.i extre.
ma. Etenī il.m.t.dedu.me.⁊.t.m.de tu.
¶ Qualiter in iudicio xp̄s nos alloq̄t ele/
ctos blande atq; benigne. malos v̓o as/
per satis ⁊ dure. ⁊ quomō impij sepabū
tur a iustis. Capl̄m.iij.

t Ertiū mysteriū ꝯtemplandū de
iudicio dicit̄ ꝑmiatio. Circa qō
adhuc tria debem⁹ attentissime
ꝯtēplari. ¶ Primū dī electoꝝ allocutō
¶ Scōz dānatoꝝ ꝯtristatio. ¶ Tertiū
oīuz sepatio. ¶ Primū dī electoꝝ allo/
cutio. Loq̄t nāq; xp̄s elect̄ suis tria sua
uissima v̓ba. ¶ Primū v̓bū erit dulcis
vocationis: qn̄ facie leta ⁊ vultu hilari
ad dexterā ptē se vertens aspiciet suā dul
cissimaz matrē ⁊ ceteros electos ⁊ scōs
poteritq; dicere lz in euangelio nō pōat
O genitrix mea. o venerāda ⁊ dignissi/
ma regina celoꝝ. Ecce iā tp̄s ē vt cūctis
hoīb⁹ qui fuerūt in mūdo inotescat glīa
tua. videantq; oēs merita tua. Tu nēpe
es illa que humilitate charitate ceterisq;
v̓tutib⁹ ad tuuz vterū me inclinasti. Tu
me nouē mēsib⁹ i ventris tui tabnaculo
tenuisti. Tu me natū deū hoīez i ꝑsepio
adorasti: inuoluisti pānis: ⁊ lacte tuo mel
lifluo me pauisti. Tu cum lachrimantez
me cernebas lacrimabaris. Cum vigilā
te vigilabas: cū patiente patiebaris. Tu
me i brachijs sepe portasti. ⁊ corō ⁊ ope
semp mecū fuisti. Mecū pre dolore cū
crucifigebar i cruce crucifigebaris i aīa
Et cū a toto mūdo essem derelictus: tu
sola firma in mea fide māsisti. Junxisti
volūtatē tuā volūtati mee. Scā humil'
⁊ deuota celestia sp desiderasti. En iam
toto mundo pariter ꝯgregato: ⁊ ego ex/
celsam glīam tuam quaz tibi dare volui
patenter monstrabo. Postmodum v̓o
aplis referet. Vos discipuli mei filij ⁊ fra
tres dilecti: q reliq̄stis oia pp nomē me
um ⁊ paupes ⁊ pegrini p terraꝝ orbē fi/
deli laborastis: ⁊ tādē patiēter morē su

stinuistis. Et p⁹ martyrib⁹ dicet. O vos
feruētes martyres. q p meo amore tor/
menta ⁊ penas horribilissimas sustinui/
stis: ⁊ mori potius ꝙ̄ me negare elegist̄.
Deinde alloq̄t virgines. O vos virgīes
mūdi q scām illibatāq; castitatez tātopē
amastis. Et vos o sancti cōfessores: qui
corpa vestra arctissima pnīa macerastis
O vos omnes sci religiosi q abnegastis
ppriā volūtatē. O dnīq; vos q mīe opa
pximis vestris exhibuist̄. Esuriui eniz ⁊
dedistis mihi mādūcare. Sitiui ⁊ dedist̄
mihi bibere. Hospes erā ⁊ collegist̄ me
Nud⁹ erā ⁊ cooꝑuist̄ me. Infirm⁹ erā ⁊
visitastis me. Vēite ad me vos diligētem
Uenite ad me fontem oīuz bonorū. Ad
me summū gaudiū. Ad me sūmaz pul/
chritudinē. Ad me sūmū solatiuz. Ueni
o cara genitrix. Venite omnes electi. O
dulce venite. o vox dulcior sup mel ⁊ mā
na. Ecquid facient tunc damnati q non
vocabunt̄. Audiēt tn̄ xp̄m vocātem ele/
ctos suos. Percutient profecto pectora
clamabūt ⁊ dicēt. Ue nobis cur nati su/
mus. Ue quia vocati sunt illi. ⁊ nos non
vocamur: ⁊ nob̄ nihil dicit̄. Quinimo
expectantes sum⁹ audire sn̄iam horribil'
dānatiōis. ¶ Secūdū v̓bū suauissimū
qō loquet̄ xp̄s electis suis dī bn̄dictiōis
Nā post vocatōez subiūget eis bn̄dictio
nē suaz: dicetq; vt pie credo ꝑmo matri
sue. Bn̄dicta sis tu: benedicta sit aīa tua
bn̄dictū sit corp⁹ tuū: bn̄dicti sint oēs la
bores tui. Deinde dicet ⁊ ceteris. Bene/
dicti sitis vos oēs electi mei. O ꝙ̄ grata
erit bn̄dictio illa oīb⁹ illis. O ꝙ̄ grauis
ipsis dānatis q tūc intelligēt ꝙ̄tuz pfuit
bn̄facer amar deū ⁊ odire pctm̄. ¶ Ter
tiū v̓bū suauissimū qō loq̄t xp̄s electis
suis dicit̄ remuneratiōis. qn̄ subiunget:
Possidete paratū vob̄ regnū a cōstitu/
tione mūdi. Regnū in quo est oīs iocū/
ditas: oīs plenitudo bonoꝝ: oīs suaui
tas: oīs trāq̄llitas: oīs pax: omnis ꝯcor
dia: oīs leticia: oīs quies: oēs diuitie: oīs
satietas: omne deniq; bonū. Nullū icō
modū: nulla tristitia: null⁹ dolor: nullus
labor: nulla infirmitas: nullū fastidiū.

nullus meror: nulla discordia: nullū de/
niqȝ malum. O pctōres insensati. cur nō
conamini ⁊ vos regnum illud acquirere
cui totus mundus cū oibus bonis suis
cōpari nō pōt? Secūdū ꝯtemplanduȝ
dicit dānatoꝝ cōtristatio. Nā p⁹ oia que
sup̄dicta sūt vehemēter pctōres ꝯtrista/
būtur pp tria. Prio pp exprobrationeȝ
Acriter nāqȝ xp̄us exprobrabit illos. di.
illud vel simile qḋ Criso. super Math.
sit. Ego ꝓpter vos homo fact⁹ sū: alliga
tus ⁊ derisus: cesus ⁊ crucifixus. Ubi est
tantarum iniuriarū mearū fruct⁹? Ecce
preciū sanguinis mei quē dedi pro redē
ptione aiarū vestraꝝ. Ubi est seruit⁹ vr̄a
quam mihi ꝓ precio sanguinis mei dedi
stis? Ego super gloriā meaȝ vos habui
cum essem de⁹ apparens hō. ⁊ viliorem
me oibus rebus vr̄is fecistis. Nam oēȝ
rem vilissimā terre amplius dilexistis q̄ȝ
iustitiā meā ⁊ fidē. h Chriso. O scelerati
⁊ igrati peccatores: qd mali feci vobis?
Quid ꝓ vr̄a salute facere debui qḋ non
feci? Uidete caput meū splēdidū. hoc est
illud qḋ ꝓ vobis spinis fuit coronatum.
Habui faciē meā nūc sole lucidioreȝ: fe
tidissimis sputis ꝓ vob deturpataȝ. Cor
pus h gloriosum qḋ inspicitis pro vobis
fuit dure flagellatū ⁊ in cruce confixum.
Ecce signa. aspicite loca clauoruȝ. aspici
te manus. aspicite pedes. aspicite latus.
Inqt eni Chriso. Ueniet xp̄s in iudicio
nō solū, vulnera. sȝ exprobratissimā mor/
tem oñdēs. Scḋo ꝯtristabūt pctōres ꝓ
pter contrariationē. In tantis eni angu/
stijs constituti oēs scōs ꝯrios habebūt
Tertio ꝯtristabūt pp sentētiationem. qñ
audiūt tonitruū illud grande ⁊ formida
bile vocē. s. Ihu xp̄i indignāter ipsis. d.
Ite maledicti in ignem eternū qui pat⁹
est diabolo ⁊ angelis ei⁹. Tertium cōtē/
planduȝ dr̄ oiuȝ sepatio. O si vellemus
ꝯtemplari qñ sepabunt iniusti a ꝯsortio
iustoꝝ ⁊ a visiōe dei: quāta erit illoꝝ la/
mentatio q̄ȝ flebiles voces. ꝓrumpem⁹
certe in lachrymas. Ibūt quidē ipsi dā/
nati eiulantes ⁊ querulantes in ignē eter
nuȝ. Iusti aūt in vitā eternā: in q̄ regna
būt cū xp̄o p infinita secula seculorum.
Amen.

Feria qnta scḋe ebdomade in q̄dra/
gesima de necessitate scissime ꝯfessionis
ꝯ eos q dicūt superfluum esse aut inane
confiteri peccata sua sacerdoti.

Sermo. xxvij.

Ecedentes

discipuli eius rogabant
eum. d. Dimitte illaȝ: qa
clamat post nos Mat.
xv. c. ⁊ i euāgelio hodier
no. Ordinauit Christus
sacerdotes suos mediatores fore futuros
inter ipsum ⁊ peccatores penitentes: vo
luitqȝ vt absolutiōis bñficiū ipsi sacerdo
tes per cōfessionem sacramentalē largi
rent. Qḋ mystice innuit in euangelica le/
ctione in qua narrat quēadmodum apli
p quos significant sacerdotes supplica/
bunt xp̄o ꝓ Chananee filia: sanitateȝ po
stulante. p quā peccatrix aia denotatur.
Qm̄ v̇o apud nōnullos curiosos extat
opinio quedā falsa: qua asserūt non fore
opportunū imo supfluū ⁊ inane sacerdo
tibus confiteri pctā. Idcirco in pn̄ti ser/
mone de necessitate cōfessionis tractare
curabim⁹: quā necessariam esse cunctis
penitentibus ostendem⁹ triplici ratione.
Prima rō ꝓpter doctorū ⁊ scripturarū
testificationem.
Scḋa ꝓpter xp̄i institutionē
Tertia ꝓpter ecclie p̄ceptioneȝ.
Qḋ p dicta scōrū doctoꝝ ꝓbari pōt
qualiter ꝯfessio pctōrū sit penitentibus
ad salutē necessaria. Caplm. j.

P Rima rō q̄ oñdit q ꝯfessio sit
necessaria ad saluteȝ est pp doc/
torū ⁊ scripturaꝝ testificationē.
Et anteq̄ȝ inducant testimonia. premit
tenda ē de ꝯfessione distictio q̄dā quā po
nit Alex. in. iiij. volumine sūme. q. lxxvi.
mem. ij. ar. iij. §. ij. ⁊ Tho ṡa ṡe. q. iij. art.
j. ad. i. ar. qui dicunt q triplex est confes
sio. Prima eorū que sunt fidei ⁊ ista est
proprius act⁹ fidei de qua Paul⁹ Ro.
x. ait. Ore auteȝ confessio fit ad salutem.

Secūda est cõfessio grāꝝ actiõis siue laudis. ⁊ est actus latrie: q̄ ordinat̄ ad honorē deo exteri⁹ exhibendū. de q̄ Dauid in ps. Cõfitemini dño qm̄ bon⁹. Tertia ē ↄfessio sacrāl' q̄ fit sacerdoti. Et de hac Ray. ait. in sūma de pe. Cõfessio ē coraꝫ sacerdote legitima ꝓpriorū pctõrum declaratio. Et de hac sci dicūt ꝙ loco ⁊ tēpore expediat ad salutē. Vñ de pe. di. i. c. non põt. inducit Ambro. li. de paradiso sic loquens. Nõ potest q̄sq̄ iustificari a pctõ nisi pctm̄ fuerit ante confessus. Et idem. Ambro. in sermone quadragesime inq̄t. Ecce nūc tp̄s acceptabile in q̄ confessio a morte animam liberat. Cõfessio paradisuꝫ aperit. Confessio spē saluandi tribuit. Vñ scriptura dicit. Dic tu iniquitates tuas: vt iustificeris. Itē Io. os aureum in. c. perfecta. In corde ↄtritio. in ore confessio. in opere tota humilitas. hec est fructifera pnia. Et idē de pe. di. i. c. nõ põt. Non põt quisq̄ grāꝫ vite celestis accipe: nisi purgat⁹ fuerit ab oi sorde pcti ꝑ pnie ↄfessionē. Et Augu. li. de pnia. Agite pniam qualis agit̄ i ecclia vt oret pro vobis ecclesia. Nēo sibi blandiatur ⁊ dicat: Occulte ago apud deum ago. Nouit deus qui mihi ignoscit que in corde ago. Ergo sine cā dictuꝫ ē. Que solueritis in terra erunt soluta ⁊ in celo. Ergo sine cā claues date sunt ecclie dei? q̄si dicat. nõ. Et idē i eodē li. Queꝫ peniteт oio peniteat. dolorē lachrymis oñdat presentet vitam suaꝫ deo ꝑ sacerdotem. ꝓueniat iudiciū dei ꝑ ↄfessiõeꝫ. Et Aug. in li. de pnia. Confessio ē sal⁹ aiarū. dissipatrix vitiorū. oppugnatrix demonum. Quid plā? Obstruit os inferni ⁊ portas apit padisi. Et de pe. dis. i. c. Multiplex mīa dei. Leo papa inq̄t. Mediator dei ⁊ hoiuꝫ xp̄s ih̄s: hāc ꝓpositis ecclie tradidit ptātē: vt cõfitētib⁹ pnie satisfactõeꝫ darent: ⁊ eadeꝫ salubri satisfactione purgatos: ad coionē sacrorum ꝑ ianuam reconciliationis admitterent. Et idē i sermonib⁹. Nõ remanet in iudicio ↄdemnandū qđ fuerit cõfessione purgatū. Ex q̄bus colligit̄ ꝙ penitentes ad ↄfessiõeꝫ sunt obligati. ¶ Sed cõtra posset quis arguere. Primo quia nullus tenet̄ manifestare ihonesta corporis sui. ergo mlto minus nec anime. Secundo quia vt dicit Ambrosius sup Lucam. Petrus doluit ⁊ fleuit: q̄a errauit vt homo. Nõ inuenio quid dixerit: scio ꝙ fleuerit. Lachrymas lego: satisfactionem non lego. Et Criso. ait. Lachryme lauant delictū quod voce pudor est confiteri. ¶ Tertio arguitur: quia si esset necessarium homines confiteri sacerdoti. hoc non videret̄ esse nisi ad taxandam emendam peccati. Sed homo potest sufficienter taxare emendaꝫ pro peccato suo: ergo videtur ꝙ confessio nõ sit necessaria. Respõdet ad hec Ri. in. iiij. di. xvij. art. ij. q. i. dicēs ad p̄mū. Q̄d ihõesta corpis expedit aliq̄n māifestare medico ad sāitatē ↄsequēdā iux̄ illud Boetij. Si opa medicantis expectas oportet vt vulnus detegas. Sic etiam inhonesta aie manifestāda sunt sacerdoti tanq̄ medico spirituali. Ad secundū ṽo dicit Ric. ꝙ multa facta sunt que scripta non sunt. Et qñ dicitur ꝙ lachryme lauāt delictū. excludit̄ confessio publica: non autē secreta que cum ipsis lachrymis intelligitur. ¶ Ad tertiū isup argumentū. d. Ric. ꝙ ille qui est nimis familiaris vni pti. iudex nõ debet esse in illa causa. vt notat̄ ex̄ de officio ⁊ potestate iudicis dele. c. insinuante. Quia dicit glo. ibidē. Familiaritatis affectio ṽitatem impedire solet. Nõ aūt nimis familiaris est carni sue. ⁊ ideo non ē rationabile ꝙ sit iudex in illa causa in qua agendū ē đ punitione carnis sue: q̄uis illa punitio sit ad aie correctionē. Multi insuper si seipsos iudicare deberent: đ grauissimis peccatis sibi ↄsciam non facerēt: repererenturq̄ vsurarij q̄ vsuras ñ ↄdēnarēt. raptores ⁊ fures qui restitutionem non approbarēt: adulteri ⁊ fornicatores qui luxuriaꝫ excusarent: ⁊ hmõi. Quare oportune prouisum est. vt in foro conscientie. alij. scilicet sacerdotes de peccatis nostris quando alia confitemurr habeant iudicare.

¶ Qd ꝯfessio ē d necessitate salutꝭ eo ꝙ
tpe legis grē fuit īstituta a dño ihu xpo
ꝛ quō itelligitꝰ ꝙ sit de iure nāe. ꝛ qlr in
lege scripta fuit figurata. Caplm. ij.

S Ecūda rō qua ondit ꝙ cōfessio
sacramētal' sit ad salutē necīa. ē
ꝓpter xpi institutionē. Institu-
ta quippe fuit cōfessio in lege grē a dño
ihu xpo ſm Ric. vbi. s. ar. i. q. i. iplicite ꝛ
explicite. Implicite in figura cum dixit
leproso mundato. Mathe. viij. Uade ꝛ
ostende te sacerdoti. Et etiā explicite sine
figura. in hoc ꝙ non tantum potestatez
iudicandi in foro exteriori dedit discipu
lis accipiendam ab alijs mediante Pe
tro: cui eam promisit ante passionez cū
sibi dixit illud qd scriptū est Mat. xvi.
Tibi dabo claues regni celorum. Et de-
dit post resurrectionē cum dixit Jo. xxi.
Pasce oues meas. Sed etiaz dedit eis
potestatem iudicandi in foro cōscie: nō
tm̄ aplis quorū sunt epi successores: sed
etiā alijs discipulis quorū sunt successo-
res inferiores sacerdotes. Et illā ptātem
oibꝰ imediate dedit per seipsū cū post re
surrectionē suā dixit eis. Quorū remise-
ritis pctā remittuntur eis. Quibus autē
datꝰ ptās iudicādi de aliqua cā. datur eis
ptās cognoscēdi. de illa. Nullus eni pōt
iudicare ꝛ eē bonus iudex de his q̄ igno
rat. Sacerdos āt n̄ pōt cognoscere suffi
cienter facta pctōris cōscie: nisi pctōr ei
ꝯfessiōe ꝯsciaz apiat. Alex. āt i. iiij. sūme
q. lxxvi. mē. iij. ar. ij. dicit ꝙ duo sūt i cō
fessiōe. Unū formale ꝛ ꝯplectiuū. ꝛ hoc
ē absolutio vel ptās absoluendi vel me-
dicandi. Et hoc dñs instituit qui ptātez
clauiū ꝯcessit. Et penes h residet virtus
Aliud aūt ē materiale. ꝛ h ē detectio pec
cati siue morbi. Et hoc dñs nō instituit
sꝫ īsinuauit. qa sufficit egroto exponere
medicū ꝛ medicinā. Un̄ Aug. li. i. de pe
nitētia. ꝛ pōitꝰ de pe. di. i. Quē pēitet La-
zarū ait de monumēto iam resuscitatuz
obtulit discipulis soluēduz xps per hoc
ostendens ptātem soluendi sacrdotibus
fuisse concessam. Et h queri potest. vtrū
confessio instituta fuerit in lege nature ꝛ
in lege scripture sicut in lege gratie. Et d
lege nature dicere possumus ſm Boñ.
in. iiij. dis. xvij. pte. ij. ar. i. q. i. qꝰ duplr sūt
aliq̄ de dictamie iuris nāe. s. aut in gnāli
aut in spāli. In spāli vt honorare parētes
In gnāli v̊o dictat nā ea que superaddit
lex euangelica. Intelligēdū ē ergo ꝙ est
confessio de peccato mentalis ꝛ vocalis
Mētalis cōfessio ē recognitio peccati ꝛ
offense dei ꝛ hoc ē de dictamine nature
in spāli: ſm ꝙ cognitio offense est de di-
ctamine nature. Cognitio autez offense
humane est de dictamie nāe p se ſꝫ ꝙ ē
rōnalis. Sed cognitio diuine offense ē
de dictamine nāe adiute aliquo mō per
fidem. Quō autē scit homo se offēdisse
deū quē nō videt: nisi p aliquez radium
fidei h cognoscat? Cū ergo deū cogno-
scit homo se p ꝑuaricationē ihonorare:
natura dictat ꝙ ab ipo mīa est humilr
petenda. Et h nūq̄ꝫ est nisi recognoscatꝰ
culpa. Uocalis v̊o cofnessio est duplex.
s. que fit deo. ꝛ que fit hoi. Uocalr confi
teri deo dictat nā nō simpliciter. sꝫ i casu
vtputa qn̄ deꝰ exigit. sicut exegit ab adaz
ꝛ Cayn. de qbꝰ scribitꝰ sic de pe. di. i. §. de
niqꝫ ꝓpe. c. voluissent. Deniqꝫ vt ꝑspicue
appareat neminē sine cōfessione a pctō
mundari. ab ipsiꝰ humani generis prin-
cipio sumamꝰ exordiuz. Peccato trans
gressiōis ꝑmi parentes corrupti a dño
sunt requisiti de culpa: vt pctm̄ ꝙ trans-
grediendo cōmiserāt ꝯfitendo delerent
Serpens aūt de culpa reqsitus non est
qꝛ p cōfessionez nō reuocabatꝰ ad veniā
Cayn quoqꝫ cū ꝑme ꝑuaricationi fratri
cidium addidisset: similiter a domino d
culpa est requisitus cum ei dicitꝰ. Ubi est
Abel frater tuus? Sed qa superbꝰ capiti
suo pctm̄ suū cōfiteri noluit: potius mē-
daciter negando dñm suum fallere co-
natus est. di. Nunqd custos fratris mei
sum ego? indignus venia iudicatꝰ ē Un̄ i
desperationis profundū mersus est duz
ait. Maior est iniqtas mea q̄ꝫ vt veniā
merear. ꝛ vagus ꝛ profugus exijt a facie
dei significans eos q pctm̄ suū cōfiteri
dissimulāt: respectu diuine miserationis

ĩdignos haberi. hec ibi. Vocaliter vero cõfiteri hoi nõ dictat nã nisi ĩ generali. Dictat eni oib⁹ modis recõciliari oporteř deo qb⁹ ipse statuit. Jõ natura dictat ꝙ si deus arbitrũ constitueret inter se ⁊ pctõrez: ꝙ ipsi esset culpa reuelãda. ⁊ ita dictat ĩ gñali. De lege aũt scripture dicit Boñ. ꝙ duo ṗncipaliter sũt in ꝯfessiõe ꝓpter que oportuit ⁊ cõueniẽs fuit ꝯfessionẽ institui. Primũ ẽ ꝓpter declaratõnem pcti ⁊ manifestatiõez. ⁊ ille est finis ꝯfessionis in se. Secund⁹ finis est ꝓpter recõciliationẽ faciendã deo ⁊ eius eccľie Primo ergo fit ꝓpter pcti detestationẽ peccator eni dũ mala agit odit lucẽ. ⁊ iõ in reuersione ad iusticiã oportet redargui infructuosa opa tenebrarum. Que aũt arguũť a lumine manifestanť. h aũt est p ꝯfessionẽ. Et ideo debuit in ea lege institui cõfessio in qua est manifestatio veritatis. In qua verbũ caro factum est. vt ĩtelligibile fieret sensibile ⁊ manifestum hec qdem est lex gratie. Ideo quantuz ad ṗmũ finẽ sibi cõpetit cõfessionis ĩstitutio. Alius finis ẽ ad recõciliationez faciendã humano arbitrio mediãte. Ideo fit hoi vt homo sit iudex ⁊ arbiter inter pctõrem ⁊ deum. Arbiter autẽ talis dz esse: qui possit appõere manũ in vtrũqz Talis aũt nõ potuit eẽ quousqz de⁹ fact⁹ est homo. Et tunc homo deificat⁹ datus est nobis mediator ⁊ arbiter xp̄s: q potuit arguere ⁊ manũ ponere in vtrũqz. Hic reliquit in eccľia successores quos arbitros cõstituit ⁊ rectores eccľie: qb⁹ cõmisit auctoritatẽ recõciliandi. Et qm̃ hec auctoritas ṗmo fuit ĩ xpo ⁊ in nullo potuit esse anteq̃ veniret. iõ tm̃ ĩ lege noua debuit institui ꝯfessio. Cõfessio ergo ꝓut sacramentũ non fuit in lege scripta nisi in figura. precessit aũt in h ꝙ sacerdotib⁹ data erat ptãs ⁊ auctoritas discernendi inter lepram ⁊ nõ leprã: sanctũ ⁊ ꝓphanũ. Sed hec quidẽ erant corpalia ⁊ nõ spiritualia.

¶ Qð hoies obliganť de necessitate cõfiteri: nõ solũ ꝓpter primã institutionez sz etiã ꝓpter preceptũ eccľie a quo null⁹ excipiť: nisi q eẽt absqz pctõ. Caplm̃ .iij.

T Ertia rõ qua oñdiť ꝙ cõfessio sit necessaria ad salutẽ est ꝓpter eccľie ṗceptionẽ. Precepit nãqz eccľia vt hoies ꝯfiterenť. in .c. oĩs extra ð pe. ⁊ re. vbi dr. Omnis vtriusqz sexus fidelis postq̃ ad ãnos discretionis ꝑuenerit: oĩa sua solus pctã saltez semel in ãno fideliter cõfiteať ꝓprio sacerdoti ⁊ iniunctã sibi pniam studeat ꝓ viribus adimplere. Propter que ṽba .d. Boñ. ꝙ oẽs siue boni siue mali obligantur ad cõfessionẽ saltez semel in anno. Teneri quidẽ ad cõfessionem est dupliciter. Vel ex institutione ṗma: qa instituta est sub precepto vt patuit. Vel institutione superaddita que est a generali cõcilio in .c. ṗall'. oĩs. Rõne mandati ṗme institutionis qm̃ instituta est directe ꝯtra mortale pctm̃: tenebãť oẽs q post baptismũ peccauerũt mortaliť. Rõne ṽo secũde institutionis tenenť omnes saltẽ ad semel in anno. Rõ aũt hui⁹ institutionis triplex est. Prima est vľis indigentia. Omnes eni peccauerũt ⁊ oẽs egent gr̃a dei. ideo quilibet debet deũ glorificare cõfitendo se pctõrẽ. Qui eni pctõrẽ se ꝯfiteť: deum glorificat ostendens se deũ offendisse. ⁊ ei⁹ misericordia se indigere. Secũda rõ fuit sacre cõionis reuerentia: qr omnes tenenť in pasca cõicare tã ꝑfecti q̃ imꝑfecti. Et tũc qa agnus pascalis manducandus est cum solẽnitate. vt mundi essent manducantes ⁊ digni: oportuit premitti remediũ purgationis ⁊ ꝓbationis ⁊ hoc ẽ in pcti cõfessiõe. Tertia ratio fuit discretio gregis dñici: ne lupi abscõderenť in grege qui manducarent agnos. Ideo institutũ est vt vultus cõsciarum suarũ sacerdotibus ostenderẽt: ⁊ ne heretici innocẽtiã palliarẽt: ⁊ sub pelle innocentie se absconderent. Vñ si qs nullũ haberet pctm̃ mortale: cõfiteri debet venialia: nõ ꝙ homo obligeť illa ꝯfiteri de se vt declarabiť inferi⁹ ꝓpter vinculum pcti: sz ꝓpter obligationẽ ṗcepti. Si aũt aliquis diceret ꝙ nõ haberet remorsuz pcti venialis. Dicit Boñ. ꝙ impossibile

ē ſm ſtatū viatoris vt aliqs vnū dië vel
ſeptimanā tranſeat ſine remorſu venial'.
tñ ꝙ totū annū tranſeat illud magis eſt
impoſſibile vt vix credat ꝙ fuerit h̄ do/
nū in aliquo niſi in xp̄o ⁊ eius matre.
Et ideo vnuſqſqꝫ vel habet cōſciam de
venialibꝰ vel dꝫ habere. ⁊ oīs hō petere
debet: Dimitte nobis debita noſtra: Vix
enī eſt homo in vita iſta ſine veniali: tñ
ꝓpter ignorantiā: qa in multis venialit
peccamus ⁊ ignoramus ⁊ nō cōſidera
mus: tñ ꝓpter adherentiā. qm̄ venialia
iſta magne ſunt adherentie. Et iō q̄ꝫtū
cunqꝫ aliqs ſit ꝑfectꝰ debet recognoſce
re ⁊ ope ꝯfiteri ſe pctōrē. Si tamen qs
reꝑiret q nō haberet vēialia pctā ꝓpter
ſuꝑabūdantem gratiā: talis nō tenet ad
illud mandatū: qꝛ ſolis pctōribꝰ ⁊ viato
ribus datum eſt. ipſe ṽo iam habitat in
celis q venialiter nō peccauit. h̄ Boñ.
Addit his Ric. ꝙ regulariter oēs tam
fideles q̄ꝫ infideles tenent ad ꝯfeſſionē
faciendā ſacerdoti xp̄iano: in q̄ꝫtū iſtud
p̄ceptū eſt preceptū dei q ptātē hꝫ vni/
uerſaliter ſuꝑ oēs: ⁊ preceptum vniuer/
ſaliter dedit. Si aūt nō eēt preceptū niſi
ab eccl'ia: ad eius obſeruationē non te/
nerent niſi illi q ſacr̄m baptiſmi ſuſcepe/
runt. Quia vicario xp̄i nō fuit conceſſa
directe ptās ſuꝑ illos q ſacr̄m baptiſmi
nō ſuſceperūt: quod ē ianua q̄ intratur
in eccl'iam militantē. Et tāte obligatio/
nis ē p̄ceptū de ꝯfeſſione vt ſi qs ñ pōt
loqui: confiteri debeat motu vel ſigno
eo modo quo pōt ꝓut notat. xxvi. q. vi.
Ordiatissime enim sol facit cursum suū
ꝑ signa ꝫodiaci infra annum integrum.
Et sic transeunt, tempora veris. estatis.
autūni. hyemis cum effectib⁹ suis. Trā/
seunt ⁊ dies naturales eadem temporis
mensura ad motū primi mobilis com/
pletum. ⁊ ea que in hyeme mortua vi/
debantur in vere reuiuiscunt ⁊ in estate
fructificant. Predicat insup deum esse
sacra scriptura tam veteris q̄ʒ noui testi
⁊ ois scriptura ⁊ philosophoꝝ ⁊ poetaꝝ
oīumqʒ gentilium. O qualis dementia
illoꝝ ergo q̄ tante v̄itati acq̄escere no/
lunt. Tales vtiqʒ sunt q̄ dei iracundiam
non formidant. ¶ Secūda ratio quare
a multis non timetur ira dei. false opinio
nis. Nam cuʒ multi negare nō possint
esse deum: opinantur tamen false q̄ in
illo ira cadere non potest. Dicunt nāqʒ
deum esse clementissimū: iram vero cle
mentie fore contrariaʒ. ideo nec in deo
cadere posse. Pro q̄bus dicit Lactan/
tius in ꝑncipio libri de ira dei. Aiaduer
ti sepe dōate plurimos id existimare qđ
nonnulli ph̄oꝝ putauerūt. non irasci de
um: quoniā benefica sit tm̄modo natu
ra diuina. nec cuiq̄ʒ nocere prestantissi/
me atqʒ optime cōgruat ptāti. Arguunt
⁊ secūdo modo tales. q2 nulla passio ca
dit in deo. sed ira est passio quedam. er/
go nō cadit in deo. Tertio confirmant
errorē suum. q2 omne peccatum a deo
est remouendū. sed ira est vnū ex septē
vitijs capitalibus. ergo est a deo remouē
da. Verūtm̄ contra sic tenentes sunt au/
ctoritates ⁊ dicta siue scripture sacre si/
ue gentilium ⁊ moralium philosophorū.
Unde Exo. xv. In multitudine glorie
tue deposuisti omnes aduersarios nr̄os
Misisti iram tuaʒ que deuorauit eos.
Et. xxxij. c. Moyses ad deum orās ait.
Quiescat ira tua: ⁊ esto placabilis super
malitia ppli tui. Et. iiij. Reg. xxij. Ma/
gna ira dei succensa est contra nos. Et
Deute. xi. c. Iratus dn̄s clausit celum ⁊
pluuie non descendūt. Et. ij. Paral. xij.
dicitur de filijs isrl̄. Quia humiliati sūt
auersa est ab eis ira domini. Et. xxiiij. c.
Facta est ira dei cōtra Iudam ⁊ Hieru
salem. Et Iob. ix. c. Deus cuius ire resi/
stere nemo potest. Et Dauid in ꝑs. ij.
Apprehendite disciplinam nequādo ira
scatur dn̄s. Et ꝑs. vi. Domine ne in fu/
rore tuo arguas me: neqʒ in ira tua cor/
ripias me. Et ꝑs. xvij. Fūdamenta mō
tium cōturbata sunt ⁊ cōmota sunt quo
niam iratus est eis. Et ꝑs. lxxvij. Ira di
ascēdit in israhel. Et ꝑs. lxxviij. Effūde
iram tuā in gentes que te nō nouerunt.
Et ꝑs. lxxxix. Quis nouit ptātez ire tue:
⁊ ꝑ timore tuo iram tuam dinumerare?
Et Ecclia stes. v. Ne dicas coram an/
gelo nō est prudētia ne forte iratus dn̄s
dissipet cūcta opera tua. Et Ysa. v. Ira/
tus est furor domini in pplo suo. Et Ysa.
iiij. Plangite ⁊ vlulate: q2 a non est a/
uersa ira furoris domi a nob. Et Tren̄.
iiij. Compleuit dn̄s furorem suū: ⁊ effu
dit iram indignationis sue Et Osee. v.
Effundam quasi aquā iram meam. Et
Naum. i. Ulciscens domin⁹ in hostes
suos ⁊ irascens inimicis suis. Et Ro. i.
Reuelat̄ ira dei de celo. Et Ro. iij. Nū
q̄d iniquus est deus qui infert iram. Et
i. Thes. ij. Peruenit ira dei super illos
vsqʒ in finē. Et Apoc. xv. Cōsummata
est ira dei. Et. xvi. c. Audiui vocem ma
gnā de celo dicētē septē angelis: Ite ⁊ ef
fundite septē phialas ire dei in terrā. Et
Ualerius maximus li. i. Lento eni gra/
du ad vindictam sui diuina procedit ira
tarditatēqʒ supplicij grauitate compen/
sat. Et Ouidius de arte amandi. Flecti/
tur iratus voce rogante deus. Et Aug.
xviij. de ciui. dei. c. xij. Apollini delphico
instituti sunt ludi musici: vt placaretur

Ira eius qua putabant afflictas esse steri
litate grecie regiones: quia non defende
rũt templum eius. qd rex Danaus cum
easdem terras inuasisset bello incendit.
Et in .i. li. vbi. s .c. ij. dicit de Junone q̃
apud gentiles colebatur pro dea. Apud
Virgiliũ nempe Juno inducitur infesta
troianis. Eolo ventorũ regi aduersus
eos irritãdo dicere. Gens inimica mihi
tyrrhenũ nauigat equor. Ilium in ita-
liam portans victosqꝫ penates. hec ille.
Et idem Virgilius cõmemorat in pnci
pio pmi libri. Eneidos. ob iram Juno-
nis Eneam profugum fuisse cum reli-
quis troianis. d. Arma virũqꝫ cano tro
ie qui primus ab oris. Italiam fato pro
fugus lauinaqꝫ venit Littora. multum
ille ꝛ terris iactatus ꝛ alto. Vi superum
seue memorem Junonis ab iram. Et ꝛ
Valerius maximus. li. i. rubrica de ne-
glecta religione. multa narrat de iratis
dijs. Nos vero talia exempla non indu
cimus vt errores gentilium comprobe-
mus: sed tñ vt ostendamus q etiã sm
illos ira ponenda sit in deo. Pro solu-
tione itaqꝫ obiectorũ tria sunt notanda.
Primũ sm Boñ. in. iij. sen. di. xxxiij. ꝛ
Ric. i. iiij. di. xxvi. ꝛ Tho. i. parte di. xxij.
q quãdocũqꝫ dicit aliqd de deo qd in
nobis denotat passionẽ de deo dicit sm
effectũ ꝛ non sm passionis defectum.
Odium ergo amor ira ꝛ similia que in
nobis sunt passiões: in deo dicũtur sm
effectum quo ad nos. vt tũc dicatur odi
re cum effectum odij nobis exhibet. tũc
irasci cum effectum ire nobis ostendit.
Ipse autẽ deus stabilis manẽs sine pas
sióe aliqua dat cũcta moueri. ¶ Secũ-
dum notãduz q nõ omnia que sm no-
mẽ sonãt virtutem dicũt virtutem in re.
nec omnia que sm nomẽ sonant vitiuz
dicũt illud i re. Propterea inquit Juue
nalis. Fallit enim vitium specie virtutis
ꝛ vmbra. Et Seneca ad Lucillum Vi-
tia i nobis sub virtutum nomie repunt.
Et Grego. xli. dist. c. sepe vitia. ait. Se-
pe vitia se ingerũt ꝛ virtutes esse mẽtiũ-
tur: vt tenacitas persimonia effusio lar
gitas crudelitas zelus iustitie remissio
pietas velit videri. Ideo nõ omne quod
dicitur ira vitium est aut peccatum.
¶ Tertium notãdum sm Boñ. in. iij.
di. xv. q triplex est ira. Quedam est pre
ter ratióis imperium. primus. s. iracun-
die motus. Secũda ira est cõtra ratóis
imperiũ quando quis concitatus in irã
passioni rationem subijcit seqturqꝫ in-
ordinate impetũ ire. Tertia est ira que
est sm rationis imperiũ quando quis
irascitur sm q merito irasci debet. Sic
merito irascũtur patres filijs impijs: ꝛ
prout exigit illorũ malitia ordinate cor-
rigunt eos. Sic irascũtur prelati ꝛ do-
mini quilibet subditis inobedientibus.
Sic iratus est xps quando eiecit om-
nes vẽdẽtes ꝛ ementes de templo. Dici
mus ergo q deus q est clemẽtissim⁹ si-
ne sui mutatióe sine passione sine pecca
to sua existẽte iustitia irascit sepe pecca-
tores obstinatos in ira cõculcans quan
do eis effect⁹ ire demonstrat. Hi sunt
guerre pestilentie tempestates grandi-
nes. sterilitates terre. fames. terremotus
terrores de celo ꝛ signa magna. O pre-
sumptuosi peccatores. audiuistis iam q
falsa est opinio vestra. Dicebatis eniz q
non irascitur deus. Et ecce tot preconia
scripturarũ clamãt iram dei ab omnib⁹
esse timendam. ¶ Tertia ratio quare a
multis nõ timet ira dei. d's diuturne ex-
pectationis. Consueuit eqdem deus p
pter longanimitatem suam sufferre pec
catores iniquos per tempora longa: vt
sic per dulcedinem eius attrahantur ad
penitentiam. Sed inde multi sumũt au
daciam ꝛ deteriores facti iram dei non
existimant. Verũtamẽ vt ait Hiero. in
expositione Hiere. quãto maior est nu-
merus temporũ qbus obliuiscimur deũ
tanto maior est pena pcti qd nec lõgitu-
dine temporũ potuerit edomari.

¶ Qd terribilis est ira dei eo q seuit in
paruulos ꝛ in iustos atqꝫ orones sup-
plicantiũ spernit ꝛ abhominabitur.

Capłm. ij.

s Ecundũ myſteriũ cõtemplãdũ
de ira dei dicit̃ terribilitas. Cõ/
ſiderãdum nãq3 eſt ꝙ cũ iraſcit
deus. ⁊ ꝓuocat̃ etiam ad tꝑaliter flagel/
landũ homines ſibi rebelles: ſeuerus ẽ
⁊ terribilis valde maxie pp tria. ¶ Pri
mo pp puuloꝝ punitionẽ. ¶ Scdo pp
iuſtoꝝ afflictionẽ. ¶ Tertio pp oronu3
deteſtationẽ. ¶ Prio de⁹ irat⁹ eſt terri/
bilis pp puuloꝝ punitionẽ. Punit nãq3
puulos pueros ⁊ inocẽtes pp pctã parẽ
tũ. Perierũt nempe ⁊ ſuffocati ſunt in
diluuio oẽs ĩfantes ⁊ puuli quotquot re
periebant̃ in mũdo. Aduſti ſunt in ſo/
domis ⁊ icendio cõcremati oẽs q erant
in vteris matrũ ⁊ q ſugebãt vbera. Et tñ
ſepius vexat̃ mũdus aut fame aut peſti/
lentia aut qualibet alia aduerſitate: que
nõ niſi ꝓpter peccata veniũt. paruuli q
ea nõ commiſerũt puniũtur pro illis O
formidabilis dei iuſtitia. o tremẽda dei
iracũdia cur eos q te nõ leſerũt extermi
nas? paruulos cur tam acriter punis? ⁊
rñdebit tibi protinus ꝙ propter peccata
parentum. Sed hic oritur dubiu3. Utrꝝ
filij ꝓpter peccata parẽtum puniri poſ/
ſint. Et videtur ꝙ non. Nam per Ezec.
xviij. c. deus dixit. Filius nõ portabit ini/
qtatem patris. ⁊ pater nõ portabit iniq/
tatem filij. iuſtitia iuſti ſuper eum erit ⁊
impietas impij erit ſuper eum. Et extra
de his que fiũt a maiori parte capituli. c
Queſiuit in glo. dicit̃. Peccata ſuos de
bent tenere auctores. Et idem. C. d̃ pe/
nis. l. ſancimus. ⁊. C. ne vxor ꝓ marito. l.
ob maritoꝝ. ⁊. xi. q. iii. c. illud. ⁊ de ſen.
ex. c. a romana. §. vlti. ⁊. lvi. di. c. ſatis. Et
Aug. ait. i. q. iiij. c. nullius. Nullius cri/
men maculat neſciẽte3. Ad h̄ facit ibidẽ
c. placuit. ⁊. c iudei. Sed ↄtra arguitur
q2 Exo. xx. deus dixit. Ego ſum dñs de⁹
tuus fortis zelotes viſitans iniqtate3 pa
trum in filijs in tertiam ⁊ quartam ge/
neratõem coꝝ qui oderũt me. Ad ide3
facit. c. vrgentes. extra de hereticis ⁊ idẽ
habetur extra de filijs preſ. nõ ordinan/
dis. c. i. c. ad preſentiam. c. preſentium. c.
conque rente. ⁊. c. quoniam. ⁊. i. q. iiij. §
item. dicit̃. Cham peccãte Chanaã fili⁹
ei⁹ maledicit̃. Rñdet dñs Boñ. di. xxx/
iij. ſecũdi li. ꝙ duplex ẽ punitio. vna eter
na alia tꝑalis. Filij nõ puniũtur ꝓ pctõ
parẽtum pena eterna. Unde Anſel. de
conceptu virginali dicit ꝙ paruuli non
damnãtur ꝓ culpa. Ade tñ: ſ3 ꝓ culpa
ꝓpria quã habent. licet non habeant eã
agendo: ſed contrahendo. Puniũt̃ tñ
filij pro peccato parẽtũ pena tꝑali eo ꝙ
filij ſunt aliqd patris. Et hoc patet ꝑ ſa/
cram ſcripturam in pluribus exemplis
Ideo dicit Grego. i. q. iiij. c. paruulos.
Paruulos ſodomitaꝝ non excuſauit
ignorantia quin pro paterno ſcelere cele
ſti igne conſumerentur. Sed hoc igne
pena illis diminuta eſt quibus ſucceſſio
paterni ſceleris eſt adempta. Pariter
etiam demonſtratum eſt peccatis parẽ
tum paruulos aliquando corꝑaliter fla
gellari. ¶ Secundo deus iratus eſt ter
ribilis propter iuſtorum afflictionem.
Affligit etiam ⁊ ſepe bonos cum malis.
Sed dubitatur hic. Utrum poſſit eſſe ĩ
aliquo pena ſine culpa. Et videtur ꝙ ñ
q2 Hiero. ait. Quicquid patimur pecca
ta noſtra meruerũt. ⁊ Grego. d. in colle
cta. Nulla eis nocebit aduerſitas ſi nul
la dominetur iniquitas. Sed contra eſt
illud Job. xvij. Non peccaui ⁊ in amari
tudinibus morat̃ oculus me⁹. Et Joã.
ix. Quis peccauit hic aut parentes eius
vt cecus naſceretur? Et reſpondit xp̄us.
Neq3 hic peccauit neq3 parentes eius.
Et exponit Augu. ꝙ hoc nõ dicitur: q2
non peccauerit: ſed q2 cecitas non erat
pena peccati. Preterea pro peccato ori
ginali nõ meretur quis niſi ſemel mori.
Sed Lazarus non tñ fuit mortuus ſe
mel: ſed bis. ergo videt̃ ꝙ aut mors pri/
ma aut ſcda fuerit ei abſq3 merito pcti ĩ
flicta. Item xp̄s nullũ habuit peccatũ:
⁊ tamen in eo fuit pena. Rñdet Boñ.
di. xxxvi. ſecũdi li. ꝙ malũ pene duplici/
ter poteſt ordiari. Uno modo ad malũ
culpe qd̃ puniẽdo ordinat. Alio modo
in comparatione ad bonum quod de⁹
elicit ex illa pena. Si ergo aliqua pena

infligatur cuius ordinatio principaliter consistat in compatione ad malū culpe puniendum necesse est aliquam culpaʒ precessisse: nec tm̄ precessisse: sed etiam aliq̊ modo cōicari inseparabiliter. Pena eni aut est directe ordinata ad puniendum: aut est ordinata principaliter ad malū excludēdū. Primo mō est pena infernalis. Scdo mō est pena purgatoria Primo modo pena requirit presentiaʒ culpe Scdm deformitatem ⁊ maculam Scdo modo requirit culpe presentiam ſm reatū ⁊ sequelam. Si auteʒ pena infligatur principaliter ꝓpter ordinē queʒ habet ad bonū quod inde elicitur. Aut ergo propter bonū ꝓpriū: aut ꝓpter alienū. Si ꝓpter bonū propriū: sic requirit ꝙ in subiecto illo aliquādo fuerit culpa ⁊ ꝙ possit esse de futuro. Si aūt propter bonū alienum: sic sufficit pene vt fuerit culpa in alio q̄ȝ in eo qui punitur in eo videlicet pro quo pena illa sustinetur. p quem modū fuit in xp̄o cuius mors et passio ordinata erat ad rediniendū genus humanū ⁊ liberandū ⁊ reparandū a lapsu in quē ceciderat ex pctō primi parētis. Et sic patet ꝙ oīs pena aliquo modo respicit culpam: Sed quedam vt presentē in se vtpote pena infernalis. Quedam vt preteritā in se: sed presentem in reatu ⁊ sequela. sicut pena purgatoria. Quedam v̄o solū vt preteritā ⁊ hoc in eoꝗ punit. Et sic est omnis pena iustoꝝ excepto xp̄o. Quedā v̄o respicit culpaȝ nō in se: sed i alio. sicut i xp̄o. Pōt etiā pena ordinari ad bonū qđ inde elicitur Et sic pōt esse in aliquo sine culpa talis pene meritoria: qa illud malū pene recompensat p maius bonū qđ inde elicit sicut patet in ceco nato. in Job. in Lazaro. in Tobia: ⁊ i quolibet Viro iusto. hec Boñ. Alex. autem in. iij. summe allegando Joā. Dama. dicit. Concedit deus iustum incidere in calamitates propter multas causas. Prima est vt eam que in ipso latet virtutē alijs manifestam faciat. vt Job. i. Secunda est vt non ex recta conscientia cadat per superbiam

vt in Paulo. ij. Corin. xij. Tertia vt alij erudiant. vt i Lazaro ⁊ diuite Luc. xvij. Quarta ꝓpter gloriā dei. vt in ceco nato Joā. ix. Quinta ꝓpter zelum alterius siue imitationē. vt gloria eius q passus ē magnificata in pugna alijs passio fiat spes future vite vt in martyrib⁹ ad He. xi. c. Propterea dicit Aug. li. i. de ci. dei c. viij. Hec cū ita sint: boni ⁊ mali parit afflicti sūt. nō ideo ipsi distincti nō sunt quia distictū nō est qđ vtriqȝ ꝑpessi sūt. Manet eni dissimilitudo passoꝝ etiā i similitudine passionū. Et licȝ sub eodeȝ tormento non est idem virtus ⁊ vitium Nam sicut sub vno igne aurum rutilat palea fumat. ⁊ sub eadem tritura stipule cōminuūtur: frumenta purgant. nec ideo cū oleo amurcha confunditur qa eodem preli pōdere exprimitur: ita vna eademqȝ vis irruens bonos ꝓbat: purificat: eliquat. malos damnat: vastat ⁊ exterminat. Vñ in eadem afflictione mali deuȝ detestantur atqȝ blasphemāt. boni autem precant ⁊ laudant. Tertio de⁹ iratus est terribilis eo ꝙ qñ post diuturnam expectationeȝ ꝓuocat ad iracūdiā nō exaudit obstinatorū voces peccatorum prout plene diximus i sermone de impedimentis orationis.

¶ Qō cognoscit ira dei propinqua: tuȝ cum quia peccata sunt consūmata: tum cum peccatores sunt obstinati: tum cuȝ illā ꝓphete ⁊ amici dei ꝓnunciant ⁊ cōminātur. Caplm. iij.

t Ertiū mysteriū contemplandū de ira dei dicitur propinquitas Quis enim nesciamus certitudinaliter quando ꝓpinqua sit ira dei ad flagellandum peccatores: possumus tm̄ id cognoscere ex coniectura signorum Sūt aūt de hoc tria principalia signa Primū pctōrū consūmatio. Secundū populorum obstinatio. Tertiū ꝓpharū annunciatio. Primum signum ad cognoscendū seu timendū ne ꝓpinqua sit ira dei est pctōrū cōsūmatio. Quando t ꝯsūmata sūt pctā ⁊ impleta est mensura

Possūt aūt notari septē signa cōsūma/tionis peccatorū: qb⁹ signis adimpletis nihil aliud nobis expectandū ⁊ timen/dū est q̄z ira vindicta flagellum ⁊ vltio diuina. Primū est horribilitas pctōꝝ multoꝝ. Scōm multitudo peccantium Tertiū impunitas manifestoꝝ scelerum Quartū aiaduersio i pctis. Quintū affe ctio ad scelera. Sextū studiū peccandi Septimū longa pseuerantia i peccatis. Has ɔditiōes explicāt Geñ. vi. c. Pria cōditio seu pmū signū: qa in mūdo tpe diluuij erāt magna pctā ⁊ horrenda ni/mis ppterea dr̄ videns aūt deus q̄ multa malitia: Qd̄ v̄bū manifeste oñdit hori bilitatē ⁊ turpitudinē multoꝝ pctōrum Scdo cōmuniter homines talia ppetra bant, ppterea subdit: hominū. Tertio in sup pctā illa inuerecūde ⁊ impune fie/bant. ideo subiunctū est: esset in terra. i. manifesta erāt ⁊ impunita. Quarto fie/bāt peccata tota mētis animaduersiōe. ideo additur: ⁊ cuncta cogitatio. s. non partim nō diuisim: sed i malis integra ⁊ ɔiuncta. Quito, fiebāt tota cordis affe ctione. ideo subditur: cordis. Sexto ppe trabantur toto studio. ideo subdit: inten ta esset ad malum. Septimo fiebāt pse uerāter. propt ea additur: omni tēpore. Timeo satis ne hec signa verificentur in nobis. Tempoꝛ nāq̄ isto nefandissima scelera committi solent: nec a paucis: s; a multis. neq̄ puniuntur aut corrigunt: quoniam illi ad quos spectat corrigere uel punire deteriores sunt alijs. Et non est veritas non iusticia neq̄ rectitudo in filijs hominū. Fiūt peccata cū animad uersione mentis cum oī affectione stu/dio ac pseuerantia. O fatui populi cur/non timetis? Cur nō expauescitis? Cur ad penitentiam redire negligitis? Audite psal. dicentem. Nisi ɔuersi fueritis gla/dium suū vibrauit arcū suū tetendit et parauit illū. ¶ Secūdū signū ppinq tatis ire dei dicit popuꝛlorum obstinatio. Quādocūq̄ populi pctōres obstinant ⁊ obdurāt in corde non moti beneficijs dei nō cōminationib⁹ nō pdicationib⁹ nō signis non deniq̄ vllo alio modo: si gnū forte est q̄ ppe est eis flagellū dei. Est de hoc exemplū obstinatissimi ppl'i iudeoꝝ quē deus deleuit pter obstina tionē istā. Nam p⁹ multa mala a iudeis ppetrata xp̄s viuens in carne in medio ipsorū vocauit eos ad pniam vita mira culis ⁊ doctrina. Ipsi vero noluerūt au dire ipsum. In dñica aūt oliuarū cū in/troisset hierosolymā. vt dr̄ Luce. xviij. c. Uidens ciuitatē fleuit sup illā dicens: O ciuitas ampla. o ciuitas regia. o ciui/tas digna. plena ppl'o. affluens diuitijs ⁊ abundans pctis. Uenient dies in te ⁊ circundabunt te inimici tui vallo ⁊ circū dabūt te: ⁊ coāgustabūt te vndiq̄ ⁊ i ter ram psternēt te ⁊ filios tuos q i te sūt. ⁊ nō relinquēt in te lapidē sup lapidē co q̄ nō cognoueris temp⁹ visitatiōis tue. Propterea dic̄ Hiero. i qōnib⁹ ad hel bidiā. In tantū autē hierusalem amauit dñs vt fleret eā ⁊ plangeret ⁊ pendens i cruce loqueretur: Pater ignosce eis q2 nesciūt qd faciunt. Itaq̄ impetrauit qd̄ petierat ⁊ datum est eis temp⁹ pnie vsq̄ ad. xxxxij. annū. Post qd̄ pseuerantib⁹ in blasphemia egressi sūt duo vrsi de sil uis romanoꝝ Uespasianus ⁊ Tit⁹ ⁊ eos interfecerunt atq̄ lacerauerunt. hec ille Die autem qua crucifixus est ihs dei fi lius conuersus ad mulieres que plan/gebant ⁊ lamentabant eum dixit. Filie hierusalem nolite flere sup me: sed super vos ipsas flete ⁊ sup filios vestros: quia venient dies in quibus dicetis: Beate steriles que nō genuerūt: ⁊ vbera q̄ non lactauerūt. O saxea. o lapidea. o adamā tina iudeoꝝ corda. Nec verbis xp̄i cre/diderunt nec susceperunt testimonium aplōrū: qui magna virtute pdicabāt re/surrectionē magistri sui: s; in dies cru deliores facti persequebantur ecclesiā lapidauerunt Stephanum. interfece/runt Jacobum iustum. ⁊ Paulo con/uerso miraculose ac ceteris predicātib⁹ xp̄m impijssime restiterūt. Uoluit tamē de⁹ anq̄z iraz suā inferret i eos terroꝛib⁹ ⁊ signis celi illos ad penitentiā vocare.

Et vt meminit Josephus in libris d̕ bel
lo iudaico. ⁊ Eusebius in historia eccle/
siastica. ⁊ Policrat⁹ in libro de nugis
curialium. Stella q̄dam sub forma gla
dij stare visa est: quasi immens desuper
ciuitati. Cometes exicialibus flāmis ꝑ
totū ānum visus est ardere. Luna ecli/
psim ꝑ duodecim noctes passa est cōti
nuas: cū die festi plurimi conuenissent
octaua die mensis aplis noctis tpe ho/
ra nona tantus fulgor luminis araꝫ tem
plum circūdedit: vt dies clarissimus vi
deretur: mansitqꝫ spacio hore dimidie.
hoc qdem ignaris ꝓspeꝝ visum est: sꝫ
ꝓbos peritosqꝫ doctores portētū exicia
le nō latuit. Janua tēpli q̄ erat ad orien/
tem cū esset ere solido induta tanti pon/
deris ꝙ vix a viginti viris sūmo cona/
tu impellentib⁹ clauderet. repente hora
noctis sexta ꝑ seipsam apta est q̄q̄ fer/
reis vectibus teneret. Die. xxi. mai ꝓpe
occasum solis: visi sunt currus ⁊ quadri
ge in oēm regionem ꝑ aerem ferri ⁊ ar/
matoꝝ cohortes nubib⁹ cōmisceri. In
nocte penth. sacerdotes ingressi tēplum
ad diuina officia celebranda: ꝓmo sen/
serunt quosdam strepitus: ⁊ paulo post
audierūt voces clamantes: Discedam⁹
ab his sedibus. Ante quartū annū bel/
li in die festi tabernaculoꝝ: qdā rusticus
⁊ plebeus Jesus noīe: filius Ananie re
pente clamare cepit: Vox ab oriēte vox
ab occidente. vox a quattuor vētis: vox
suꝑ hierosolymā ⁊ templū. vox suꝑ spō
sos ⁊ sponsas. vox suꝑ vniuersum popu
lum. Sicqꝫ idesinenter die ac nocte cla
mabat ꝑ vicos ⁊ plateas discurrendo. ⁊
flagellatus ac ꝑcussus etiam ante iudicē
flagris vsqꝫ ad ossa laceratus vt taceret:
ipse quolibet die cum eiulatu semper il/
lud replicabat addens: Ve hierosoly/
mis. Ve masculis ⁊ femellis. Nec vnq̄
in tot ꝓdigijs atqꝫ signis ille dure ceru
cis populus errores suos corrigere vo/
luit. Ob quā obstinationē altissim⁹ deus
in illos iram suam effudit. O quis expli
cet sine singultib⁹? Quis audiat sine la/
chrimis? Quis consideret sine timore

ciuitatis hierosolymitane excidium ⁊ de
solationem? Refert nāqꝫ Josephus in
vi. libro de bello iudaico. ꝙ Titus ⁊ Ve
spasianus cum exercitu validissimo a
romanis missi in die solēni pasce: quaꝫ
do etiam ex circūiacentibus locis inu/
merabilis populus iuerat hierosolymā
ciuitatem obsederunt fecerūtqꝫ in cir/
cuitu vallū munitissimū. ita vt nullus ci
uitatem exiens illud pertransire posset.
Ob quam cām in breui ciuitas fame ce
pit vrgeri: tantūqꝫ inualuit penuria reꝝ
ꝙ ꝓpter famē hec que referam dicit Jo
sephus fuisse mala secuta. ¶ Prio ꝙ
ꝑdones ꝑ ciuitatem discurrentes vi in/
trabāt domos ⁊ rapiebant si qd ibi inue
nissent cōmestibile. ¶ Scdo ꝙ filij ex
ore parētum ⁊ ecōuerso violēter stricto
gutture masticatū cibum extrahebant ⁊
velut rabidi comedebant. ¶ Tertio ꝙ
ēt fimū boum aliaqꝫ vilissima sūpserunt
in cibū. ¶ Quarto ꝙ multi ꝯtēdebant
exire vt herbas colligerēt. ⁊ capiebant a
romanis: ⁊ tātus numerus fuit captiuo/
rū vt tute custodiri non possent. quapro
pter statutum fuit vt euulsis eoꝝ oculis
aut amputatis illoꝝ manibus compelle
rent sic ad ciuitatē redire. ¶ Quinto ꝙ
q̄plures diuites ne iocalia sua ꝑuenirēt
ad manus romanoꝝ: quos verisimiliter
credebāt ciuitatē debellaturos illa deglu
tiuerūt. Cui⁹ rei fama cū deuenisset ad
aures romanorum: cōmouit eos vt exi
stimarent captiuos iudeos quos tene/
bant gēmas in ventre adhuc retinere.
Quare vna nocte duoꝝ milia patefacta
sunt viscera. ¶ Sexto ꝙ multi formosi
iuuenes in via in plateis publicis in pro
prijs domibus fame afflicti improuisa
morte cadebant. ¶ Septimo ꝙ inuen
te sunt mulieres q̄ filios ꝓprios comede
rūt. Vn̄ refert Josephus de q̄dā. ꝙ cuꝫ
nō haberet ad comedendū. lactentē fi/
liū in manibus tenēs dixit: Infelicis ma
tris infelicior fili in bello in fame i dire/
ptione cui te reseruabo? Veni ergo nunc
O mi nate esto cibus matri predonibus
furor seculis fabula. Et his dictis filiuꝫ

iugulauit ⁊ coxit. ⁊ dimidiũ comedens
ptem alteram occultauit. Et ecce cõfe-
stim predones odorẽ carnis cocte sentiẽ
tes in domũ irruũt. ⁊ nisi carnem ꝑ dat
mortem minant. Tũc illa detegens isan
tis membra: Ecce inqt vobis partẽ op-
timã reseruaui. At illos ꝯtantus horror i
uasit qꝫ nec loq potuerunt. Et illa meus
est inquit hic filius: meum est peccatũ.
securi edite qꝛ prior ego comedi quem
genui. Illi vero tremẽtes ⁊ territi discess-
serunt. O quot erant in ciuitate illa ama
ra spectacula: vbi videbantur quottidie
tot morientes. O quot infantes ⁊ pueri
extendentes manuz ad vbera matrum
⁊ panem petentes ad pedes illarũ mor-
tui deficiebant. O quot erant ibi flebiles
voces. quot lamẽta. quot singultus: quot
gemitus ⁊ suspiria. Clauserat eis deus ⁊
strinxerat venam misericordie sue. Tã-
dem post bienniũ capta fuit ciuitas ⁊ in
predam data: ⁊ muri ⁊ edificia quelibet
solo equata. ⁊ vt Josephus refert decies
centena milia iudeoꝝ fame ⁊ gladio pe-
rierunt: ⁊ nouez milia vendita fuerunt.
O si possem in talem ascendere specu-
lam: de qua omnem italiam cernerem
omnesqꝫ meã vocez possent audire: pro
fecto clamarẽ. O italia plange. o italia ti
me. o italia caue ne ꝓpter obstinationez
tuam in te deseuiat ira dei. Vocauit ipse
te multis annis: dotauit amplis bene-
ficijs. Misit ad te ꝑdicatores suos. Ter
ruit te signis ⁊ ꝓdigijs. Sẽsisti terremo
tus pestilentias ⁊ temporꝝ sterilem con-
ditionem: Cõminatus ẽ tibi deus? Sic.
Certe hoc fecit vt te induceret ad peni-
tentiam. Et tu in dies durior efficeris in
peccatis ⁊ malitia perseuerando. Fiunt
iam vbiqꝫ vsure publice. Omnia fedata
sunt spurcissimis vitijs carnis ⁊ ignomi
niose sodomie. Superbia pomparum
iam occupauit omnes ciuitates ⁊ terras.
Blasphemie dei periuria mendacia in-
iustitie violentie oppressiones pauperũ:
⁊ similia superabundant. O italia deco
ra. o regio diuitijs plena. Noli contem-
nere deum. noli exacerbare maiestatem
eius. ¶ Tertium signũ ꝓpinquitatis ire
dei dr ꝓphetaꝝ annũciatio. Cognosci-
mus ꝓpinquã dei iram: quãdo ꝑ ꝓphas
suos deꝰ illam ꝓnũciat. Diebꝰ aũt istis
multa dicũtur ꝓnũciata ꝑ scãm Brigi-
dam que spiritu claruit ꝓphetico: ꝑ san
ctum Methodiuz: ⁊ ꝑ nõnullos alios.
Ego autẽ qui dicta ipsorum etiam origi
naliter legi cũ illa clare non intelligam
nõ audeo quicqꝫ temere diffinire. Hor
tor tamen omnes populos vt cessent a
via sua mala: ne forte si in illa ꝑseuerauе
rint repente superueniat ira ⁊ indigna-
tio dei: a qua ipse nos liberet qui est be-
nedictus ⁊ laudabilis per infinita secu-
la seculoꝝ. Amen.

¶ Dominica tertia ĩ quadragesima in
fra diem. de vitio ⁊ peccato discordie qꝺ
nullo pacto stare põt cuz veritate pnie:
ob qꝺ penitẽtes ab illo sibi maxime ca-
uere debent. Sermo. xxxix.

Omne re-
gnũ in seipsum diui-
sum desolabitur: ⁊ do
mus supra domum
cadet. Verba sunt re-
demptoris nostri ori
ginaliter Luce. xi. c. ⁊ in euangelio pre-
sentis dominice. Non potuit efficatius
aut clarius explicari qꝫ pernitiosum sit
maluz aut graue discordia damnata qꝫ
in verbis domini nostri iesu christi que
dixit contra phariseos. Et licet sua fuis-
set intentio ostendere demones cõcor-
des esse ad omnem malitiã hominũqꝫ
ꝑditionez: verũtamẽ nos intelligimus
dissensiones quelibet regna validissime
exterminare. Ad hoc aũt astutus diabo
lus innititur: vt caritate abiecta cum di-
scordijs odijs ⁊ dissensionibus deuz oĩ-
potentem offendamus. Ea propter pro
vtilitate penitentiũ in ꝑsenti sermone cõ
tra discordie vitium stilum nostrum
exacuemus: quoniaz redemptor noster
amarum illius effectum qui est regno-

rā desolatio aperuit in verbis allegatis in themate: in qb⁹ de discordia tria mysteria erūt declaranda. videlicet.
Primū dicit originatio.
Secundū distinctio.
Tertiū offensio.
¶ Qd tres pñt esse radices vel originales cause dannabilis discordie. vanagloria videlicet: auaricia: vel stultitia siue leuitas. Capitm .i.

Primū mysteriū declarandū de discordia dicit originatio. in quo videndū est q̄ sūt discordie originales cause. Et assignari pñt tres cause. Pria dr vanaglia. Scda dr auaricia Tertia dr stultitia. ¶ Pria cā discordie dr vanaglia. s3 eni Gre. xxxij. moral. discordia est vaneglie filia. Nam vt dicit Tho. sa se. q. xxxvij. discordia importat quādā disgregationē volūtatū: inq̄tum s. volūtas vni⁹ stat in vno: et volūtas alterius stat in altero. Qd autem volūtas alicui⁹ in proprio sistat: prouenit ex hoc q aliquis ea que sunt sua prefert his q̄ sūt alioꝝ. Qd cū inordinate fit: pertinet ad inanē gloriā et ad supbiam. Et s3 circūstantias pōt eē pctm̄ mortale aut veniale. ¶ Sed aliqs poss3 arguere q discordia nō ē pctm̄ Nam Act. xxij. paulus posuit discordiam inter phariseos et saduceos: qd non fecisset si fuisset pctm̄ Itē dicit Act. xv. Facta ē dissensio inter Paulū et Barnabā3. Sed Tho. rn̄det ad primū. q causare discordiā p quam tollit mala ɔcordia est laudabile. et hoc modo fecit Paulus. Xp̄s etiā de seipso dicit Math. x. c. Nō veni pacē mittere sed gladiū. ¶ Ad secūdū dicit Tho. q discordia q̄ fuit iter Paulū et Barnabā fuit per accidens et non per se. Uterq3 eni intendebat bonū. sed vni videbat h̄ esse bonū. alij aliud. quod ad humanū defectū ptinebat. nec erat talis ɔtrouersia in his q̄ sūt de necessitate salut. S3 h̄ orit vnū dubiū. vtrū auditores diuersoꝝ magistrorū tenētiū diuersas opiones excusent a pctō si opiones suoꝝ mgroꝝ tenent qñ nō sūt bone. Et rn̄det Thoā quodlibetis. q si diuerse opiniones doctorū sacre scripture nō sūt ɔtra fidem vel bonos mores: absq3 periculo auditores vtrāq3 opinionē sequi pñt: Sicut varia fuit opinio inter Aug. et Hieroni. de obseruatiōe legaliū añ diuulgationem euangelij. In illis vo q̄ ptinent ad fidem vel bonos mores: nullus excusatur si seq̄t erroneā opinionē alicui⁹ magistri in talib⁹ eni ignorantia non excusat. Alioqn imunes a pctō fuissent qui secuti sunt opinionem Arrij Nestorij et alioꝝ heresiarcharū. Nec possūt excusationē habere. ppter simplicitatem si in talib⁹ opinionē erroneā sequant. In talibus nāq3 dubijs nō ē de facili ɔstād⁹ assensus: sed potius vt dicit Aug. in. iij. de doctrina xp̄iana. consulere qs debet regulam fidei quā de scripturarum planiorib⁹ locis et ecclesie auctoritate percepit: Qui ergo assentit opinioni alicui⁹ magistri contra manifestum scripture testimonium siue contra illud quod publice tenet s̄m ecclesie auctoritatem nō potest a vitio erroris excusari. Concordat Monaldus et Hosti. Aliqua tamē sūt que aliquando fuerunt in varia opinione doctorū añq̄ p ecclīam fieret determinatio. Et p illo tpe potuerūt excusari qui vnam vel contrariam tenebant S3 postq̄ determinatū ē p ecclesiam et firmata altera earū hereticū esset contrariū sentire. sicut est exemplū de paupertate xp̄i: de qua ante Johem. xxij. erāt varie et contrarie opiniones. vtrū xp̄us cum aplīs habuit aliqd in cōi. Sed determinatū fuit p ipsū Johem. xxij. imo p ecclīa3 q habuit eo q Jo. iiij. dicitur Discipuli eius abierunt in ciuitatem vt cibos emerent. Et Jo. xij. de Juda dicit Fur erat et loculos habens ea q̄ mittebant portabat. Et hoc ipsū dicitur. xij. q. i. c habebat. Qui ergo ɔtrariū assereret ptinacit heretic⁹ haberet. Addit Host. q qñ sunt diuersa iura et opiniones. s. nec contra deum nec bonos mores: humanior sententia est preferenda ceteris paribus. extra de transactio. c. si alias

Standum est ei que meliori innitit rõni. di. xx. §. i. ꝛ extra de ferijs. c. capellanus. Adde etiã ꝙ in his que cõcernunt forũ ꝯscie in dubijs tutioꝛ via est eligenda. extra de sponsalibus. c. iuuenis Nec tamen de facili cõtraria opinio est repro banda. ¶ Secũda causa discordie dicitur auaritia. Inquit seneca. in libro. de iiij. virtutibus. Quietissime viuerẽt homines sup terrã si hec duo ꝓnoia tollerent meũ ꝛ tuũ. Et Plato in Phedro ne Propter pecũiaꝝ possessionẽ vniuer sa bella nobis fiunt. Et Salustius in cati linario. Imperij ꝛ diuitiaꝝ causa bella atqꝫ certamina oĩa inter mortales sũt. Et Lucan⁹ li. iij. Certamen mouistis opes Uidem⁹ ꝯ p experientiã oĩ die: qñ ꝓpter auariciã filius discordat a patre: frater a fratre ꝛ amicus ab amico. ¶ Tertia cau sa discordie dicitur stultitia. Sunt nãqꝫ multi stulti ꝛ leues qui oĩa credunt que a susurronibus eis dicunt. Susurratio siquidẽ aptissimũ ẽ instrumentuꝫ ad dis cordias seminãdas. ꝓpterea dixit sapiẽs ꝓv. xxvi. Cũ defecerint ligna extinguet ignis: ꝛ susurrone subtracto iurgia conquiescũt. Et Ecc. xxviij. c. Susurro ꝛ bilinguis maledictus. Multos enim tur bauit pacem habentes. Lingua tertia multos cõmouit: ꝛ dispsit illos de gente in Gentem. ciuitates muratas diuitum destruxit: ꝛ domos magnatorũ effodit: virtutes populoꝝ concidit: ꝛ gentes for tes dissoluit: mulieres viratas eiecit Et priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illã nõ habebit requiem. nec habebit amicum ĩ quo requiescat. Flagelli plaga liuorẽ facit plaga aũt lingue cõminuet ossa. hec ibi. Quisnã sufficeret enumera re discordias q̃ exorte sũt inter ciues iter vicinos inter dños inter populos inter vxorem ꝛ virũ inter fratrẽ ꝛ fratrẽ ꝓpter susurrantes. O lingua ignita: O lingua venenata: O lingua immanioꝛ ꝛ crude lioꝛ omni fera pestifera: Tu lingua susurronũ instrumentũ es diaboli. tu illi⁹ sagitta vulnerans: Tu eius acutissimus ensis. Propterea susurratio ponit inter grauia pctã que execratur deus. ꝺ quib⁹ sapiens dicit ꝓv. vi. c. Sex sunt que odit dñs. ꝛ septimũ detestat aĩa eius. oculos sublimes. linguã mendacẽ manus effũdentes inoxiũ sanguinẽ: coꝛ machinans cogitatiões pessimas. pedes veloces ad currendũ in maluꝫ ꝓferentẽ mendacia testem fallacem: ꝛ eum qui seminat iter fratres discordiaꝫ. Sed culpabiles adhuc sunt illi qui a susurrantibus sibi caue re aut nesciunt aut nolunt.

¶ Qꝺ triplex ẽ discordia dãnabilis: scis matice prauitatis: ciuilis parcialitatis ꝛ importabilis societatis. Capl'm. ij.

Secundũ mysteriũ declarandũ de discordia dicitur distinctio. di stinguit enim triplex discordia dãnabilis ꝛ piculosa. videlꝫ. Prima est scismatice prauitatis. Scḋa ciuilis pcialitaƚ. Tertia ipoꝛtabilis societaƚ. ¶ Pri ma discordia est scismatice prauitatis. Est aũt scisma vitium quo quis summo põtifici subesse recusat ꝛ mẽbris ecclesie sbiectis cõicare nõ vult. Scisma sigdeꝫ grecũ est nomẽ. qꝺ latine scissurã sonat vt dicit. xxiiij. q. i. c. scisma. Est aũt pctm̃ moꝛtale: qꝛ ꝯtrariat caritati ecclesiastice vnitatis. Est autem dr̃ia inter heresim ꝛ scisma: quia heresis opponitur directe ꝛ ꝑ se fidei: vt. d. Tho. ßa ße. q. xxxviiij. ꝛ scisma ꝑ se opponit eccl'iastice vnitaƚ ca ritati. vnde Hiero. xxiij. q. i. c. iter scisma Inter scisma ꝛ heresiꝫ h̃ arbitroꝛ iteresse ꝙ hr̃sis ꝑuersũ dogma habet. scisma ãt ab eccl'ia separat. Contra scismaticos di citur. in. c. i. ꝺ sũma tri. ꝛ fide catho. vna est fideliũ vniuersalis ecclesia extra quã nullus oĩo saluat. Et. xxiiij. q. i. c. loquit. Cyprianus ait. Loquit dñs ad Petruꝫ Ego dico tibi qa tu es Petrus ꝛ super hãc petrã edificabo ecclesiam meã. sup vnum edificat eccl'iam. Et ꝗuis apl'is oĩbus post resurrectionẽ suã pareꝰptãteꝫ tribuat ꝛ dicat: Sicut misit me pater ꝛ ego mitto vos: Accipite spm̃ sanctum: tñ vt vnitatẽ manifestaret vnitatis eiusdem originem ab vno incipientẽ sua au ctoritate disposuit. Ad idẽ est. c. alienus.

c.omnibꝰ.c.quoniā vetus.ꝑfata cauſa.⁊
queſtione.Sed hic oꝛit̃ vnuʒ dubium.
Quid cum duo vel plures ſūt i in ecclia
gerentes ſe pꝛo papa.⁊ quilibʒ hoꝛū hʒ
ſuā ſequelā.Quis coꝝ dicet ſciſmaticus
cū ſuiſ ſequacibꝰ.Rn̄deo aut cōſtat aut
communiter tenetur ꝙ quilibet eoꝛum
intruſus eſt.i.nō canonice electus. Aut
conſtat vnū eoꝛū canonice ⁊ rite electū
videlicet a duabꝰ partibus cardinaliū ⁊
ſine violentia.⁊ poſtea alius ſuperindu
ctus.Aut dubitat̃ quis illoꝛū ſit canoni/
ce vel rite electus vnus vel alter.Et i pꝛi
mo caſu nullus eoꝛū eſt papa:ſʒ qlibet
eoꝛum ſciſmaticus cum his qui ſcienter
ſequūt̃ ipſū:⁊ excōicati ſūt ipſo facto ex̃
ꝺ elec.c.licet.Si de hoc loqtur.c.ſi duo
lxxix.diſtin.vbi dicit̃.Si duo foꝛte ꝯ fas
temeritate concertantiū fuerint oꝛdina
ti in ſūmos pontifices nullū ex eis futu/
rum ſacerdotem.i.ſūmū pontificeʒ per
mittimus.Sed illū ſolū in ſede aplica ꝑ
manſurū cenſemus queʒ ex numero cle
ricoꝛum.i.cardinaliū noua oꝛdinatione
diuinū iudiciū ⁊ vniuerſitatis cōſenſus
elegerit.Nec obſtat ꝙ hoc ſtatuit Ho/
noꝛius auguſtus.⁊ ad imꝑatoꝛē non ſpe
ctat ſtatuere aliquid de electionibꝰ ecclie
ſicut nec de rebus alijs eccleſiaſticis.vt.
xcvi.di.c.bene.qa vt dicit̃ in glo.in pꝛe/
fato.c.Si duo Honoꝛius fecit illud ro
gatu eccleſie.⁊ eccleſia appꝛobauit.ideo
rōne approbationis ſtatutum illud valʒ
quaſi feciſſet eccleſia.Quando ergo cō
ſtat nullū eoꝛū canonice electū.vt qꝛ nō
a cardinalibus:ſed ab alijs:in quo caſu
loquit̃.c.ſi quis ex epiſcopis ⁊.c.ſi qs pe
cunia.lxxix.diſti.Uel ſi a cardinalibus:
non tamen a duabus partibus cardina
lium.vt in.c.licet.de elec.qui tali adhe/
ret vere ſciſmaticus eſt.⁊ per concilium
pꝛouidendū eſſet cū cardinales hmōi eſ
ſent.Alias ſi ipſi cardinales aliū elige/
rent ille eſſet verus apoſtolicꝰ.Et no.ꝙ
ex hoc ꝙ electio pape ſymoniace facta
eſſet a cardinalibus dūmodo alias rite
ceſſare nō pōt nec tolli qn ſit verꝰ papa.
Et ſimiliter quātūcū ꝙ criminoſus ⁊
irregularis eſſet electus.vt.ꝺ.glo.in.c.ſi
quis pecunia.In ſcđo caſu ſcilicet cū
conſtat vnū canonice electum.⁊ poſtea
alius ſe intrudit.ſicut Coꝛnelius papa q
Fabiano ſucceſſit ⁊ poſt eum canonice
creatum.Nouatianus quidam papā ſe
fecit.vt dicit̃.vij.q.i.c.factus eſt.⁊.c.no/
uatianus.Tunc pꝛimꝰ eſt verus papa:⁊
ſecūdus apoſtaticus ⁊ ſciſmaticus cum
ſeq̃cibus eiꝰ.Sic ſub Eugenio quarto
factum eſt ſciſma tꝑe bti Bern̄.Nā ipo
Eugenio rite electo alius intruſus ē:ſed
meritis ⁊ laboꝛe ſancti Bern̄.ſciſma illō
ablatū fuit remanēte.Eugenio in aplica
ſede.Deinde ſub Joħe xxii.factū ē aliō
ſciſma.Nam cuʒ ipſe declararet foꝛe he
reticos q aſſererēt xp̄m nihil habuiſſe i
communi etiam mobile.quidam frati/
celli nuncupati de opinione dixerunt ip/
ſū papam Joħ.hereticū cū ſucceſſoꝛibꝰ
⁊ ſeq̃cibꝰ eiꝰ ⁊ fecerūt aliū papā Piſis.
Greci aūt circa annū dn̄i nōgenteſimū
ſciſma facientes in hereſim incidert̃ de
ſpū ſcō dānatā.de ſūma trinitate ⁊ fide
catholica.c.i.li.vi.Sed reducti fuere ad
eccleſie vnitatem tempoꝛe Eugenij q̃rti
In tertio vero caſu cum dubiū eſt quis
hoꝛū duoꝛū ſit canonice electus:puta qꝛ
electio ꝑmi dicit̃ facta per metū q ꝯcadit
i conſtantē virū:Quis a duabꝰ partibus
cardinaliū poſtmodum ab eis fit electio
ſine violentia ⁊ metu quocūq; ſicut acci
dit caſus circa ānos dn̄i.1380.Nā moꝛ
tuo Grego.xi.cardinales debentes pꝛo
cedere ad electioneʒ ſucceſſoꝛis:vt dicit̃
fuerunt a romanis cōminati ꝙ occide/
rent̃ ſi non eligerent italicū aliqueʒ.Ele
gerunt igit̃ archiepiſcopū barenſē:q tūc
erat rome expꝛimentes ei ꝙ eligebāt eū
ad vitandū periculū ſe fingebant eliger̃.
Electo ergo illo qui Urbanus.vi.dictus
eſt:ille vt fertur.dixit.ꝙ ſi volebant eum
eligere voluntarie eligerent quia inten/
debat eſſe papa.Publicato igitur Ur/
bano papa ⁊ a cardinalibus ipſis ado/
rato ⁊ conſecrato de conſenſu eoꝛum ac
pꝛincipibꝰ xp̄ianitatis ac ꝑ eos ſignifica
to ꝙ canonice eſſet electꝰ.inde ad aliq̊t

mēses ipsi recesserunt ab eo: ⁊ fugien/
tes ad ciuitatem fundensem que est i pn
cipio regni: ibi elegerunt alium qui dic/
tus est. Clemens. vi. qui transtulit curiā
suam in Auinionē: illūqꝫ vnerata ē pro
papa tota francia ⁊ hispania ⁊ cathalo/
nia. Alteri vero. s. vrbano adhesit italia
alamania ⁊ vngaria: pseuerauitqꝫ hoc
pessimū scisma vltra. xxx. annos. Cū er
go hic esset dubiū ex ignorantia facti qa
exceptis cardinalib⁹ ⁊ paucis alijs tūc p/
sentib⁹: ceteri scire non poterant si talia
sic processerunt vel aliter cum diuersi
diuersimode referrent. ⁊ partiꝫ etiā igno
rantia iuris quia dubiuꝫ erat apud peri
tissimos: vtrum fuerit talis met⁹ qui ca
dere posset in constantem virum vel nō
vel etiam quia post electionem habue/
runt tempus ad recedendum: ⁊ non fe/
cerunt: immo per signa expressa osten/
derunt voluntarie ⁊ libere factā electio/
nē. In illo ergo scismate illi proprie erāt
scismatici: qui scientes factū contra iura
vel contra conscientiam faciebant ducti
amore vel odio vel cupiditate vel ambi/
tione. Alij vero excusabantur etiā adhe
rendo ei qui non erat verus papa: queꝫ
tamen ipsi credebāt verū. Et qꝫuis vna
pars excōicaret alterā: tū qui simpliciter
inherebant excusari videbant. Durante
vo illo scismate p⁹ Urbanū: successit ex
altera pte. Bonifaci⁹ nonus. Bonifacio
successit Innoc. vi. Innocentio. Greg.
xii. ex alia pte Clementi successit Bene/
dictus. xij. Sub his auteꝫ scilꝫ Grego.
xij. ex vna parte. ⁊ Benedicto ex altera
factū est aliud scisma āno domini. 1410.
Naꝫ recedentib⁹ cardinalib⁹ ab vtroqꝫ
papa: ⁊ cōuenientibus Pisis conciliuꝫ
celebrantib⁹ depositis illis duob⁹. scilicꝫ
Greg. ⁊ Bene. sub eadem videlicet rōe
quia dicebant scandaliçare facto suo pu
blico totā eccliaꝫ: cū non vellent conue
nire insimul in aliquo vno loco: vt pmi
serant ⁊ iurauerant. demum creatus est
Pisis Alexāder papa qui fuit Petrus
de candia ordinis minoruꝫ: cui successit
Joh. xxiij. bononie electus. Et cuꝫ pene
oēs reges ⁊ pncipes xpianitatꝫ dimisissent
Grego. ⁊ Bene. obedientiam dedissēt
Alexādro ⁊ successori suo: tamē adhuc
maximū dubiū erat vtrū causa propter
quā creat⁹ fuit Alex. videlꝫ. qr Grego. ⁊
Bēn. scandaliçabāt ecclesiā essꝫ vera: ni
hilomin⁹ ex qcūqꝫ triū ptiū qcunqꝫ cre
debat simpliciter suū verū papam: ⁊ nō
alios motus conscientie dictamine: pa/
ratus etiā adherere alteri si hoc sibi con
staret excusatus credit a vitio scismatis
⁊ sententijs eius. cuius signū ē: qꝛ i qua
libet obedientia erāt multi peritissimi ⁊
sancti viri. nam sub Urbano ⁊ Bonifa
cio fuit sancta Brigida ⁊ sancta Katheri
na de senis. Sub clemēte ⁊ Benedicto
ex alia parte fuit beatus Petrus de lu/
cinburgo clarus miraculis. Sub Bene
dicto etiam fuit sanctus Uincenti⁹ de or
dine predicatorū. Tandem congregato
concilio cōstantie Greg. pfatus sponte
renunciauit per Caroluꝫ de malatestis
suū in hoc pcuratorē. Joh. xxiij. fugā ar
ripuit: sed captus per inperatorē redijt ⁊
tādē depositus fuit Benedict⁹ etiaꝫ qui
nec vēire nec mittere voluit dposit⁹ fuit
vbi creatus fuit domiuus Oldo de col/
lumna cardinalis: qui fuit Martinus
papa. v. ¶ Secūda est discordia ciuilis
ptialitatis quando ciues relicto amore
cōmunis boni: cōuertentesqꝫ omnia ad
ppriū cōmodū discordant ad inuicem.
Nam vt inquit Ar. ij. polit. Ciuilitas q̄
dam cōicatio ē. Et ibidē Politica ē or/
do quidam inhabitantiū ciuitatem. Qñ
ergo ciues nō regūt sm ordinē nec sunt
coicatiui: ad dissensiones veniūt. Tales
sunt hodie quasi in omnibus ciuitatib⁹
italie tyranni quidaꝫ de quib⁹ dici potest
qd sapiēs ait puer. xxix. Oēs hoies pesti
lentes dissipant ciuitatem. Et vt idem ait
xi. c. In benedictiōe iustorū exaltabitur
ciuitas: ⁊ ore impiorū subuertet. Impij
equidem ⁊ partiales nō reipublice sꝫ p/
prie vtilitati semp inuigilāt. Cōtra quos
ait Cassiodorus li. iij. eplarū. Nobilissi
mi ciuis est patrie sue augumēta cogita
re. Et Tulli⁹ i prio de officijs. Omnino

qui reipublice preſunt ſeruent duo prece pta Platonis. Unū vt vtilitatem ciuiū ſicut tueanť: vt quecūqꝫ agūt ad eam re ferant obliti commodoꝝ ſuorū. Alterū vt totū corpꝰ reipublice curēt nedū par tem aliquam tueanť reliq̄s deſerant. Ut eniꝫ tutela ſic procuratio reipublice ad eoꝝ vtilitatē q commiſſi ſūt nō ad eorū qbꝰ commiſſa eſt gerenda eſt. Qui aūt parti ciuiū conſulūt partē negligūt: rem pniciosiſſimaꝫ ī ciuitatē inducūt ſeditio nem atqꝫ diſcordiam. Hinc apud athe nienſes magne diſcordie orte. ⁊ ī nr̄a re publica nō ſolū ſeditiones: ſed etiam pe ſtifera bella ciuilia: q̄ grauis ⁊ fortꝭ ciuis in republica dignus principatu fugiet at qꝫ odrit tradetqꝫ ſe totū reipublice neqꝫ opes aut potentiaꝫ conſectabiť totamqꝫ eam ſic tuebiť: vt omnibuſ conſulat nec non criminibꝰ falſis in odium aut inui diaꝫ vocabit omninoqꝫ ita iuſtitie hone ſtatiqꝫ adhereſcet: vt ea conſeruet q̄ꝫuis grauiter offendat: mortemqꝫ appetat po tius q̄ꝫ deſerat illa q̄ dixi. Miſera om nino ē ābitio honorū contentio: de qua preclare eſt apud eūdem Platonē. hec ille. Nam ⁊ antiq romani etiaꝫ propter rempublicam domeſticas iniurias diſſi mulabant. Uñ valerius maximꝰ lib. iiij. Rubrica de moderatiōe. Stagippus te ciates hortantibus amicis vt grauem in adminiſtratione reipublice ⁊ emulū ſibi vehemēter aduerſariū: Sed alioquin ꝓ bum ⁊ ornatū virū qualibet ratione vel tolloret vel ſubmoueret negauit ſe factu rum ne quem in tutelam patrie bonꝰ ci uis locum obtineret malus ⁊ improbus occuparet ſeqꝫ vehemēti aduerſario vr geri q̄ꝫ patriam egregio aduocato care re preoptauit. In eodem libro Ualerius rubrica. Qui ex inimicis iuncti ſūt ami citia. aliud refert exemplū. Emiliꝰ inquit lepidus bis conſul. ⁊ pontifex maximus ſplendoreqꝫ horū par vite grauitate diu tinas inimicitias cuꝫ Fuluio flacco euſ dem amplitudinis viro geſſit quas ſil' vt cenſores renunciati ſūt in campo depo ſuit exiſtimans eos non oportere priuatꝭ inimicitijs diſſidere qui publice ſumma iuncti eſſent poteſtate. O damnoſum vi rus in ciuibus italie a diabolo diſſemina tū. Jam iam vbiqꝫ partialtiates abūdāt propter quas omne bonū publicū peni tus deſtructū eſt ⁊ euerſū omniſqꝫ iuſti tia conculcata ⁊ abiecta. Tertia eſt diſ cordia importabilis ſocietatꝭ eorū q inſi mul conueniūt aut in vna domo aut in vicinia aut in religione aut in aula prin cipis aut in q̊cūqꝫ collegio q diſcordant nec vnus aliū recto oculo reſpicere va lent eo ꝙ neſciunt ſeruare regulā Pau li dicentis ad Eph. iiij. Cū omni humi litate ⁊ manſuetudine cū patientia ſup portantes inuicē in caritate ſolliciti ſua re vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. O infelix temporis huiꝰ conditio ī qua ad modicū tollerare ſocius neſcit ſociū: fra ter fratrē: proximꝰ proximū ſuum. Uix domꝰ reperiť in q̄ non regnet diabolꝰ diſ cordie. vix etiam vt ſic dicam aliq̄ con gregatio eoꝝ q vocanť iuſti. Ubiqꝫ ſecte vbiqꝫ diſſēſiones: vbiqꝫ volūtatū ⁊ ani morū contrarietates. O q̄ꝫtos decipit ꝓ ſūptio propria ⁊ ſui ipſiꝰ elata opinio qui dū ſuas diſcordias immo ⁊ odia ignita conſiderant formant ſibi conſcientiam: dicūtqꝫ ꝫelo ⁊ caritate odiť ac diſcordať. Taceo qd̄ ſcio quod vidi qd̄ue q̊tidie ī mſ̄tis q ſancti reputanť experior. Unum dico ꝙ vbi concordia non eſt non habi tat ipſe xp̄s. Dixit eni Math. xviij. Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomi ne meo: in medio eorū ſū. Et Ecc. xxv. ſapiens notabiliter ē locutꝰ. In tribꝰ in quit beneplacitū ē ſp̄ūi meo q̄ ſūt grata corā deo ⁊ hoibꝰ. ꝯcordia fratꝝ amor ꝓ ximoꝝ: vir ⁊ vxor bñ ſibi ꝯſētiētes.

¶ Qd̄ diſcordia offēdit oē bonū hoīs: ſp̄ūale. ſ. corpale ⁊ temporale.

Caplm̄. iij.

t Ertiū myſteriū declarandū de diſcordia diciť offenſio. Offēdit nanqꝫ diſcordia tria deſideran da bona. Primū bonuꝫ ſpirituale. Se cūdū bonū corpale. Tertiū bonū tpale.

¶ Primū bonū quod offendit discor/
dia dicit̄ spūale bonū.s.aīe. Nam nullū
est peccatū adeo graue qḋ discordātib⁹
nō fiat facile. Ex illa siquidē ꝓuenerunt
ire.rixe.odia.inimicitie.⁊ lites.conten/
tiones.mēdacia.ꝑiuria. blasphemie.ho
micidia.obstinationes.⁊ cōtemptus sa/
cramētoꝝ ecclesie. Propter illā plerīqꝫ
ꝑ annos ⁊ annos nec cōfiteri nec cōica
ri curāt. Propterea figurata ē discordia
per bestiam de qua Iohā. Apoc.xiij.ait
Uidi de mari.i.de amaro corde discor/
dantium.bestiā ascendentē.i.discordiaȝ
habentē capita septē.i.septem capitalia
vitia.⁊ cornua decem.i.transgressionem
decē preceptoꝝ: ⁊ sup cornua eius diade
mata decem.i.gloriaȝ de malo: quoniā
discordantes ⁊ partiales letant̄ in malis
suis. ¶ Secundū bonū qḋ offendit dis
cordia dicit̄ corporale.facit nāqꝫ discor/
dia cor discordātiū triste. Et vt dī.ꝓuer.
xvij. Animus gaudens etatē floridā fa/
cit. Spirit⁹ tristis exiccat ossa. Et Ecc.
xxx. Iocunditas cordis hec est vita ho/
minis.⁊ iteruȝ ibi. Ante temp⁹ senectaȝ
adducit cogitatus. ¶ Tertiū bonuȝ qḋ
offendit discordia dicitur tp̄ale. Ut eniȝ
Salustius ait in iugurtino. Concordia
parue res crescūt.discordia maxime di/
labunt̄. Et Tullius de amicitia. Que do
mus tam stabilis que ciuitas taȝ firma
que non odijs ⁊ dissidijs funditus possit
euerti? Patet h̄ ꝑ experientiam ī roma
ne reipublice desolatiōe. Cur destructa?
cur desolata? Cur ad nihilum deducta
romanorum gloria atqꝫ potentia? Fatua
certe falsaqꝫ fuit opinio eorum qui dixe/
runt romam defecisse eo ꝙ ibi accepta
tus sit cultus xp̄i: ob qḋ indignati ipoꝝ
dij ciuitatē ipsaȝ odio graui sūt persecuti
Et lȝ Augu.satis copiose contra sic dicē
tes disputet in.li.de ciui.dei. Tamē non
desunt poete ⁊ historiographi qui dicūt
romanoꝝ regnū amplissimū fore deꝑ
ditū ꝓpter ciuilia bella. Propterea Lu
canus in principio ꝓmi sui libri sic can/
tat. Bella per emathios plusqꝫ ciuilia cā
pos. Iusqꝫ datum sceleri canimus po/
pulum potentē. In sua victrici cōuersū
viscera dxtra. Cognatasqꝫ acies ⁊ rupto
federe regni. Certatum totis concussi vi
ribus orbis. In commune nefas īfestis
obuia signis. Signa pares aquilas ⁊ pi
la minantia pilis. Quis furor o ciues q̄
tanta licentia ferri. Gentibus inuisis la/
tium prebere cruorem: Cumqꝫ super/
ba foret babylon spoliāda tropheis. Au
sonijs vmbraqꝫ erraret crassus inulta.
Bella geri placuit nullos habitra trium
phos. Heu q̄ȝtum terre potuit pelagiqꝫ
parari. Hoc quem ciuiles hauserunt sā
guine dextre. Unde vēit titan ⁊ nox vbi
sidera fundit. Quaqꝫ dies medi⁹ flagrā
tibus estuat horis. Et qua bruma rigēs
⁊ nescia vere remitti. Astringit scythicū
glaciali frigore pontum. Sub iuga iam
seres iam barbarus ijsset araxes. Et in.
ij.libro. Idem ait. Sūmū brute nephas
ciuilia bella fatemur. Qui igitur conside
rat romane vrbis interitum de qua dicit̄
Romā quāta fuit ipsa ruina docet. Faci
le cognoscere poterit quāta sit discordie
vis ad nocendum ad perdendū ad de/
struendum ⁊ anichilandū omne regnū
Sed adhuc nobis se offerunt exempla
tot florentissimarum ciuitatum italie: in
quibus videntur palatiorum ruine deso
lationes viarum ⁊ platearum paucitas
populorum ⁊ pristine dignitatis ac feli/
citatis antique omnimoda diminutio.
O Bononia studioruȝ mater. o Ianua
regina maris. O Parma. O Esculum
O Placentia. O Assisiū. O Uiterbiū.
O alie ciuitates ⁊ terre que discordijs ⁊
partialitatib⁹ locū dedistis. Ubi ē gloria
vestra vbi populi multitudo. vbi ātique
diuitie? O discordia maligna. O discor/
dia detestāda. Propter illā nempe ciuis
insurexit in ciuē: frater in fratrum: ami/
cus in amicū: ⁊ platee ciuitatum huma/
no sāguine sunt madefacte: atqꝫ in dies
ciuitatum conditiones deteriorate eo ꝙ
omne regnuȝ vt dictum est in principio
in seipsum diuisum desolabit̄. a qua deso
latione liberet nos xp̄s ih̄s dei filius qui
cuȝ patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat

ꝑ infinita seculoꝝ secula. Amen.

¶ Feria secūda tertie ebdomade in quadragesima. de diuitijs ⁊ a q̄rū cupiditate amoreq̄ ioꝛdinato retrahēdi sūt pēitentes q̄ cupiūt eternas ⁊ celestes diuitias possidere.

Sermo. xl.

Ecerunt illū extra ciuitatem. Scribunt hec v̄ba originaliter Lu. iiij. c. ⁊ in euangelio hodierno. Horribile satis est audire ꝙ naçareni eiecerūt xp̄m foras mālem ciuitatē. ſ; multo magis detestabile ē ꝙ xp̄iani ipsū de suo coꝛde repellāt. Et licet multa sint vitia atq̄ pctā ꝓpter que xp̄s a multis cōtemnit: verū tn̄ vnū est satis gnāle auaritia. s. ꝓpter quā pauci sunt hodie q̄ xp̄m velint hēre Ut. n. dicit Hiere. ij. c. A maioꝛe vsq̄ ad minoꝛem omnes studēt auaritie: ⁊ a ꝓpheta vsq̄ ad sacerdotez cuncti faciunt dolū. Est aūt auaritia imoderat⁹ amoꝛ pecunie. vt dicit Aug. per pecuniā intelligendo quecūq̄ tp̄alia bona q̄ possideri possūt. Nam. i. q. iij. c. totū dicit. Totum quicq̄d hoīes habent in terra oīa quoꝝ dn̄i sūt pecunia est. Propterea vt hoīes ad veram pn̄iam ꝑ diuitiaꝝ contemptū ꝑueniāt: i p̄nti sermōe de diuitijs erim⁹ locuturi: in quo tria mysteria erunt declaranda.

Primū dr̄ damnatio.
Secūdū conditio.
Tertiū malignatio.

¶ Qδ amoꝛ inoꝛdinatus diuitiaꝝ reprehendit ⁊ dānat v̄bo ⁊ exēplo: tā a sāctis q̄ a ph̄is moꝛalib⁹. Capl̄m. i.

Et Beda sup Luc. Ipsa peccati nutrix adulatio est que sicut oleũ flãmis ita in culpa ardẽtibus solet administrare fomentũ. Et Cassidorus in epl'is Adulatio blãda oibus applaudit oib⁹ salue dicit. prodigos vocat liberales. auaros parcos ⁊ sapientes lasciuos: curiales garrulos affabiles. obstinatos cõstantes pigros maturos ⁊ graues. hec sagitta leuiter volat cito infigit. Et Seneca ad Lucillum. Malum hominem blande loquentem agnosce tuũ laqueũ esse. Habet enim suũ venenũ blanda oratio. Et p̃v. i. Si te lactauerit pctõres ne acquiescas eis. Secundũ remedium est bone ꝯscie conditio. Nam bona ꝯscia semper minus existimat de se. Propterea xp̃s Luc. xvij. dixit. Cũ bona feceritis q̃ p̃cepta sũt vobis dicite: serui iutiles sumus: quod debuim⁹ facere fecim⁹. Et Greg. di. v. in. c. ad eius. Bonarũ mentiũ est ibi culpam agnoscere vbi culpa non est Tertium remediũ contra adulationem est ꝓprie miserie inspectio vel recognitio Vñ Greg. xi. q. iij. c. inter verba. ait iter v̓ba laudantiũ vel vitupantiũ ad mentem recurrendũ est. Et si in ea nõ inuenitur bonũ qd̃ d̓ nobis d̓r magnã tristitiã generare debet. Et rursus si in ea nõ inuenitur malũ qd̃ de nobis hoies loquũt in magnã letitiam debemus ꝓsilire. Et Seneca ad Lucillũ Intus teipsũ considera nõ qual' sis alijs credas. Et idem ad Lucillũ. Alexander cũ in obsidione cuiusdã vrbis circuisset muros ictu sagitte percussus cum represso sanguine sicci vulneris dolor cresceret ⁊ crus obstupuisset. Omnes inquit iurãt me eẽ filiũ Iouis: sed vulnus hoc me hoiem eẽ clamat. verũtñ hodie v̓ificat dcm̃ Hie. ad Sabinianũ vbi ait. Naturali ducimur malo ⁊ adulatoribus nr̃is libẽter fauemus ⁊ q̃q̃ respondeam⁹ nos indignos ⁊ calidus rubor ora perfundat: tñ ad laudem sũmã intrinsecus aia letatur Idcirco vt dixi paulo añ. Languet veritas ⁊ iustitia conculcat: quia adulatio apud viros magnos ⁊ scti hui⁹ potẽtes obtinet magnũ locũ. Abstineamus igit nos ad hoc dãnabili vitio: vt mereamur in h̓ seculo pticipes fieri diuine gratie ⁊ in futuro sempiterne glorie: in qua viuit gloriosus deu⁹ p ĩfinita scl'a scloꝝ Amẽ

❡ Dñica quarta ĩ quadragesima ĩ mane. de sacro cultu dierũ festorũ illorũq3 debita veneratione. Sermo. xlvi

Erat proximũ pasca dies fest⁹ iudeoꝝ. Scribuntur hec v̓ba Ioan. vi. c. ⁊ ĩ euãgelio p̃ñtis dñice. Magnificat euãgelista miraculũ fcm̃ a xp̃o. dum satiauit ex paucis panibus atq3 pisciculis tot milia hoĩu3: ꝓpter circũstãtiã dici festi. Cum v̓o inter xp̃ianos Sacrorũ dierũ obseruantia religiosa, penitus sit extincta: quibus merito cõuenit pót: qd̃ ysa. p̃io Dñs ait. kl'as vestras ⁊ solẽnitates vr̃as odiuit aia mea: Facta sũt mihi molesta. laboraui sustinẽs: Et cum extenderitis man⁹ vestras: auertã oculos meos a vobis. Idcirco in p̃ñti sermone ꝑ reformatiõe presentiũ de festis erimus tractaturi: de quibus tria mysteria principalia declarabim⁹.

Primũ dicit approbationis.
Secundũ detractionis.
Tertium obseruationis.

❡ Qd̃ vsus sacrorũ festorũ approbat ⁊ cõmendatur a gentilibus: a iudeis: ⁊ a xp̃ianis. Cap̄lm̄. i.

Primũ mysteriũ de festis declarandũ dicit aprobatiõis. Nam sunt multi asserentes vanũ esse vel inutile obseruare ⁊ celebrare festa: quibus festorũ vsũ approbatũ tripliciter ostẽdem⁹. Prio p gentiles. Scd̃o p iudeos. Tertio p xp̃iãos. ❡ Prio ostẽdim⁹ vsũ festoꝝ approbatũ p gentiles. ipsi nãq3 l3 s3 errores suos festa tñ solẽniter celebrabãt. Vñ Varro in vltimo volũie rerũ dinarũ narrat q romani p̃ma die Ianuarij celebrabant festũ Iani. Ian⁹

Eo fuit quidā q regnauit in partibꝰ illis
vbi est Roma a q̊ mons Janiculꝰ dictꝰ
est. Et ex dict̄ Ouidij de fastis colligitur
ꝙ eodē mēse celebrabāt festū Mercurij
q̄ erat d̄a belloꝝ. Et ꝙ i februario habe
bāt festū dee felicitat̄. ⁊ festū Fauni quē
dicebāt deū montiū. In martio agebāt
festū Martis d̄i belloꝝ. In aprili festū
fortune quā dicebāt deā. In madio fe-
stum dee Flore q̄ fuit ministra Veneris
⁊ dicebat̄ habere ptātē sup flores. Erant
eis ⁊ alia festa q̄ causa breuitatis omitto
Pro quibꝰ dicebat Tibullꝰ Luce sacra
regescat humꝰ regescat arator. Et gra-
ue suspenso vomer̄ cesset opus. Et Se-
neca ad Lucillū. Festis maxime diebus
aīo impandū est: vt tunc voluptatibus
solus abstineat: cum in illas oīs turba
ꝓcubuit. ¶ Secūdo ostēdimꝰ vsū festo
rū approbatū eē ꝑ iudeos. ipsis enī festa
custodienda frequent̄ p̄cepit deꝰ. Unde
Leuit̄. xix. ait Sabbata mea custodite
ego dn̄s deus vester. Et. xxvj. c. ego dn̄s
deꝰ vester custodite sabbata mea ⁊ pa-
uete ad sanctuariū meum. Et Deut. v. c.
Obserua diē sabati vt sanctifices eum
Et Exodi. xvj. de māna colligēdo dixit
Sex diebꝰ colligite. i die āt septima sab
batū ē dn̄i. idcirco nō iuenietꝭ. Et Hier̄
xvij. Sāctificate diē sabbati sicut p̄cepi
patribꝰ vr̄is. Et Ysa. lvj. Oēm custodi-
entē sabbatū ne polluat illud: ⁊ tenētem
fedus meū adducā in montē scm̄ meū:
⁊ letificabo eos i domo orōnis mee. Et
Ezech. xx. Ego dn̄s deꝰ vester: i p̄ceptꝭ
meis ābulate: ⁊ mādata mea custodite
⁊ facite ea: ⁊ sabbata mea sanctificate:
vt sit signū int̄ me ⁊ vos: ⁊ sciatis q₂ ego
dn̄s. Pro declaratiōe tn̄ huiꝰ vocabuli
sabbatū notādū. qd̄ aliter denominant
dies a gentilibꝰ. aliter a iudeis. aliter ab
ecclesia. Gentiles etenī d̄nomināt dies
a planet̄. Ex hoc dicit Albertus magnꝰ
in suo introductorio in astronomia. qd̄
sapientibꝰ egyptijs ⁊ chaldeis visum ē
ꝙ luna dominaret̄ i p̄ma hora diei lune
Jd̄ diē illā voluerūt denomiare ab ipsa
luna. Et ꝙ mars dominaret̄ i p̄ma hora
diei martis. Et mercuriꝰ in prima hora
diei mercurij. Et iupit̄ in p̄ma hora die
iouis. Et venꝰ i p̄ma hora diei veneris
Et saturnus in p̄ma hora diei sabbati.
Et sol in prima hora diei dominice. Et
sic scd̄m p̄dictos septē planetas. septem
dies ebdomade noīabāt. Hebrei deno
minabant dies. s. prima sabbati. i. dn̄i-
ca die q̄si die p̄ma post sabbatū. Juxta
illud. Vespe aūt sabbati que lucescit in
p̄ma sabbati. Et sequentē diez dicebant
secūda sabati. ⁊ sic ordinate alios tertia
sabati ⁊ cetera. vsq₃ ad septimum diem
quem appellabant sabbatum Quod s₃
magistrū i historia scolastica ⁊ Dama-
scenū interpretat̄ requies. eo ꝙ illo die
requieuit dn̄s ab oī opere qd̄ patrarat:
vt habetur Gen̄. ij. c. Quandoq₃ etiam
apud Hebreos tota ebdomada dicitur
sabbatū. iux̄ illud Luc. xviij. Jeiuno bis
i sabbato. Septimū tn̄ diē ꝓp̄e dicebāt
sabbatuz quē ipsi sanctificabant: ⁊ vltra
istū diē habebāt ipsi iudei alias solēnita
tes. Ecclesia aūt denominat dies. s. diē
dn̄icū. de quo plenꝰ i sequētibꝰ dicemꝰ.
⁊ diē sequētē secūdā feriā. alium tertiam
aliū quartā. alium quintā. aliū sextam. ⁊
sequētē diē sabbati. ¶ Tertio ostēdimus
approbatū vsuz festorū ꝑ xp̄ianos. Nā
sancta mater ecclesia statuit sub p̄cepto
aliquos dies festos a fidelibus celebran
dos qui ponunt̄ ꝓ maiori parte de ꝯse.
di. iij. c. ꝓnunciandū. Extra d̄ ferijs. i. c.
ꝯquestus. Hi sūt. oēs dies dn̄ici ꝑ totuz
annuz. Natiuitas dn̄i. sancti Stephani
Johānis euāgeliste. Innocentū. Silue
stri Circūcisio dn̄i. Epiphania. Tres di
es resurrectionis. Ascensio dn̄i. Pent̄.
cū duobus diebus sequentibus. Quat-
tuor solēnitates principales btē Marie
v̄ginis. s. natiuitatis. purificationis: an-
nunciatiōis. ⁊ assūptiōis eiꝰ. Natiuitas
Johānis baptiste. duodecim apostoloꝝ
sci Laurentij dedicatiōis sci Michael̄
oiuz scōrū. ⁊ sācti Martini. Celebrāde
sunt etiam ille festiuitates quas singuli
episcopi cum suo clero populo indixerit
celebrandas. Insuper de conse. di. iij. in

c.crucis statuit Eusebius ꝙ festũ crucis i tertia die maij solemniter celebret. In clemētina vo. Si deuz. de reliquijs ⁊ veneratiōe scōrũ. mandat celebrari festuz corpis xp̄i. Sũt ⁊ alia festa per cōsuetudinē ecclie totius introducta. sicut sācti Nicolai. sci Antonij abbatis: ⁊ quedam alia que ꝺm morē patrie celebrāda sunt Quare religiosus laudabilisqꝫ apparet sanctoruz festorum vsus.

¶ Quare sabbatũ mutatũ est in dñicaz ⁊ cur alia festa sũt supaddita. ⁊ d̄ pctō illoꝝ qui festa nō custodiũt. Capl'z.ii.

SEcundum mysterium de festis declarandũ dicitur determinatio. In quo determinate dubitare contigit circa quedam non imerito apienda: ⁊ maxime vt iudeis nos reprehendentibus rñdere valeam⁹. Dubitat ergo de trib⁹. Prio de sabbati mutatione. Scdo de festoꝝ additiōe. Tertio de pctō ⁊ offēsiōe. ¶ Prio dubitat de sabbati mutatiōe. Nā vt pꝫ ex dictis. Deus mādauit sabbatũ costodiri. Exo. insuper xx. dixit. Memēto vt diē sabbi scifices Dicũt ergo iudei. Cur ecclia sabbatum mutauit in dominicā? Respondet Alexander de ales in tertio volumine summe ꝙ hoc factũ est iuste ⁊ sancte ꝓpter tria. Primo propter declarationez mysteriorum. Secũdo ꝓpter exclusionem erroꝝ. Tertio ꝓpter multitudinē priuilegiorũ. ¶ Prima ratio est ꝓpter declarationē mysteriorũ. Nam assignatio septime diei est pure cerimōialis. ⁊ oēs cerimonie veteris legis: vt diximus in sermone de obedientia dei vmbra erant ⁊ figura legis gratie ⁊ euāgelij. Scdm āt Aug. in. iiij. sup Geñ. ad lrām. dici probabilit pōt obseruandũ sabbatũ iudeis fuisse preceptũ in vmbra futuri que spiritualē requiē significabat: cuius gctis ipse dñs iesus xp̄s qui non nisi qñ voluit passus est in sepulture sue mysteriũ consũmauit: Cũ ergo p sepulturā xp̄i figura sit adimpleta: nō ē amplius necessariuz diē sabbati custodire: gnimo solēnizare. i. in sabbato festũ facere more iudeorum ꝓhibituz est ⁊ peccatũ. Vñ de ꝯse. di. iij. c. ꝑuenit. Greg⁹ ait. Peruenit ad me quosdaz ꝑuersi spirit⁹ hoies: praua inter vos aliqua ⁊ sancte fidei aduersa seminasse: Ita vt in die sabbati aliquid opari ꝓhiberent: quos qd aliud nisi antixp̄i ꝑdicatores dixerim⁹ qui veniens diem sabbatum atqꝫ dñicũ ab oi faciet ope custodire? Quia. n. mori se ⁊ resurgere simulat haberi vult in veneratiōe dñicũ diez. Et qa populũ iudaiçre conpellit. vt exteriorē ritum legis reuocet: ⁊ sibi iudeorũ ꝑfidiam subdat: coli vult sabbatũ. ¶ Secunda rō quare non seruatur sabbatũ sed mutatũ est in dñicaz: est ꝓpter exclusionē erroꝝ. Nā gentiles dñica die consueuerāt colere ⁊ adorare solē. Vt itaqꝫ ab hoc errore retraherent sancta mater ecelia statuit diez dñicum sanctificandũ. ¶ Tertia rō quare sabbatum mutatũ est in dñicam: est ꝓpter multitudinem priuilegiorũ. Vt eni dicitur. lxxv. di. i. c. quod die dominico. Dies dñica tantis diuinarum dispensationuz mysterijs est consecrata: vt quicquid a dño insigne ē cōstitutũ: in hui⁹ diei dignitate sit gestũ In hac mũd⁹ sũpsit exordiũ. In hac p resurrectionez ⁊ mors interitũ: ⁊ vita cepit ꝑncipiũ. Et de ꝯse. di. iij. c. sabbato. dicit. Diem dominicaz ob venerabilē resurrectionez dñi nostri ihu xp̄i nō solũ in pasca celebram⁹ veꝝ etiam per singulas quasqꝫ ebdomadas ipsius diei imaginē frequentam⁹. Colligunt autem duodecim priuilegia diei dñice. Primuz est quia fuit prima oiuz dierũ. Secundũ quia erit vltim⁹ dies presentis vite in seculi huius fine. Tertiũ est qa illā nulla ꝑcessit nox. Quartum qa sicut infra patebit: nulla ei nox subsequet. Quintum quia in ea creauit celum ⁊ terram deus. Sextũ quia i ea oēs angeli a deo creati sũt. ⁊ boni i celo glorificati fuere: ⁊ mali de celo expulsi sunt. Septimum qa ꝺm Orosiuz i die illa primo precepta sunt data filijs isrl.

¶ Octauũ quia in illa die incarnat⁹ est xp̄us. Nam vt testat magister historiaꝝ Et die qua dixit deus. fiat lux: visitauit nos oriens ex alto. Et xp̄us incarnatus est. In huius misterium ⁊ figurā datuȝ fuit manna in dñica die. sicut ait Origenes sup exodũ. ¶ Nonũ qa in die dñica xp̄s destructis inferni claustris captiuam ducens captiuitatem ac sanctorum aïas de limbo eripiens triũphaliter surrexit a mortuis. ¶ Decimuȝ qa i dñica die erit resurrectio mortuoruȝ: ⁊ reddet vnicuiq; iuxta opera sua. ¶ Undecimũ qa in die dominica spirit⁹ sanctus in linguis igneis missus est in aplos. ¶ Duodecimũ quia in dñica die erit iniciuȝ ⁊ cõtinuatio sine fine laudũ dei ⁊ dñi nostri Iesu xp̄i. ¶ Secũdo dubitat de festoꝝ additione: cur videlicȝ supaddita sunt vltra diem dominicuȝ alia festa. Et assignari pt triplex rõ. ¶ Prima dicitur confutationis. ¶ Secunda gratificationis. ¶ Tertia imitatiõis. ¶ Prima ratio dicitur confutationis. Superaddita sunt sanctorum festa vt confutaretur error eorũ qui dixerunt ante diem indicij animas sanctorum non cõscendere celum. Ad ostendẽdũ ꝙ tales mẽtiũtur statuit eccl̃ia sanctorum suffragia ⁊ patrocinia in eorũ solemnitatibus implorari predicans ⁊ contestans illos in celo regnare cũ xp̄o. Ad hunc etiam errorẽ eliminandum eccl̃ia cantat. Gaudent i celis anime sanctorũ qui xp̄i. ve. sunt se. Quod etiam colligi potest ex dictis scripture atq; doctoruȝ sanctoꝝ. Nã Luce xxiij. xp̄s dixit latrõi. Hodie eris mecũ in paradiso. Et gl. sup illo verbo. Luc. xi. Pueri mei mecum sunt in cubiculo. ait. Pueri sunt apl̄i qui sunt in eterna requie. Et Greg. in. iiij. dial'. Iustorum anime mox vt huius carnis claustra exeunt in celestibus sedibus recipiuntur. Et extra de celebratione mis. cũ marthe dicitur. De sanctis omnibus sentiendũ est ꝙ non indigeant oratiõibus nr̃is ꝓ eo ꝙ cum sint perfecte beati omnia eis succedunt ad votum. Et extra de baptismo ⁊ eius effectu. c. debitũ. scribitur sic Iudeus seipsum baptiçans si continuo decessisset ad patriam protinus euolasset. Et de pẽis. di. vij. c. q egerit. dr̃. Quicunq; bene post penitentiã vixerit sicut ante penitentiam viuere debuit: post reconciliationem quandocunq; defunct⁹ fuerit: ad deum vadit: ad requiem vadit ⁊ regno dei non priuabitur. ¶ Secũdo superaddita sunt alia festa ꝓpter gratificatiõem. Nam ex debito gratitudinis cõmemorare debemus beneficia nobis collata. sicut sunt beneficia natiuitatis: passionis: ascensionis: ⁊ consimilium festiuitatum. In solẽnitatibus etiam beate Marie virginis feriandũ est propter summas pfectiones quas in se habuit: propter innumeras gratias quas ipsa impetrante suscipimus. Ceteras v̄o solemnitates sanctorũ quas statuit ecclesia catholica celebrari: obseruare insup obligamur: quia ⁊ ipsi impetrant nobis misericordiaȝ dei. Uñ dauid in psal. ait. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxiliuȝ mihi. In montes: idest in sanctos. ¶ Tertia ratio quare vltra diem dominicum superaddita sũt festa sanctorum est propter imitationem. Ut in eorum solemnitatibus illorum gesta recolentes conemur eos ꝗ̃tum possumus imitari. Ideo Aug. in sermone de martyribus ait. Quotienscunq; fratres carissimi ⁊c. sanctorum martyrum solẽnia celebramus: ita ipsis intercedentibus spectemus a dño consequi temporalia beneficia: vt ipsos martyres imitando accipere mereamur eterna. Ab eis enim in veritate sanctoruȝ martyrũ festiua gaudia celebrantur qui ipsorum martyrum exempla sequuntur. Solemnitates enim martyrum exhortationes martyriorum sunt: vt imitari non pigeat quod celebrare delectat. Sȝ nos volumus gaudere cum sanctis ⁊ tribulationes mundi nolumus sustinere cum illis. Qui eniȝ sanctos martyres vel in quantum potuerit noluerit imitari: ad eorũ beatitudineȝ nõ poterit puenire

¶ Tertio dubitaṫ de peccato ⁊ offēsiōe
Utrū peccēt mortal'r nō seruātes festa.
Et rn̄deo ꝙ sic.q: faciūt cōtra ꝑceptum
dei. Hic ē ꝙ i veteri lege vt hr̄. Numeri
xv. Cum inuenr⁹ esset homo colligēs li
gna in die sabbati.ꝑ Moysen ⁊ Aaron
reclusus ē in carcerē.dixitqꝫ domin⁹ ad
Moysē. Morte moriaṫ homo iste ob
ruat eum lapidibus oīs turba extra ca/
stra. Cumqꝫ eduxissent euꝫ foras obrue
runt lapidibus ⁊ mortu⁹ est sicut prece/
perat dn̄s. Potest tamē aliqs si laborat
aut aliquid aliud faciat diebus festis ex/
cusari a pctō ꝓpter tria. ¶ Prio ꝓpter
necessitatē.vt pꝫ ex̄ de ferijs.c.cōquest⁹
Et in.glo.ibi sup v̇bo necessitaṫ vrgeat
diciṫ.puta si res esset ꝑitura. Et sunt pl'a
exempla. ff. de ferijs.l.i.ij.⁊.iij. Et vbi
res celeritaem desiderat.ff.ḋ dāno ifec.
l.i. ¶ Secundo excusanṫ laborantes in
festis ꝑꝑ pietatē.puta ꝭm ꝭm glo.i ꝑall'.
c.cōquestus.cā debiliū ꝑsonaꝝ: quia in
oꝑib⁹ misericordie dierum distinctio n̄
est habenda.vt pꝫ.lxxvi.di.c.vtinam. Et
de conse.di.v.c.vnqꝫ. ¶ Tertio excusā/
tur laborantes dieb⁹ festis ꝓpter modi
citateꝫ.qn̄.s.opus modicū esset ⁊ paruū
qa ꝭm theologos. Qḋ modicū ē rō ap
prehēdit quasi nihil. Sed quis explicet
quant⁹ in xp̄ianis circa festorū scificatio
nem inueniaṫ abusus? Nam cupiditate
⁊ auaritia ducti dieb⁹ festis mercata fre
quentant ⁊ nundinas.quod ꝓhibeṫ i.c.
i.extra de ferijs. Nonnulli.ēt absqꝫ ne/
cessitate vendunt ⁊ emunt: missas ⁊ alia
officia negligentes conducūt merces in
currib⁹ equis ⁊ mulis: ⁊ faciunt alia ope
ra seruilia n̄ sine peccato. Nec illud pec
catū leue.putādū est quo ingratus ⁊ mi
ser homo dedignaṫ reddeṙ deo partē tē
poris sibi concessi.

¶ Qualiter festa seruanda sunt cum de
uotione cordis oris ⁊ opis.quod tamen
a xp̄ianis multis non fit: immo videtur
contrarium. Capitulum .iij.

t Ertium mysteriū de festis diciṫ
obseruationis. Obseruāda sūt
festa a fidelibus cū oī deuotio/
ne ⁊ scificāda tripl'r Prio corde. Scḋo
ore. Tertio oꝑe. ¶ Prio sūt scificāda fe
sta corde.vt vnusqsqꝫ memor sit dei: ⁊
bn̄ficioꝝ ei⁹. Nā in ꝑcepto solo de sācti
ficatiōe sabbati positū est hoc vocabulū
memento: ad denotandū ꝙ tali die ad
spūaliū cōtēplationē anim⁹ sit reuocan
dus. Hinc. Isidorus ait. Purgandus
est primo animus atqꝫ a tꝑaliū rerū co/
gitationibus segregandus.vt puta acies
cordis ad deuꝫ v̇e ⁊ simpliciter dirigaṫ.
Optima aut est regula a nobis tradita
in tractatu de virtutib⁹ ⁊ in sermone de
prudentnia. qua ponūṫ septem de qb⁹
vnusqsqꝫ memor esse debet. Insup ꝭm
quosdā cū preceptū de scificatione festi
sit affirmatiuū ⁊ obliget semꝑ: sꝫ nō ad
semper: teneṫ homo ex debito die dn̄ico
vel semel in ebdomada deo vacare atqꝫ
deum recognoscere in aliqua hora: licet
non in qualibet: aliter peccat mortaliter
Proinde qui est in mortali culpa ⁊ nō
cōteriṫ: vel dat operā vt cōteratur in die
dn̄ico: de nouo mortaliter peccat: quia
transgrediṫ diuinū ꝑceptū: quo ꝑcipiṫ
diebus dn̄icis esse vacandū deo. ⁊ ma/
xime conteri oportet congruis horis: vt
puta dū dr̄ missa vel dn̄r vespere. Tenēṫ
aūt ad ꝓpositum ꝯfitēdi ⁊ satisfaciendi
loco ⁊ tꝑe opportuno. Qḋ qui nō ꝭuat
nouam incurrit culpā trāsgressionis ꝑ/
cepti de scificatione sabbati atqꝫ obser/
natione in ꝓꝑa culpa. ¶ Secūdo festa
sunt scificanda ore.vt in ipsis oremus ⁊
laudem⁹ deū: sibiqꝫ de suscepṫ bn̄ficijs
grās referam⁹. Unde de ꝯse.di.iij.c.ieiu
nia dicitur. Die dn̄ica nihil aliud agēdū
est nisi deo vacandū. Nulla operatio in
illa die sancta agaṫ.sꝫ tm̄ in hymnis psal
mis ⁊ canticis spūalibus dies illa transi
gaṫ. ¶ Tertio sāctificāda sūt festa ope
visitando ecclesias: audiēdo diuina. De
auditione v̇o missarum dicam diffusi⁹
in sermōe de missa. Sed ve mūdo a scā
dalis: q: xp̄iani dieb⁹ festiuis magis in
honorant deū ⁊ sāctos qꝫ dieb⁹ alijs. O
quot pompis: quot vanitatibus: quot fa
stuositatibus in diebus festiuis ornatur

corpus ꝛ cõfūdit spiritus. Tunc quidem felicior est qui exquisitiori excessu bellū ordinat contra deū. Tūc mulieres enim la cōcertatione insano studio ac conatu altera alteram in vanitatibus supare cō tendit. Tunc gestant stellas ac laminas aureas vel argenteas vario fulgore splē dentes: nec nō perlarū torques cingēte ſ collū ꝛ similia. Tūc in ecclijs dei mala plurima perpetrant. Tūc insistūt hoies prohibitis ludis. Tūc mulieres choreis vacāt ꝛ dissolutionib⁹. propterea dicit ō ꝯse. di. iij. c. irreligiosa. Irreligiosa ꝯsue tudo est quā vulg⁹ p scōꝝ solemnitates agere cōsueuit. Populi qui deberēt of ficia diuina attendere saltationibus tur pibus inuigilant: cātica: non solū mala canentes: sed etiaꝫ religiosorū officijs ꝑ strepūt. Sunt ꝛ alia plurima que com mitti solent temporib⁹ deo ac sanctis di catis. Nos vero conemur ab illis oib⁹ abstinere. solēnitatesq; sacras reuerēter ac debite celebrare: sicq; impetrabim⁹ in hoc seculo dei grām: ꝛ in futuro sem piternā gloriā. ad quā nos ille perducat q viuit ꝛ regnat in secula sclorū. Amen.

Dñica quarta in quadragesima infra diem. de pietate quā viui exhibere debēt mortuis ac defunctis. Sermo. xlvij.

Accepit er go Jesus pācs ꝛ cuꝫ gratias egisset distri buit discūbentibus. Scribūt hec verba Joh. vi. c. ꝛ in euan gelio hodierno. Qui de celo descēdit in vterū virginis sola caritate motus: ipse verbo pariter ꝛ exemplo docuit nos sup omnia erga nostros proximos bēniuolē tiaꝫ pietatēq; seruare. Ecce in promptu est sacra lectio euangelica in qua narrat q̄ benigne q̄ clementer famelicā turbā xp̄s pauit in deserto: nos vo si regni ei⁹ ac beatitudinis voluerim⁹ pticipes esse debemus q̄tum possum⁹. proximoꝝ no strorū indigentiā miseriamq; relevare. Quoniā aūt circa defunctos multi sunt inhumani atq; crudeles. cū in supiorib⁹ dixerimus de misericordia viuis exhibē da: Idcirco in presenti sermone de pie tate que mortuis atq; defunctis debetur erimus locuturi Distinguem⁹ vo hanc in tres partes principales.

Prima dicit sepulture exhibitio.
Secunda testamētorū executio.
Tertia suffragiorū cōicatio.

Qd defūctorū corpa sūt sepeliēda ꝛ qualiter eccliastica sepultura ꝓdesse po test vel obesse. Capl'm. i.

Prima pars pietatis que debet defunctis dicitur sepulture exhi bitio. ꝛ p huius declaratiōe tria sunt disputanda. Primum vtrum desū ctorū corpa sint sepelienda. Secunduꝫ vtrū prosit morientib⁹ eccliastica sepul tura. Tertium vtrū obsit in pctō mortali decedentib⁹. Circa primū dubiū pos set aliquis arguere q corpa desūctorum non sint sepelienda. Naꝫ dicit Virgili⁹ Facilis iactura sepulchri. Et Seneca de remedijs fortuitorum. Si nihil sentio nō pertinet ad me iactura corporis in sepul chro. Et idem in li. de tranquillitate ai. minabat Theodoro phō mortem in se pultā. Cui rñdet. Sanguis in tua ptāte est. sed te ineptū dico si putas mea inter esse supra terram an īfra putrefieri. In quit etiā Tullius in qōnibus tusculanis q Socrates ꝛ Anaxagoras crediderūt sepulturas superuacuas: nilq; mali atq; inhonesti esse iacere cadauer squalidū abiectum ꝛ inhumatum. quem ritū ser uabant Caspii omnes. Diogenes insu per Cinic⁹ iussit se inhumatū ꝓijci vo lucribus canibus ꝛ feris. d. Quid ferarū mihi nil sentienti oberit laniatus: Re fert adhuc Eusebius li. i. de euangelica preparatiōe. q hircani rapacis generis auib⁹ ꝓijcere defunctorum corpa ꝯsue uerunt. Sed contra tales damnatos mores ihumanasq; snias est omnis scri ptura tam sanctoꝝ q̄ moraliū philoso phorū. Nā Geñ. xxiij. laudat de pietate

Abraham qui sepeliuit Saram mortuam in hebron in terra chanaan: ⁊ sepeliuit eam in spelunca agri. Et Gen̄. xxv. ⁊ xiij. q. ij. c. hebron. dicit ꝙ Isaac ⁊ Ismael sepelierunt. Abraham in spelunca duplici. Et Gen̄. xlix. Jacob in extremo vite benedictiōe data filijs suis precepit eis dicens: Ego congregor ad populū meū. Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici que est in agro hebron in terra chanaan quam emit Abraham. Et Josue vltimo habetur qualiter eo mortuo sepelierunt eū filij israhel in finibus possessionis sue. Ibidem etiam habet qualiter ossa Joseph que tulerant de egypto sepelierunt in sichem. ⁊ quō Eleaçarū filiū Aaron sepelierunt in gabaad fratres ⁊ filij ei⁹. Et Judicū. xvj. fit mentio de sepultura Samsonis. Et. i. Reg. xxv. de sepultura Samuelis. Et. i. Paral. c. ix. de sepultura Salamōis. Et. i. Mach. ix. c. de sepultura Jude Machabei. Et. ij. Reg. ij. c. dixit Dauid viris Jabes. Galaad qui sepelierant Saulem. Benedicti vos a domino. qui fecistis misericordiā hāc cum dn̄o vestro Saule ⁊ sepelistis eum. Et. xxi. dis. decretorū. c. nūc aūt. in glo. dicit ꝙ si quis mandaret corp⁹ suū nō sepeliri: qd ⁊ fecit Marcellin⁹ papa in detestationē idolatrie cōmisse. nō ē implendū. Et Valeri⁹. li. v. rubrica de ingratis. reprehēdit athenienses q Melciadem i carcere mortuū sepeliri nō permiserūt nisi Cymo ei⁹ filius carcerem pro eo intrasset. Unde Valeri⁹ ait. Nec te Cymo silentio inuoluā quoniam patri tuo sepulturā volūtarijs vinculis emere non dubitasti. Et idem Valeri⁹. li. i. rubrica de somnijs. narrat q̄liter Symonides poeta peregre vadēs cū nauis in qua erat appulisset ad littus ⁊ corpus inhumatū iacēs vidisset. sepulture mādauit. huiusmodi beneficio is q sepultus fuerat motus nocte sibi in somnis apparuit eūq; ne ꝓximo die nauigaret monuit. qui somnio parens in terra remansit. Illi vero q inde recesserant naufragantes i eius cōspectibus ꝓcellis ⁊ fluctibus absorti sunt ⁊ suffocati ⁊ ipse letatus est qui vitam suā magis somnio q̄ naui commiserat. Et idem Valeri⁹ li. v. rubrica de humanitate. cōmēdat Cesarem qui caput sui hostis Pompei sibi p regem egypti destiatum honorifice cremari ⁊ sepeliri fecit. Ibidem etiā laudat Hannibalem qui successiue tres romanos Paulum Graccum ⁊ Marcellū hostes ipsi⁹ honorifice sepeliuit. ¶ Respondendū est ergo ad dubiū ꝓpositū s̄m Ric. in. iiij. di. xlv. ꝙ defunctorū corpora sūt sepelienda ꝓpter tria. ¶ Prio propter astruendā resurrectionem futuram. propter quā Paulus mortuos vocat dormiētes. Ut ergo subleuetur spes ad resurrectionem vere fiendam corpora sepulture tradūtur. ¶ Secundo corpora sepeliuntur propter āmouēdū horrorem Unde Quintilianus libro. v. declamationū ait. Ad operiendam feditatem subtrahendamq; dolori materiā mortuus viuentiū causa sepelitur. ¶ Tertio corpora defunctorum sunt sepelienda propter meritationem vt illa sepelientes propter misericordiā mereāt. Propter hec oia Aug. li. i. de ciui. dei. c. xiiij. ait. Non sūt contemnenda ⁊ abijcienda corpora mortuorum maximeq; virorū iustorū atq; fidelium: quibus tanq̄ organis ⁊ vasis ad omnia opera bona sanctus vsus est spiritus. Si eni paterna vestis ⁊ ānulus ac si quid huiusmodi tanto carius ē posteris quanto erga parentes maior affectus. nullo modo ipsa spernenda sūt corpora: que vtiq; multo familiarius atq; cōiunctius q̄ quelibet indumenta gestamus. Hec eni non ad ornamentum vel adiutorium quod adhibetur extrinsec⁹ sed ad ipsam naturam hominis pertinēt Unde ⁊ antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt ⁊ exequie celebrate ⁊ sepultura prouisa. Ipsiq; dum viuerent de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus filijs mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos deum promeruisse teste angelo cōmen-

datur. Ipse quoqꝫ dominus die tertia resurrecturus religiose mulieris bonum opus predicat predicandumqꝫ ꝯmēdat vt vnguentum preciosuꝫ supra membra eius effuderit atqꝫ hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter ꝯmemorāt in euangelio qui corpus ei⁹ de cruce acceptū⁹ diligenter atqꝫ honorifice tegēdū sepeliendūqꝫ curarūt. hec Augustinus. ¶ Secūduꝫ dubium erat vtrum prosit in caritate morientibus ecclesiastica sepultura. Loquor de his qui habent aliquod purgabile. Et respōdet Ric. ꝙ nō per se sed per accidens: ⁊ hoc triplici rōne. ¶ Prima est propter inspicientiuꝫ excitationem inꝯtum. s. inspicientes sepulturam memoriam retinent defunctorum ⁊ pro eis orant. Unde Aug⁹. li. de cura pro mortuis agenda ait. Monumentum eo ꝙ moneat mēteꝫ. id est admonet nuncupatur. Hinc Greg⁹. li. iiij. dial'. Petro eum interroganti ⁊ dicenti Putamus ne animab⁹ eorum aliquid prodesse posse si mortuorum corpora in ecclesijs fuerint sepulta. Respondet cuꝫ grauia peccata nō deprimūt hoc ꝓdesse mortuis si in ecclesijs sepeliantur ꝙ eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca conueniūt suoruꝫ quoqꝫ sepulchra aspiciunt recordantur. Et pro eis domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt non ad absolutionem. Sed potius ad maiorem damnationis cumulum. eorum corpora in ecclesijs ponūt. Hec ille. ¶ Secūda ratio est propter ministrorū ecclesie orationē quia illi qui ecclesie deseruiunt tenentur ceteris paribus pro illis frequētius ⁊ specialius orare. ¶ Tertia ratio est propter sanctorum deuotionem. ¶ Credenduꝫ nanqꝫ est ꝙ sancti illi: ad quorum honorem fabricata est ecclesia: orant pro eo qui sepelitur in illa. vel eius cimiterio ꝑpter reuerentiam ⁊ deuotionem ipsi⁹ eligentis sepulturam ibidem. Unde Aug. xiij. q. ij. c. non extimem⁹ ait. Nō vero quisqꝫ apud memorias Martyrum sepeliatur. Hoc tātum mihi videtur prodesse defūcto: vt commendās eum martyrum patrocinio affectio pro illo supplicationis augeatur. ¶ Notandum tamen circa electionem sepulture ꝙ quilibet adultus compos sue mentis: libere potest vbicūqꝫ voluerit l oco magis religioso eligere sepulturam. Unde Gratianus. viij. q. ij. §. ij. ait. Ubi quisqꝫ tumulandus sit in voluntate eius consistit Excipiuntur religiosi qui non possunt sibi eligere sepulturaꝫ: sed in suis monasterijs ⁊ ecclesijs sepeliūtur: nisi quādo moriūtur essendo adeo remoti a monasterijs sui ordinis ꝙ non possent commode deportari ad illa: quia tūc possent eligere. extra eodē. c. religiosi. li. vi. Impuberes etiam non possūt sibi eligere sepulturam: sed parentes eorum possunt eos sepelire vbicunqꝫ voluerint: si consuetudo terre hoc habeat. alias nō. extra. de sepul. c. in nostra. in textu. ⁊ in glosa ⁊ in. c. de vxore. in. glo. Insuper qui nō est compos sue mētis: nō potest eligere sepulturaꝫ. extra de success. ab intesta. c. cum dilectus. Uxor vero si nō elegit sepulturam sepeliri debet, vbi sepultus est suus maritus. Et si plures habuit sepeliri debet vbi sepultus est vltimus. Et licꝫ multa dicantur de sepulture electione: tamen multum statur consuetudini. vt dicit Ric. vbi supra. Potest etiam quis eligere sepulturaꝫ in loco minus religioso dimissa antiqua. vt patet extra eodem li. vi. c. cum quis. ¶ Tertium dubium erat. vtrū obsit ecclesiastica sepultura in peccato mortali decedentibus. qꝛ dicit xiij. q. ii. c. quibus. ⁊. c. cum grauia. Impijs nocet in loco sacro sepeliri. Respōdet Riccardus ꝙ impio non nocet ecclesiastica sepultura nisi inꝯtum hanc sepulturam sibi indignam propter humanam gloriam procurauit. Sed quid dicemus de sumptibus ⁊ expensis que fiunt in funere etiam Bonorum ⁊ in caritate morientium? Nonne melius esset si darentur pauperibus ⁊ indigentibus quam sic illas exponere ad quandam quasi pompam ⁊ inanem gloriam

Respondet Ric. vbi sup͂ ꝙ pompa exequiarū si fiat ꝫm ꝯsuetudinem patrie ⁊ nō cū nimio excessu nō ē reprehēsibil'. Quinimo facit ad cōsolationē viuorum ⁊ subleuationē spei ad resurrectionē futuram. Nō.n. tenet' homo de necessitate facere omne bonū qd̓ potest. Faciēs aūt sumptus in sepultura quos posset alibi melius collocare. nō facit eos inquātū est opus minus vtile: sed inꝗ̄tum vtile Notandū tamē ꝙ nō debent i ecclesia seu cimiterio vel loco sacro infrascripti sepeliri. ¶ Primo nullus infidelis nec iudeus: nec paganus nec hereticus. vt pz de ꝯse. di. i. in. c. ecclia. ⁊. c. sequenti. ⁊. xxiiij. q. ij. c. sane. Et si sepulti essent tales in ecclesijs debent exhumari ⁊ ꝓijci extra. ¶ Secundo interdicit' sepultura ecclīastica morienti in torniamento. Et exponit Hosti. etiā si quis ibi vulnus letale accepit. licz postea supuixerit: quiꝗ̄uis peniteat ⁊ ei eukaristia non negetur: carebit tn̄ ecclesiastica sepultura extra de torneamētis. c. i. Hoc tn̄ de illo intelligitur qui venit cā exercendi se in torneamēto. Et etiā ꝫz Guil. de armigeris eorū qui eis in armis seruiunt. extra de torneamentis. c. ij. Sec⁹ de astantibus cuz curiositate. ¶ Tertio ꝓhibet' sepultura his qui seipsos occidūt. vt patz. xxiij q. ij. c. quibus. ⁊. xxiij. q. v. c. placuit. Qd̓ intelligendum est ꝫm Guilelmuz. si interfecerūt se ex desperatiōe vel iracūdia Secus si ex fortuitate ⁊ hi⁹. Unde in. c. ex pte extra d̓ sepul. dicit Berñ. ꝙ si qs ꝓpter fugā ꝓcipitaret se in aquam: quia inde sic credebat euadere non imputat' ei etiam si cōtrariū eueniat. ¶ Quarto negat' sepultura ei de quo certum est ⁊ manifestū nō fuisse ꝯfessū vl' nō coicasse semel in anno. extra de pe. ⁊ re. c. ois Et hoc intellige nisi in articulo mortis signa contritionis ⁊ huiusmodi emendationis ostendat. ¶ Quinto expellit' a sepultura ecclesie monach⁹ qui reperitur proprietarius in fine vite qui dz in sterquilinio sepeliri. extra de statu monachorū. c. sup q̇dā. ¶ Sexto blasphemus dei si moriat' absqz penitētia p⁹ ꝗ̄ blasphemauerit nō sepelit' in loco sacro extra de maledicis. in fine. ¶ Septimo generaliter quilibet notorius peccator si moriat' absqz penitentia in ipso mortali peccato priuandus est ecclīastica sepultura. xiij. q. ij. c. nō estimemus. Ad probandū aūt cōtritionez alicuius pctōris moriētis sufficit vnus testis. xxvi. q. v. c. qui recedūt. ¶ Itē iterdicit' sepultura tpe interdicti illis de illo loco vbi est positum interdictū dum durat. ¶ Itez excommunicatis excōmunicatiōe maiori in illa morientibus ⁊ etiam minori ꝫm Guil'. quando hoc est notorium. Sūt ⁊ alia multa circa hāc materiaz que ideo dimittimus: quia non est necessariuz vt populis predicentur. Sacerdotes autez ⁊ curati: quia talium debent hēre sciam videant titulum de sepul. li. iij. ⁊. vj. decrē talium. Ideo hanc partem concludere volētes: dicimus ꝙ magna est pietas satisqz cōmendabilis defunctorū corpora sepelire. Hinc ꝓter ea que dicta sunt laudatur ⁊ magnus. Alex. qui vt. Q. Curtius refert. inuento Dario a suis derelicto vulnerato ⁊ extincto in vehiculo viso corpore fudit lachrymas: fecitqz euz more regio sepeliri.

¶ De executione testamentoruz ⁊ ꝙ dilatio coꝝ preiudicat animabus testatoꝝ si sint in purgatorio. Capitulū. ij.

Secunda pars pietatis defunctorum dicit' testamētorū executio in quo adhuc tria dubia occurrunt declaranda. Primū vtrū testamēta possint infringi. Secūdum vtrū executores teneant' stati illa exequi. ¶ Tertium vtrum dilatio executoris ꝓiudicet anime testatoris. ¶ Ad primū dubium posset aliquis arguere ꝙ nullū testamētum sit infringenduz. Nam vt scribitur extra de testa. c. iudicantis. voluntas testatoris debet per omnia adimpleri. Sz testamentū continet vltimā voluntatem testatoris. ergo ⁊c. ⁊. xvi. q. i. c. considera

tio.dicitur. Consideratio ecclie vtilitatis hoc postulat ex iusta dispensatione testatoris seruandū arbitriū. Sed contra est qd habet.vi.q.i.i.c.admōet.vbi. Greg. ait. Admonere te volumus ne pie defūctoruz voluntates tua quod absit remissione cassentur. Ibi dicit glo.super vbo pie.secus si sunt iniuste.ergo testamenta iniusta sunt infringenda. Rñdet Ric.in iiij.di.xlv.ꝙ aut testamētū est rōnabiliter factum:ita ꝙ nō sit cōtra equitatem iuris naturalis nec diuini nec positiui. Et tunc nullo modo est infringendum. Aut testamentum est irrationabiliter factum: ⁊ tunc licitum est ⁊ debitum illud infringere. Est aūt testamentum irrationabile triplici rōe. Prio rōe testatoris Scdo rōe rei testate. Tertio rōne mōi testandi. ¶ Prio rōne testatoris: cum scꝫ nō pōt facere testamentuꝫ. Nā neqꝫ episcopus neqꝫ religiosus neqꝫ fatuus pōt facere testamētum. Dicit tñ Ric. ꝙ eps aut habet bona que sibi ꝓuenerūt ex hrditate vel artificio aut doctrina antequā esset episcopus. Aut non habet nisi redditus ecclesiasticos ⁊ mobilia q̄ sibi ex illis redditibus prouenerūt. De pmis bonis: quia ꝓprietas illoꝝ est sua potest licite facere testamentū.extra de testa.c. quia nos. Et.c.relatū.⁊.xij.q.i.c.epi. Si tamen eps ecclīam leserit damnum ecclesie debet de rebus eius resarciri. ⁊ de residuo si quid fuerit testari pōt. De redditibus autē ecclīasticis ⁊ de mobilibus que post sui cōsecrationē acqsierint epi quia talia dicūt cōseruari eidē ecclesie: cuius ratio est qa q̄ intuitu seu ꝯsideratu ecclie receperūt illorū bonorum ꝓprietas sua non est: sꝫ illorū sūt tm̄ dispensatores ⁊ administratores: non possūt facere testamētū. Et q̄uis de rebus ecclie non possunt aliquid donare iure testamēti: possunt tamē donare d mobilibus causa elemosyne siue sint sani siue i egritudine etiā mortali constituti. Ex quibus colligitur ꝙ non est idem dispensare ⁊ testari. Unde episcopus permittit de bonis ecclesie elemosinam facere ⁊ non testari.extra de testa.c.ad hoc. Testatoreꝫ enim oportet esse dominū rerum de quibus facit testamentum. Sed dispensatorem non oportet esse dominum rerū de quibus facit elemosynaꝫ. Unde extra e. c.quia nos.in glo.dicitur. Clerici de rebus ecclesie nullum pñt facere testmentum cum earum proprietas non sit sua. Similiter religiosus cū non habeat proprium non potest facere testamentum patet.xix.q.iii.c.quia.⁊ in.c.relatum. Et si dicatur de Paulo primo heremita ꝙ in testamēto reliquit collobium suuꝫ.i. tunicam superiorem. Athanasio alexandrino episcopo.⁊ tunicam interiorē btō antonio. Respōdet Ric.ꝙ q̄uis Paulus primus heremita fuerit religiosissimus sanctitate: non erat tamen in religionis statu. Unde nō est simile de heremitis ⁊ de illis qui sunt in statu religionis vt patet in .§. sequenti post preallegatum.c.relatum. Adhuc fatuus non potest facere testamentum. extra de successab intesta.c.cum dilectus. Et instit. quibus non est permissum facere testamentum.§.furiosi. Illum enim qui facit testamentum oportet esse compoteꝫ mentis sue pro illo tempore quo facit testamentum. ¶ Secundo testamentū ē irrationabiliter factū ratione rei testate cum quis facit testamentuꝫ de re quam nō habet. Sicut dicitur de Lipethopo Ipse eniꝫ cum i extremo vite venisset testamentum condidit in quo multa milia ducatorum in pios vsus dimittebat. Cum vero circunstantes interrogarent quis esset executor tante pecunie distribuende. Respondit truffatorie. Hic est punctus vnde tractum est vocabulum illud aut vulgare prouerbium. Qui stael puncto disse Lepethopo. Sunt ⁊ alij qui testātur de bonis que habent tamen ad illos nō pertinentibus eo ꝙ acqsita sunt per vsuras malos contractus rapinas iniustitias fraudulētias ⁊ huiusmodi.⁊ debentur personis certis. Secus vero quando illoruꝫ restitutio esset incerta ¶ Tertio testamētū est irrationabiliter

factum ratione modi testandi: puta cuȝ
quis exheredat suos heredes qui exhe
redari non meruerunt dans totum ali
is. Talis facit ꝯtra equitatem iuris natu
ralis etiam si det ecclesie. Et testamentū
tale non est seruandum. propterea dici/
tur ab Aug. in sermone de communi vi
ta clericorū. ⁊. xv. q. vlt̄. c. qcunqȝ. Qui/
cūqȝ exheredato filio heredeȝ facit ec/
clesiam. querat alium qui suscipiat non
Augustinū. Et infra Quā laudabile fa/
ctum sanc i Aurelij carthaginensis epi.
quidam enim cū filios non haberet nec
speraret: res suas oēs retento sibi vsu/
fructu donauit ecclesie. Nati sunt illi fi/
lij. Reddidit episcopus: nec opinātí ea
que illi dōauerat. In potestate habebat
episcopus nō reddere: sed iure fori ⁊ nō
iure poli. i. quadam naturali equitate. vt
dicit glo. ibideȝ. ¶ Secundū dubium
vtrū executores testamētoruȝ teneantur
cito. s. infra annuȝ executionē complere
Et respondet Ric. in. iiij. di. xlv. ꝙ aut te
stator tempus determinat infra quod te
stamentum vult esse impletum. aut non
Si sic. non tenētur executores tentione
necessitatis vsqȝ ad illud tempus, testa/
mentum implere: nisi videret citius ex/
plēdo se posse facere anime desūcti vtili
tatem maiorem. Tunc enim ⁊ si in foro
iudicij compelli non possent ad citiꝰ im
plendum: tamen ad hoc eos cōsciētia
deberet compellere: qa presupponēduȝ
est ꝙ volūtas defuncti fuit vt illo modo
⁊ illo tempore testamentū implerēt quo
esset expedientius anime sue. Si autem
non determinat tempus infra quod ve
lit testamētū impleri. tunc dico: quia aut
executores habent libere bona: de qbꝰ
possunt statim testametum implere. aut
nō habent. Si habent. tunc implere te/
nentur q̄ȝ citius possūt: qa debitores sūt
illis quibus legata sunt facta. Et sicut di/
citur. ff. de re. iu. In omnibꝰ obligatiōi/
bus in quibus dies nō ponitur presenti
die d̄ebetur. Unde illi executores qui per
longum tempus tardant suam executio
nem implere. necatoribus egentiū com
parantur. propterea dicitur. xiij. q. ij. c. q
obligationes. Qui obligationes defun/
ctorum aut negant ecclesijs: aut difficile
reddūt tāq̄ȝ egentium necatores ex cō/
mūicentur. Et s̄m glosam ibidem h̄ nō
intelligitur de obligationibus volunta/
rijs. sed de illis bonis que relicta sunt ec
clesijs. Et. c. sequēti adhuc dicitur. Qui
obligationes defunctorum retinēt. ⁊ illi
qui ecclesijs tradere demorantur vt infi
deles sunt ab ecclesia abijciendi. Exe/
cutores etiā si illa bona retinent, p seipsis
sūt sicut fures ⁊ raptores: ⁊ sacrilegium
committūt. sicut patet. xiij. q. ii. c. clerici.
⁊. xvij. q. iiij. c. sacrilegiuȝ. Unde si execu
tores infra annū saltem āmonitione epi
pias voluntates desūctorum nō implēt
cum possent si vellēt. per episcopū debēt
impleri. vt notat extra de testamentis. c.
nos quidem. ⁊. c. tua nobis. in. glo. ⁊. c.
Joh. in textu. Si auteȝ executores non
habeant bona in promptu de quibꝰ pos
sint infra ānum testamentū implere. nō
credo propter hoc ꝙ deuoluat potestas
eorū pꝰ ānū ad episcopum. Tenēt tamē
facere quod inˢse est vt bona habeant ⁊
debita debent distribuere q̄ȝ citius pos/
sunt. ¶ Tertiuȝ dubiū erat. vtrū dilatio
executionis in aliquo preiudicet anime
testatoris. Et respondet Ric. ꝙ sic. cuius
duplex est ratio. Una quia quanto citius
ecclesie ⁊ pauperes quibus legatum est
recipiunt illud quod testator eis legauit:
tanto feruentius ⁊ certius orant pro ani
ma defuncti ⁊ orare tenentur: ⁊ quanto
tardius recipiunt quod eis legatum est
tanto tepidiores sūt ad orandum ⁊ ma/
gis tardant orare pro anima eius. s. testa
toris defuncti. Acceleratio autē feruen/
tium orationū pro anima defuncti. mul
tum ualet ad eius alleuiationem ⁊ cele/
riorem expeditionem. ¶ Alia ratio est
Quia sicut defuncti in caritate aliquid
purgabile secum portantes in hac vita
meruerūt vt elemosyne si pro eis dētur
eis prosint non ad augmentum gratie:
sed ad alleuiationem ⁊ abbreuiationem
pene: sic testator testamentum faciens ⁊

in caritate decedens teſtamentū ſuū fa/
ciendo meretur vt eius executio p⁹ mor
tem valeat nō ad augmētū gratie: ſʒ ad
alleuiationeʒ ⁊ abbreuiationē pene ſue.
Et ideo quanto teſtamentum ſuum citi
us executioni demandatur: tanto citius
alleuiatur: Et quanto tardius ſui teſta/
menti executio impletur: tanto tardi⁹ ce
teris paribus incipit alleuiari ⁊ tardius
liberatur. Si tamen legata ſua nūq̈ʒ ſol
uerentur non propter hoc perpetuo re/
maneret in pena q̈ʒuis ꝓpter hoc mľto
tardius liberaretur ab ipſa. Ex predictis
patet q̈ʒ grauiſſime peccāt ⁊ q̈ʒ magnā
perditionem faciunt hi qui executiones
teſtamentorum ſibi cōmiſſas non com
plent q̈ʒ citius poſſunt habita cōpetenti
opportunitate.

¶ Quomodo hi qui ſūt in purgatorio
iuuari poſſunt ꝑ ſuffragia viuorum. ⁊ ꝺ
ſuffragiorum fructu. Caplm. iij.

t Ertia pars pietatis que defunc/
ctis debet dicit ſuffragiorum cō
municatio. Et pro huius intel/
ligentia tria dubia erūt diſcutiēda. Pri
mum vtrum ſuffragia viuorum proſint
defunctis Secundum vtrum ſuffragia
facta determinate pro vno ꝓſint oibus
exiſtentibus in purgatorio. Tertiū vtruʒ
defunctis proſint ſuffragia facta a viuis
exiſtentibus in peccato mortali. ¶ Ad
primum dubium poſſet aliquis argue/
re ꝙ ſuffragia viuorum non proſint de
fūctis. Nam Apoc. xiiij. c. dicitur. Opa
enim illorum ſequuntur illos. ergo vi/
detur ꝙ non iuuantur operibus alienis
Et Eccliaſtes. ix. dicit de mortuis ꝙ nō
habent partē in ope quod ſub ſole gerit
ergo idem quod prius. ¶ Sed in con
trariū eſt illud qꝺ ſcribit. ij. Machab.
xij. Sancta ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro
defunctis exorare: vt a peccatis ſoluant
Et Auguſtinus in ench. ait. Nō eſt ne
gandum defunctorum animas pietate
ſuorum viuentium releuari cum ꝓ illis
ſacrificium mediatoris offertur. vel ele/
moſine in ecclia fiunt. Reſpōdet Ric.
ꝙ animarum quedam ſunt beate iaʒ in
celo. quedam ſunt damnate in inferno
pro peccato originali ⁊ actuali: Uel pro
originali ſolo. Quedam ſunt in carita/
te ſua explentes penitentiam in purgato
rio. Beatis non proſunt viuorum ſuffra
gia: quia non indigent. Unde Auguſti/
nus in ench. dicit ꝙ ſacrificia ſiue alta
ris ſiue quarumcunq̈ʒ elemoſynarum
pro defunctis valde bonis gratiarum ac
tiones ſunt. Et idem videtur extra de ce
lebratione miſſarum. c. Cum Marthe
Damnatis etiam ſuffragia non proſunt
vt oſtenſum eſt ſupra eodem ſermone.
Sunt tamen ꝯſolationes viuorum. Ani
mabus autem exiſtentibus in purgato/
rio proſūt viuorum ſuffragia non ad au
gmentum gratie gratum facientis: ſed
ad pene earum mitigationem. ⁊ abreuia
tionem. Quia vt dicit Auguſtinus in
ench. Cum viuerent in hac vita merue
runt vt hec ſibi poſtea poſſent prodeſſe.
¶ Ad auctoritatē ergo Apoc. dicendū
ꝙ ſuffragia viuorum que fiunt pro ex/
iſtentibus in purgatorio: dicuntur ope/
ra eorum inq̈ʒtuʒ in hac vita meruerūt
vt eis prodeſſent: ſi pro eis fierent. Ad
auctoritatem ꝺo Eccliaſtes dicendum
ꝙ pro tanto mortui dicuntur nō habeṫ
partem in opere qꝺ ſub ſole geritur. qꝛ
tali operi non cooperanṫ: habent tamē
partem in fructu operis. Sed pro con/
firmatione vera dictorum notanda eſt
ſententia. Greg. que ponit. xiij. q. ij. in. c.
anime defūctorum. Anime inquit defū
ctorum quattuor modis ſoluuntur. aut
oblationibus ſacerdotum. aut precibus
ſcōrum. aut caroruʒ elẏmis aut ieiunio
cognatorū. Qꝺ eniʒ ſacre hoſtie oblatio
plimū ꝓſit defūctis appet ex illo exēplo
qꝺ Greg. recitat i. iiii. dialˀ. li. Inqt. n. ꝙ
cū qdā monach⁹ ſuus noie Iuſt⁹ ad ex
tremū veniēs tres ſe habeṫ occultos au
reos idicaſſet: ⁊ de hoc ingemiſcēs mor
tuus fuiſſet. precepit Greg. fratribus vt
corpus eius cū tribus aureis in ſterquili
nio ſepelirent. Tandē cuidaʒ e fratribus

Greg. ꝑcepit vt vſqꝫ ad dies. xxx. omni
die ꝓ eo hoſtiã imolaret. Qui cuꝫ iuſſa
cõpleſſet. is qui defunctus fuerat in die
xxx. cuidã fratri ſibi germano apparuit
Quẽ germanus requiſiuit dicens. Quõ
es? Cui ille rñdit. hucuſqꝫ male fui: ſed
iaꝫ mõ bene ſũ: qa hodie cõionẽ recepi
Similiter Greg in preallegato. li oñdit
quantum orationes proſint exiſtentibꝰ
ĩ purgatorio. Narrat. n. de Paſcaſio q
cũ vir mire ſãctitatis ⁊ virtutis extiterit:
⁊ ſuo tẽpore duo fuiſſent ſũmi põtifices
electi: ꝯueniſſetqꝫ tandẽ eccleſia in vnũ:
Ipſe tñ Paſcaſius quaſi ex errore aliũ
papam pretulit. ⁊ in hac ſentẽtia vſqꝫ ad
mortẽ permanſit. Qui cũ eſſet defunctꝰ
⁊ dalmaticã feretro ſuperpoſitaꝫ demo
niacus tetigiſſet: ſtati ſanatus eſt. Poſt
multum ꝟo temporis cum Germanus
capuanus epiſcopꝰ balneum ob gratiã
ſanitatis petijſſet: predictũ Paſcaſium
diaconẽ ſtãtẽ ⁊ obſequentẽ inuenit: quo
viſo, vehementer extimuit. Et quid illic
tantus vir faceret inquiſiuit. Qui ꝓ nul-
la alia cauſa ſe in illo loco penali depu
tatum aſſeruit: niſi quia in illa cauſa põ-
tificis plꝰ iuſto ſenſit. ⁊ addidit. d. Queſo
te deprecare deũ pro me: atqꝫ in hoc co
gnoſces ꝙ exauditus ſis ſi huc rediẽs
me non inueneris. Qui cuꝫ ꝓ eo oraſſet
⁊ illuc poſt paucos dies redijſſet: ꝑdictũ
Paſcaſiũ in eodẽ loco minime inuenit
Sunt ⁊ alia exẽpla: que breuitatis cauſa
dimittimus. ¶ Secundum dubiũ erat
Utrum ſuffragia facta determinate pro
vno ꝓſint oibus exiſtentibus in purga-
torio. Et. rñdet Ric. ꝙ ad cauſandum
penam concurrit virtus agentis: ⁊ diſpo
ſitio patientis: quia actus actiuoruꝫ ſunt
in patiente diſpoſito. vt dicitur. ij. de aia
Poteſt ergo diminui alicuius pena: vel
per diminutionẽ virtutis ex parte agentꝭ
vel per diminutionẽ diſpoſitionis ad pa
tiendũ ex parte ſuſtinentis: ſicut ⁊ p au-
gmentationẽ cuiuſlibet iſtorũ pena põt
augeri. Unde iequaliter diſpoſiti ad pa-
tiendũ ab equali virtute inequaliter pa-
tiuntur. Propterea dicit Auicẽna ſexta
parte naturaliũ. Qꝺ multũ diſpoſitꝰ ad
triſtitiã ex modica cauſa fortiter triſtatur
Qꝺ aũt dictũ eſt videmus in exemplo.
Pena enim magnũ onus portantis di
minui poteſt: vel per diminutionẽ gra-
uitatis oneris: vel per aliquam conforta
tionem virtutis illius qui portat onus:
qua minuitꝛ in ipſo diſpoſitio ad patien-
dum ab onere. Sic dico ꝙ iſto duplici
modo cõuenit intelligere diminui penã
exiſtentiũ in purgatorio. Et quantuꝫ ad
diminutionẽ pene modo primo ſuffra-
gia facta determinate pro vno tñ alijs
non proſunt: quia ſic virtus eorum non
attingit niſi ad illũ ad quẽ determinãtur
⁊ cui applicantꝛ per intentionem agentis
Sed mõ ſecundo ſuffragia facta ꝓ vno
proſunt alijs: qa miſericordia dei proui
dente ſuffragia facta pro quocũqꝫ ĩ pur
gatorio omnibꝰ alijs innoteſcũt. Et quia
ſeſe diligunt ex caritate: nec ſibi inuicem
inuident. imo oẽs gaudent de pene illiꝰ
alleuiatione ꝓ quo facta ſunt ſuffragia.
Quodlibet autem gaudium reddit gau
dentem minus diſpoſitũ ad penã ꝯtri-
ſtantem. quia ſɱ ſententiaꝫ Ar. ii. ethi.
c. vltio. Cuiuſqꝫ triſtitie repugnat ſꝫ for
maꝫ generis quecũqꝫ delectatio. ⁊ ideo
mitiget eaꝫ. Notandũ tñ ꝙ ſi ſuffragia
fierent pro pluribus: nõ tantũ ꝓdeſſent
cuilibet quãtũ ſi fierẽt pro illo ſolo quia
ſi tãtũ ꝓdeſſent: ſequeretꝛ ꝙ ille q ꝓ vno
defũcto tenetꝛ dicere miſſaꝫ vnã: ⁊ vnaꝫ
ꝓ alio. ſi diceret vnam pro illis duobus
cuilibet ſolueret illud ad quod ſibi tenetꝛ
Preterea bonũ finituꝫ quod ſufficeret
ad plenariam liberationẽ vniꝰ anime ꝺ
purgatorio ſufficeret ad liberatiõꝫ oiuꝫ
aliarũ ad equalem penam obligatarũ.
Preterea ꝯſuetudo ecclie eſſet inutilis:
que ſuffragia aliquando facit pro ſpecia
libus perſõis. que omnia falſa ſunt. Fue-
re tamen quidam dicentes ꝙ ſuffragia
facta pro pluribus tantuꝫ ꝓſunt cuilibet
quantum ſi fierent pro vnoꝰ ſolo: ſicut
candela accenſa pro pluribus. Et lectio
lecta pro pluribus tantũ quelibet iuuãt
quantũ iuuarent ſi pro eo ſolo candela

accenderet vel lectio legeret Sz rñdet Ri. q̃ hec exempla nõ valẽt: qr lumen candele ⁊ vox doctoris se cõicant p na ture necessitatez. Suffragia aũt cõicant per suffragantis intentionẽ. ¶ Tertium dubiũ erat. vtrum defunctis prosint suf/ fragia facta a viuis existentibus in pctõ mortali. Et rñdet' Ric. i. iiij. di. xlv. q̃ ma lus faciens aliqua bona opera pro defun ctis: aut facit ea sicut actor: aut sicut mi/ nister. Primo mõ illa nõ ꝓsunt defũctꝭ etiã si ea faciat mediante bono ministro nisi aliqñ p accidẽs inq̃tũ paupes sacti p elẏs receptis ab illo malo excitantur ad orandũ ꝓ illis defunctis ꝓ qbus ille malus homo eis elẏas dedit. Si autem facit ea vt minister distinguendũ est: qr aut facit ea vt minister public⁹ dei ⁊ ec/ clesie: vt sacerdos qui celebrat missam vel exequias mortuorum. aut facit ea vt minister alicuius ꝑuate ꝑsone. Primo modo dico q̃ ꝓsũt defũctis: qr malicia ministri non tollit efficaciã sacri. Si aũt facit ea vt minister priuate persone aut il la persona quãdo sibi precepit tale opus fieri ⁊ qñ factũ ẽ erat in caritate: aut nõ Primo mõ dico q̃ prosunt defunctꝭ ꝓ quibus fiunt. Et siue ille qui mandauit fieri migrauerit de hac vita: siue nõ: qa h̄ opus principaliter ipsius est qui h̄ fieri mandauit. Si ṽo erat in pctõ mortali. aut hoc erat quando mãdauit fieri. aut qñ op⁹ executioni mãdatũ est. Si prio modo dico q̃ illa opa nõ ꝓsũt defũctꝭ ꝓ quib⁹ fiunt: q̃uis sit in caritate ꝓ illo tpe quo suũ mandatũ executioni demã datur nisi tũc illud iteꝝ fieri demandet aut demandationẽ factaz de nouo acce/ ptet: qr opus ipsius nõ est nisi inq̃tum illud fieri mandat: vel acceptat. Si autẽ erat in pctõ mortali qñ demandat opus bonũ executioni: qui erat in caritate qñ ꝑcepit fieri. dico q̃ tunc opa prosũt de/ functis pro quib⁹ fiunt: maxime qa sunt a precipiente rõne illius actus voluntatꝭ quam habuit quando ea fieri precepit. verũtñ cũ nemo sciat vtrũ odio an amo re dignus sit: nõ debẽt hoies retrahi a

cõicatione suffragioꝝ erga defũctos. Et potissimũ tenet debet vnusqsq3 firmiter q̃ semp valet missa ⁊ alia bona que fac homo vt minister ecclesie. Supradicte itaq3 sũt pietatis ptes: quã debent viui mortuos exhibere. Sz si quis posset ad purgatoriũ vsq3 descendere. audiret ꝑ/ fecto clamantes ⁊ eiulãtes q̃z plurimos ac voce querula lamentantes. Audiret quidem patres ⁊ mr̃es. d. O filij ingrati quib⁹ bona nostra dimisim⁹ succurrite nobis. Audirentur viri suas vxores vo/ cantes. O vxores impie in quibus confi dentiã habentes: diuitias nostras vobis dimisimus: subuenite miseris ⁊ nos ad iuuate: vt eruamur ab his atrocissimis penis. Audirent ⁊ alij clamantes. O cõ missarij. o executores testõrũ nostroruz expedite fideliter que vobis cõmisim⁹ Multi nãq3 sunt ⁊ q̃si innumerabiles q citius a purgatorio liberarent si viuẽ/ tes illos iuuarent. Idcirco ꝓcurent oẽs benigne ⁊ caritatiue orare pro defunctis aliaq3 pietatis opa illis impẽdere: vt sic mereamur i h̄ seculo dei obtinere gr̃az ⁊ in futuro sempiternã gloriã. Amen

¶ Feria secunda quarte ebdomade in quadragesima: de purgatorio: ⁊ atrocis simis penis: quibus puniuntur aie illoꝝ qui non satisfecerunt in hac vita de pec/ catis suis. Sermo. xlviij.

Ipse autem ihs nõ credebat semet/ ipsũ eis. Scribunt hec ṽba Joh. ij. c. ⁊ in euã/ gelio hodierno. Rara fides inuenit in hoibus hui⁹ mũdi: qui cum sepe blandiant multũ amicis: eo/ rumq3 se fateant beniuolos: adueniẽte tñ necessitate aduersitateq3 ingruẽte de/ ficiunt. ꝓpterea saluator noster q ꝓui/ debat se tpe passionis sue ab oibus ꝓde/ relinquendũ non credebat semetipsum eis qui crediderant in noie eius ꝓpter signa q̃ faciebat. q̃ exemplo edocemur a

vt ꝛ nos duz possumus: dum viuimus
dū facultas adest: anime nostre salutez
accuratissime procuremus. Neqꝫ fidē/
dum est multum in parentibus: aut fi/
lijs: in viris aut vxoꝛibus. in domesticis
vel amicis: quoniam vt dictum est ꝑce/
denti sermone: cōsueuerunt tales caros
suos defunctos tradere obliuiōi. Et qm̄
pleriqꝫ penitentiaz negligūt de suis pec/
catis in hac vita implere: estimantes mi
tissimam satisqꝫ leuez penaz esse: ꝛ qn̄qꝫ
nullam penam. s. purgatoꝛij. Idcirco in
pꝛesenti sermone de ipso purgatoꝛio eri/
mus locuturi. de quo tria mysteria erunt
declaranda.

Pꝛimum dicitur veritatis.
Secundum penalitatis.
Tertium iocunditatis.

¶ De vitate ꝛ loco purgatoꝛij: ꝛ de istis
qui post hanc vitam anteqꝫ euolēt in di/
gent purgari. Caplm̄. i.

p Rimū mysteriū declarādūz de
purgatoꝛio dicitur vitas. in quo
tria sūt dubia absoluēda ¶ Pꝛi
mū vtrū sit ponere penaz purgatoꝛiā pꝰ
hanc vitā. ¶ Secūdū vtrū aliqs locus
sit pꝛopꝛius ad purgandum animas de
putatus. ¶ Tertiū qui sūt hi qui vadunt
in purgatoꝛiuz. ¶ Ad pꝛimū dubiū rn̄/
det Boñ. di. xx. quarti. ꝙ sicut dicit scri
ptura ꝛ auctoꝛitates sanctoꝛum: ꝛ plureſ
reuelationes: ꝛ rationes concoꝛdant: ꝛ
ecclesia vniuersalis confirmat que orat
ꝓ existentibus in purgatoꝛio: absqꝫ du/
bio post hāc vitam est ponere penā pur
gatoꝛiam. Et hoc colligit ex vbo xp̄i. d.
Math. xij. Qui dixerit vbū contra spi/
ritū sāctū nō remittet ei neqꝫ in hoc se/
culo neqꝫ in futuro. In qua snīa datur i
telligi quasdā culpas in hoc seculo quaſ
dā in futuro posse relaxari. Ideo Greg.
xxv. di. c. qualis. ait. Qualis hinc quisqꝫ
egreditur. talis in iudicio pꝛesentatur.
Sed tamē de quibusdā culpis esse ante
iudicium pugatoꝛius ignis credendus
est pꝛo eo quod veritas dicit: quia si qs

in spiritum sanctum blasphemiā dixerit
neqꝫ in hoc seculo remittet ei. neqꝫ in fu
turo. Et Math. v. Esto consentiēs ad/
uersario tuo cito. i. sinderisi murmurāti
in malo aut angelo ad oppositūz decer
tanti: dum es in via cum eo: ne foꝛte tra
dat te aduersarius tuus iudici. i. deo ꝛ iu
dex tradat te ministro. i. angelo. ꝛ in car
cerē mittaris. i. per angelum in purgato
riū deducaris. Amen dico tibi nō exies
inde donec reddas nouissimū quadran
tem. Hoc idem de carcere huius mūdi
non potest intelligi: eo ꝙ nec ibi ponunt
oēs tales. Nec de carcere infernali: quia
ibi nunqꝫ soluitur nouissimus quadrās
debite pene Sꝫ de carcere purgatoꝛij ha
bet ītelligi: qa de illo exibit quis quādo
soluerit nouissimū quadrātē. Et adhuc
est in pꝛomptu ratio quare sit ponenda
pena purgatoꝛia. Nam vt dicit Augꝰ. ꝛ
ponitur a magistro in littera. aut hō pu
nit. aut deus punit. sed frequenter aliqui
ꝯuertunt in fine qui non puniūt in pn̄ti
ergo necesse est ꝙ puniant a deo. sꝫ nō
in igne īfernali siue eterno. ergo in igne
purgatoꝛio. ¶ Itez si nō esset pena pur
gatoꝛia post hanc vitā. ergo qui ꝑdurat
in culpa vsqꝫ ad moꝛtē. cū nullam susti/
nuerit penā repoꝛtat de malicia sua com
modum. quod est falsū. Et si qs obijce
ret ꝙ pꝛonioꝛ est deus ad miserandum
qꝫ ad condemnandū. sed decedentē in
moꝛtali pctō stati cōdemnat. ergo dece
dētē in caritate statim gloꝛificat. ¶ Itē
potentioꝛ est caritas ad eleuandū qꝫ sit
moꝛtalis culpa ad depꝛimēdum. sed cul
pa moꝛtalis statim demergit in abissuz.
ergo caritas statim eleuat in celuz. ergo
non est ponere post moꝛtez aliqd suppli
cium. ¶ Itez status pꝰ moꝛtē respōdet
statui qui est in via. sed in via nō est nisi
duplex status. s. bonoꝛum ꝛ maloꝛuz. er
go similiter post moꝛtez. Ergo anima a
coꝛpoꝛe recedens: vel est in paradiso cū
bonis: vel est in inferno cū malis. Rn̄/
det Boñ. ad pꝛimū. ꝙ nō est simile glo
rificare decedentē in caritate statiz: sicut
condēnare decedentem in moꝛtali. qm̄

iste qui in mortali est: nihil habet quod sit dignū vita. Et ideo sūme ē dispositus ad damnationē eternā. & ppter hoc statim damnatur iusta retributione. Sed ille qui est in caritate: cum caritas simul stet cum veniali culpa: & reatu pene: pōt in se habere aliquid dignū pena. Et quia gloria non potest simul stare cum pena ₰m forum cōmune: necesse est prius debitum illud solui p penā purgatoriam. ¶ Ad secundum dicit Boñ. q̄ pōdus caritatis habet in se aliqđ retardans ut culpam aliquā paruulā: uel reatum. Sz pondus peccati nihil habet. eleuans uel retardans. ideo non est simile de ascēsu pcti. ¶ Ad tertiū ṽo dicēdū q̄ licz duplex sit status p̄ncipalis. s. bonoꝝ & malorum. tamē qui habet iusticiā i duplici est differentia. Aut eni est i statu perfectorum pfectione completa. & talis non habet cremabilia: nec aliqua debita. & huic statui debet vita eterna. Alij sunt in statu impfectoꝝ. & hi habent cremabilia ut plurimū. & etiam debita. ideo oz p̄mū debita solui: & cremabilia cremari anteꝗ̄ introducātur i patriā. Et hi purgantur pena purgatoria. Similiter carentes iusticia in duplici sūt differentia. Quidam sūt in statu paruuloꝝ. & hi carent iusticia originali. & his cōpetit status in limbo sine pena sensibili. Aliqui sunt in statu adultorum: qui carent iusticia psonali siue gratuita per propriam culpam. Et talibus competit status infernalis. Et sic pz q̄ ratio illa nō valet Posset etiā dici q̄ pena purgatoria nō dicit statum: sed magis transitū de statu ad statū. ¶ Secundū dubiū absoluendum erat. Utrū ad purgationē aiarum sit aliquis locus spāliter deputatus. Et rñdet Ric. di. xxj. q̄rti. q̄ in inferno sūt quattuor loca se habentia ₰m supius & inferius. In loco maxime infimo sunt damnati p pctō actuali. In illo qui est imediate supra illum sunt dānati p solo pctō originali. In loco qui cōsequenter est supra illū sunt aīe que purgant: quia ibi de lege cōmuni purgant: ꝗ̄uis aliq̄ alibi purgentur ex aliqua causa speciali. s. vel vt viuentibus aliquid nuncient: vel vt suffragia pro se impetrent. & vt patiendo vbi peccauerūt dei iustitiam aliqbus sensibilibus manifestent. ¶ In quarto loco non sunt alique anime sed ante xp̄i aduentum ibi erant anime sanctorum patrum: que penitentiam suam in purgatorio expleuerant. Et ille que recedentes a corpore nihil purgabile portauere. Locus aūt prefat⁹ dicebat sinus Abrahe: quia Abrahā primus ab infidelibus se separauit: & fidei signaculum distinctiuz accepit. Ideo locus requiei que debetur anime propter fidem caritate formataz sinus Abrahe dictus est. Hugo tamen libro secundo de sacramētis pte xv. c. vij. negare videtur aliquez vnū locum determinatum esse purgationi aīarum dicēs probabilius esse vt in his potissimum locis singule penam sustinere credātur in quibus culpam commiserunt: sicut multis sepe documentis probatum est. Alia vero si qua sunt harum penarum loca non facile assignare videt Sed sententia ista Hugo. non acceptat a doctoribus nisi intelligatur: Ut dicit Bon. ₰m dispensationem diuinaz. & nō ₰m cōmunē legem: quia improbabile ē vt omnes anime que parisius peccauerunt parisius puniantur. Ideo ₰m legē cōmunez credendum est q̄ sicut limb⁹ fuit inferius: sic & loc⁹ purgatorius qui locus pars inferni creditur a quibusdaz propter illud verbum Gregorij in. iiij. dial. Sub codez igne electus purgatur & damnatus cremat. Tertium dubium absoluendum erat. qui sunt qui vadunt ad purgatorium. Et dicere possum⁹ ₰m doctores q̄ sunt tria hominum genera. ¶ Primi quidez sunt qui cum venialibus moriuntur. Nā sicut dicit magister sup illo ṽbo. i. Coꝛ. iij. c. Si qs supedificat sup fundamentū hoc auꝝ argentū lapides preciosos. lignū. fenum: stipulā: vniuscuiusqz op⁹ manifestū erit. Dies. n. dñi declarabit: qꝛ in igne reuelabitur: & vniuscuiusqz op⁹ quale sit ignis pbabit

Per lignū fenū ⁊ stipulā: itelligunt ve-
nialia peccata ꝑ quādam similitudinem
q̄a venialia in eodē subiecto cū caritate
existentia pn̄t per ignem purgatorij ⁊ spi
ritualem ignē caritatis ⁊ dilectionis cō-
sumi: sicut lignū. fenum stipulaq3 con-
sumuntur per ignē. ⁊ q̄a tardi⁹ cōsumit
lignū q̄3 fenū: ⁊ fenu3 q̄3 stipula. ideo ꝑ
lignū significātur venialia grauiora. ꝑ
fenū media. ꝑ stipulā minora. ¶ Secū
di qui vadūt in purgatoriū sūt qui pniā3
ante obitū suū nō egerūt: sicut contigit
his qui absq3 ꝯfessione moriuntur ꝯtriti
¶ Tertij sūt hi qui iniunctā sibi pniam
nō compleuerunt. Nā pnia in ꝯfessiōe
a sacerdote iniuncta: aut est maior: aut
equalis: aut minor. Si autem est maior
tūc id qd̄ homo plus fecerit cū moritur
in augmētū sue glorie cedit. Si est eq̄lis
tunc sufficit ad totius pene dimissione3
Si aūt fuerit minor: tūc id qd̄ residuu3
est ex virtute diuine iustitie i purgatorio
emendatur: ne aliquod peccatum rema
neat impunitum.

¶ De voluntate illorū qui patiuntur in
purgatorio. ⁊ de grauitate penarum. ⁊ d̄
ministro ꝑ quē deus infligit penas illas.
Capitulum. ij.

SEcundū mysterium principale
de purgatorio declarandū dicit
penalitatis. in quo tria dubia sūt
apienda. videl3. Primū vtru3 pena illa
sit voluntaria. Secundum vtrū sit ma-
xima oiu3 penarū tp̄aliū. Tertiū vtrum
ꝑ ministeriū demonū infligat. ¶ Ad ṗ
mū dubiu3. rn̄det Boñ. q̄ aliqua pena
dicit tripliciter voluntaria. Uno mō q̄a
assumitur a voluntate imꝑante. sicut est
pnialis pena. Alio modo q̄a sustiētur a
voluntate acceptāte. sicut est pena mar-
tyrum. q̄a adeo placet q̄ ea liberari nō
vellent ¶ Tertio mō est quedā pena q̄
acceptat ⁊ sustinetur a voluntate cele-
rante. vt puta pena que est cu3 patientia
ita q̄ eius oppositū est in desiderio: sicut
cum amans ⁊ desiderans sanitatē infir
matur. sustinet quidem infirmitatē tāq̄3
penā diuinitus inflictā: attamē ab ea libe
rari procurat. ⁊ illud minime h3 rōne3
voluntarij. Hoc modo est volūtaria pe
na purgatorij in viris iustis: qui volūta
rie ea3 sustinent: ⁊ desiderāt vehemēter
ad patriam ꝑuenire. ⁊ ab alijs sibi auxi-
liu3 preberi. ¶ Secūdū dubiū vidēdu3
erat. vtru3 pena purgatoria sit maxima
oiu3 penaꝝ tp̄aliū. Et ꝺm doc. rn̄det q̄
sic ⁊ ꝓbat. tripl'r. Prio auctoritate. Se
cūdo rōne. Tertio exēplo. ¶ Prio ꝓ-
bat aucte. Inq̄t enim Aug. de pe. di. ij. c.
vlt. ⁊ dis. xxv. c. qui. in aliud seculū. Qui
in aliud seculū distulit fructū ꝯuersiōis
purgād⁹ ē igne purgatiōis. Hic etenim
ignis ⁊ si nō sit etern⁹: miro tn̄ mō gra
uis est. Excellit eni oēm penā quā vnq̄3
passus ē aliq̄s in hac vita. Nūq̄3 i carne
tanta inuēta est pena tp̄alis: Scd̄o ꝓba
tur rōne. Et ꝺ3 Boñ. ꝓt sumi rō ex dina
iustitia eo q̄3 deus iustus penā nō acce-
ptat ꝺm q̄ punitiua tm̄. s3 ꝺm q̄ plus est
in ea ratio ordinis recti. Scd̄m h̄ ergo ē
intelligendū q̄ est pena sumpta: ⁊ pena
inflicta. In pena sumpta non tm̄ placet
deo ordinatio pene ad culpā: sed ordo ⁊
rectitudo que est i voluntate assumente
In pena afflicta placet ordiatio pene ad
culpā. Quoniā ergo pena penitentiū in
pn̄ti plus est. pena morientiū est inflicta
in purgatorio: pro eo q̄ iam nō est tēp⁹
agendi sed recipiendi. Jō modica pena
in pn̄ti plus satisfacit ⁊ magis est de ea
cōtenta diuina iustitia: q̄3 de magna i fu
turo. Ric. vero sumit rōem ex cā ipsius
pene. Nam pena causat dupliciter. s. ex
absentia boni amati. ⁊ pn̄tia mali oditi
Et vtroq3 mō pena purgatorij maior ē
qualibet pena temporali. Anime enim in
purgatorio q̄a motus eaꝝ non retardat
mole corꝑis: vehementissime desiderāt
cum deo perfecta fruitione ꝯiūgi. Et iō
ex huius ꝯiunctionis absentia vehemē-
tissime affligunt maxie cū videant tēp⁹
aduenisse: quo cum deo ꝑfecte essent cō
iuncte: si dum erant i corpib⁹ penā suis
peccatis debitā ꝑsoluissēt. Simil'r ignis
affligens aiam in purgatorio magis est
actiuus igne nostro: qui tamē inter alia

elemēta maxīe est afflictiu⁹. Ideo pena purgatorij lōge grauior ē q̄z alia pena in hoc mūdo. Qualit̄ aūt aīa patit̄ ab illo igne declaratū est in p̄cedentib⁹ sermōe .xiiij. hui⁹ opis. ¶ Tertio ꝓbat̄ grauitas pene purgatorij exemplo. Habet̄ nāq꜅ i legēda sancti Greg. q꜄ postq̄z orauit ꝓ Traiano: apparuit ei Angelus ⁊ dixit: Quia ꝓ dānato rogasti duorū tibi datur optio. Aut. n. i purgatorio duob⁹ diebus cruciaberis. aut certe toto tēpor̄ vite tue fatigaberis dolorib⁹ ⁊ īfirmitatib⁹. Qui p̄elegit toto tēpore vite sue dolorib⁹ con cuti potius q̄z duob⁹ dieb⁹ in purgatorio cruciari. Vn̄ factū ē q꜄ sēp deinceps aut febrib⁹ laborauit. aut podagre molestia pressus fuit. aut validis doloribus conquassat⁹. aut dolore stomachi miserabiliter cruciat⁹. Vn̄ in quadā epistola sic loqt̄. d. Tante podagre: tantisq꜅ doloribus premor: vt vita mea mihi grauissima pena sit. Quotidie. n. in dolore deficio: ⁊ mortꝭ remediū expectādo. suspiro. ¶ Tertium dubiū ꝓpositū fuit. Vtrꝫ pena purgatorij ꝑ ministeriū demonū infligat̄. Et qbusdā videt̄ q꜄ sic. eo q꜄ i scriptura aut vix aut nūq̄z legit̄ q꜄ bon⁹ angelus bonos vexauerit. Sꝫ vexatio bonorū solū a malis fuit. sicut exēplū h̄etur de Job. de Antonio: ⁊ alijs scīs ⁊ amicis dei. Mali ṽo vexati sūt a bonis ⁊ a mal̄. Et ratio videt̄ esse b̄m eos. qa qui vexat alterū ⁊ affligit quodāmō odiuꝫ habet. Diabolus auteꝫ odit bonos ⁊ malos ob suā crudelitatē. ideo vtrosq꜅ affligit cum sibi ꝑmittit̄. boni ṽo nō odiunt nisi malos ⁊ ideo illos solos affligunt: Sicut afflixerunt sodomitas ⁊ egyptios. Sed opinio ista stare nō potest. qa non decet illū q iuste de aliquo triūphauit postea puniri ꝑ ipsū. Sed aīe que sūt i purgatorio adherendo iustitie vicerūt diaboluꝫ Ergo nō esset cōueniēs vt punirent̄ demonū ministerio. Propterea alij dixerūt q꜄ pena purgatorij infligit̄ angelorū ministerio. Sꝫ h̄ nō vr̄ ꝓbabile. q꜄ tam grauit̄ affligāt ⁊ puniāt conciues suos. nec hoc ō̄ facili ꝑ scripturā posset ꝓbari

Jō dicendū b̄m Ric. ⁊ Boñ. qō̄ q̄uis boni angeli ⁊ mali assistant morientib⁹ boni ad iuuādū. mali ad nocēdū si p̄nt. tñ in loco penali ipsi⁹ purgatorij nō puniūt̄ aīe ministerio demonū: nec ministerio bonoꝝ angeloꝝ: sꝫ sola diuina iustitia ignē purgatoriū sicut istrumētū applicante ad punitionē earū.

¶ De iocunditate quā habent existentes i purgatorio. tum ꝓpter certitudineꝫ ō̄ sua salute. tuꝫ ꝓpter ꝯfirmationē i grā. tum ꝓpter auxiliū viuoꝝ. Capl̄m. iij.

tErtiū mysteriū declarandū de purgatorio dicitur iocunditatis Nā inter acerbitatē penaꝝ sentiūt aīe i purgatorio existētes multā iocunditatē. maxime ꝓpter tria Primo ꝓpter certificationem. Scd̄o ꝓpter subuentionē. Tertio ꝓpter sanctorū affectionem ¶ Primo gaudēt anime i purgatorio ꝓpter certificationē. q꜊ iā certificate sunt de gloria ⁊ btitudine ad quā ō̄bēt ꝑuenire. Notandū tñ b̄m Boñ. in. iiij. di. xx. Qō̄ aīe ille maiorē certitudinē habent q̄z ille q̄ i via sūt: sicut habebāt aīe que erant in limbo. Et illa certitudo media est inter certitudineꝫ patrie. ⁊ certitudineꝫ vie. In patria est certitudo tentionis euacuans expectationē ⁊ timorē. In via aūt est certitudo expectationis mixta timori. q꜊ qlibet labi pōt dum est viator. In purgatorio ṽo est medio mō̄ s. certitudo expectationis. q꜊ nondū obtinuit. sed est euacuatio timoris ꝓpter liberi arbitrij cōfirmationē. q꜊ oīo fit q꜄ deinceps peccare nō pōt. Nā cōfirmati sunt in grā: nec valent malū velle: nec dum agetur: qō̄ eis accedit ad leticiaꝫ ⁊ iocūditatē: Propterea sapiētie. iij. dicit̄ Spes illorū imortalitate plena est. Nec acceptāda est quorūdā opinio eorū qui dicunt q꜄ ꝓ acerbitate penarū ita absorbet̄ spūs vt vbi sit ignoret. ⁊ ex h̄ dubitet vtrū sit in inferno: vel in purgatorio: aut extra. Sicut cū anima ex dulcedine ꝯtēplatiōis rapit̄ extra se vt nesciat vtrū i corpore an extra corp⁹ hoc videat: sic suo modo dicūt i penis se habere.

Sed certe h̄ nō videt̄ posse rationabilit̄
sustineri.q̄r etsi spiritus carni ꝯiunctus
possit ab huiusmodi penis adeo absor/
beri vt vsum ratiōis amittat: Spirit⁹ tñ
seperatus q̄ imortalis est nō videt̄ adeo
absorberi: cū fortior sit ad sustinendum
magnā penā in se q̄3 in corꝑe paruā. Et
contra dictā opinionē faciunt exempla:
que Greg⁹ ponit i.iiij.dial᷑.li.vbi.dicit.
Q̄ŏ quidam in purgatorio existentes in
grauibus penis petierūt adiutoriū ꝑ li/
beratione.ergo sciebāt se aliquādo libe/
randos.Insuper in omelia de diuite: ⁊
Lazaro dicit̄ ꝙ dānati supra se electos
cōsiderant vsq3 in diem iudicij.Si ergo
pena illa infernalis īproportionabiliter
grauior est q̄3 purgatoria.⁊ illa non ab/
sorbet vsum rationis dānatis qui sūt op/
pressi verme desperatiōe ⁊ culpa: quāto
magis nec ista pena absorbebit spiritus
iustoꝝ qui fortificati sunt bona consciā
⁊ spe ⁊ diuina gratia. Secūdo gaudent
aīe existētes i purgatorio ꝓpter subuen/
tionē.quādo subuenit̄ eis per suffragia
viuorū.de quib⁹ diximus in precedenti
sermone.Innotescit autē eis predicta
subuentio quadrupliciter. ¶ Primo
dīna inspiratiōe. ¶ Scd̄o angelica re
uelatiōe.vt dr̄.xiij.q.ij.c.fatēdū.¶ Ter
tio morientiū noui itimatiōe. ¶ Quarto
expientie cognitiōe:q̄r ꝑ suffragia q̄ ipē
dūt̄ eis experiūt̄ sibi diminui penā.ꝯue/
niens nāq3 est vt inotescat eis a quibus
⁊ que suffragia fiant: vt cum de purga/
torio fuerint liberate: ⁊ in gloriā Ange/
loꝝ assumpte: gratias suffragatoribus
suis impendāt: pro eis apud largissimū
miseratorē oīū deū intercedentes.Nō
eni possibile est vt igratitudo vl᷑ aliquod
qđ cūq3 vitium locum habeat in gloria
sempiterna.¶ Tertio gaudēt aīe in pur
gatorio ꝓpter sanctorū affectionē. Su/
perni quidē ciues orant ⁊ rogant dñm
Ihm xp̄m pro illis ꝓximis suis: quos
cruciari cernūt.Scd̄m.n.Boñ.i.iiij.di.
xlv.duo inducunt sanctos orare ꝑ his
qui in purgatorio sunt.Primū est coꝝ
necessitas: q̄ indigent ab alijs releuari.
Secūdū ē dei volūtas qui vult ꝙ vnū
menbrū releuet aliud. Tertiū addi pōt
s.futura iocunditas seu felicitas. scilicet
vt eorū gloria accidentalis augeat̄ cum
videant eos futuros conciues suos. Vñ
credendū est ꝙ angeli sancti semꝑ visi/
tant eos: ⁊ cōsolant̄. Propter q̄ omnia
ad prudentiam spectat dum viuimus in
hoc seculo penam quam possumus pro
peccatis nostris exoluere.Sin v̄o illam
i purgatorio dolenter luemus: vbi licet
ꝓpter rationes iam tactas aliqua letitia
aderit.nō tamen tanta erit vt Boñ.ait
quanta erit afflictio.Iō sollicite cogite/
mus q̄ ventura sūt.⁊ oculos aperiam⁹
in tempore opportuno: vt sic placemus
deū quē offendimus: impetremusq3 ab
ipso hic gratiam ⁊ in futuro seculo sem
piternam gloriam.Amen.

¶ Feria tertia quarte ebdomade: de iu
dicio curioso ⁊ temerario: propter quod
multi qui se iustos credūt: pctōres sunt
⁊ inimici altissimi dei. Sermo.xlix.

Olite iudi/
care s̄m faciem. sed iu
stum iudiciū iudicate.
Uerba sunt redempto
ris nostri originaliter
Io.vij.c.⁊ in euāgelio
hodierno.Prebuit nobis saluberrimū
documētū satisq3 necessariū saluator nr̄
dñs Ih̄s xp̄s dum dixit v̄ba in thema/
te nostro ꝓposita.qm̄ ob curiosū iudiciū
multi qui se bonos existimāt sepenume
ro mali fiūt.Scd̄m v̄o Alex.sniā3 in.iij
volumine sūme duplex est iudiciū.Unū
publicū ⁊ ordinatū: qđ quidē est actus
iustitie.Aliud v̄o vsurpatū.⁊ temerariū
quo q̄s ꝓximū suū iudicat: vel reputat
bonū aut malū.De hoc itaq3 iudicio đ
quo locut⁹ est xp̄s: ⁊ nos in p̄nti sermōe
dicem⁹.in quo triplex iudiciū subdistin
guemus declarandum.
Primū dicit̄ dubietatis.
Secundū veritatis.

Tertium temeritatis.
¶ Quod peccatū ē iudicare i deteriorē partem aliena facta q̄ nobis dubia sunt: ⁊ quare dubia sunt in meliorem partez interpretanda. Caplm̄.j.

P Rimū iudiciū vsurpatum dicit dubietatis: Cuz quis proximuz suuz ex operibus dubijs iudicat malū. Nā multa sūt opa que bene fieri possunt ⁊ male. sicut ieiunare. orare. elemosynas facere. audire missas. visitare ecclesias. ⁊ similia. in quibus si qs diffinitiue iudicaret ꝓximū talia male facere utputa ꝓpter vanam gl̄iam. aut aliquē alium malū finē: peccaret ꝑ usurpationem iudicij. Idcirco in his seruanda est regula: q̄ ponit in glo. Ro. xiiij. sup illis verbis. Qui nō manducat manducātē non iudicet. vbi dicit. Dubia sunt in meliorē partem interpretanda. Et ꝙ ita sit ꝓbari pōt tripliciter. Pmo auctoritate. Secūdo rōe. Tertio exēplo. ¶ Primo ꝓbat auctoritate. Aū. xxxiij. di. c. habuisse In rebus ambiguis absolutum nō debet esse iudicium. Et xi. q. iij. in. c. graue Graue satis est ut in re dubia certa det sentētia. Et. xxx. q. v. c. incerta. Incerta nullatenus iudicemus: quousq3 veniat dn̄s: qui latentia producat in lucem. ⁊ illuminabit abscondita tenebrarum. ⁊ manifestabit consilia cordiū. Ad hoc facit ibidem. c. nullum. ⁊. c. iudicātem. Et idem ponitur in glo. super. c. nauiganti de vsur. ⁊ in. c. ex litteris. de ꝓbationibꝰ. Ad idem est illud dictum extra de reg. iur. Estote inqt misericordes ⁊c. Hoc loco nihil aliud precipi existimo nisi ut ea facta que dubiū est quo animo fiant in meliorē ꝑtem interpretemur. ¶ Secūdo ꝓbat ꝙ dubia sūt in meliorē ꝑtez interpretanda. ratione. Et hoc tripliciter Primo propter diuinam maiestatem. Secundo propter proximi caritatem. Tertio propter propriam vtilitatem.
¶ Primo propter diuinam maiestatē. Dubiorum enim ⁊ secretorum iudiciū deꝰ sibi r̄seruat: q dixit Hier. xvij. Prauum est cor hominis ⁊ inscrutabile: qs cognoscet illud? Ego dn̄s scrutans cor ⁊ probans renes: qui do vnicuiq3 scd̄m viam suā. Et. xxxij. dis. c. erubescāt. Deꝰ secretorum cognitor ⁊ iudex est. Hinc ē quod scribit. ij. q. i. c. nomen presbyteri Diuine pietatis potestati facere viderer iniuriam: si illius iudiciū meo vellem iudicio ꝑuenire. Et. xv. q. vj. c. si ascēdentibus. Nō pn̄t humano cōdemnari examine: que deus suo reseruauit iudicio.
¶ Secunda ratio est ꝓpter proximi caritatē. Scd̄m enim Tho. ij. ij. q. xcvj. Ex hoc ipso ꝙ aliquis habet malā opinionem de aliquo absq3 sufficienti causa iniuriatur ei: ⁊ contemnit ipsum. Nullus autem debet alium contemnere absq3 cogente causa. Ideo vbi non apparent manifesta idicia de malicia alicuius: debemus ut bonū habere: in meliorē partē interpretādo quod dubium est. Et si diceret ꝙ iudiciū debet eē magis de eo qd̄ ut in pluribus accidit. s3 ut in pluribus accidit ut male agant. qa ut dicitur Ecclīastes. primo. Stultorū infinitus ē numerus. ergo dubia magis debemus interpretari in malū q̄3 in bonū. Respōdet Tho. ꝙ ille qui in meliorem partem aliorum facta interpretatur: frequentius fallitur. Sed melius est ꝙ aliquis fallatur habens bonā fidē de aliquo homie malo q̄3 rarius fallatur habens opinionem malā de aliquo bono: quia ex hoc fit iniuria alicui. nō autē ex primo. Iō Seneca li. iiij. de beneficijs ait. Sanctiꝰ est prodesse etiaz malis ꝓpter bonos q̄3 bonis obesse ꝓpter malos. Ideo lex fauet ut patiatur potius nocentem absolui: q̄3 innocentem cōdemnari. ff. de penis. l. absentem. in principio. ¶ Tertia ratio est propter propriam vtilitatem: qa sic homo euitat iudiciuz dei. scd̄m illud Luc. vj. Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini. Notandum tamen ſm Alex. in ij. volumine summe. ꝙ proximorū nostrorū facta dubia nobis pn̄t esse tripl̄r. ¶ Primo ex ignorantia principij. Nā ut dicit extra de sen. exco. c. cū volūtate

Uoluntate ac ꝓposito maleficia distin/
guũtur. Ideo nescimꝰ sepissime ex quo
principio procedant alioꝝ opa. ꝓpterea
in talibus iudiciũ curiosũ cauere debe/
mus. ¶ Secũdo põt eẽ aliquod dubiũ
ex ignorãtia medij: qa multotiens mu/
tatur volũtas. Nam multi aliqua bona
exercentes: mala intentione mutari pñt
⁊ ecõuerso. ¶ Tertio põt aliqd esse du/
biũ ex ignorãtia finis. Ideo dicit. xi. q. i
c. sacerdotibus. Nescimꝰ qs in terribili
dei iudicio qualis sit futurꝰ. Eteni Pau
lus egregiꝰ ꝑdicator dicit. Nolite ante
tempꝰ iudicare quoadusqꝫ veniat dñs.
¶ Tertio ꝓbat ꝙ dubia sint i meliorẽ
ptẽ trãsferenda exẽplo. Legimꝰ nãqꝫ ꝙ
sanctus frater Leo socius bti Francisci
dum infirmaretur i loco scẽ Marie de
angelis vidit in visione multitudinem
fratrũ processionaliter incedẽtiũ. Inter
quos vidit vnũ a cuius oculis radij ꝓce
debãt lucidissimi: ⁊ q̃rens ab vno illorũ
quis esset ille cuius oculi ita splẽdebant
audiuit ꝙ erat frater Berñ. de quinta/
ualle primus socius beati Francisci. qui
semp de his que videbat in alijs: in me/
lius iudicabat. Quando enim videbat
aliquos male indutos dicebat. Isti me/
lius seruãt pauptatẽ: q̃ꝫ tu frater Berñ.
Cum vͦo inspiciebat diuites ꝓciosa in/
dumenta deferẽtes cordis compũctiõe
dicebat. Forsan illi sub vestibꝰ delicatis
humiliores sunt q̃ꝫ tu frater Berñ. Ac
p hunc modũ sp in dubijs bene de alijs
sentiebat. His vͦo dictis visio disparuit
¶ Qꝺ nõ peccat qui manifesta dãnat
mala: ⁊ iudicat. ⁊ qualiter ꝓximoꝝ pctã
nõ sũt curiose exploranda. Capl'm. ij.

S Ecundũ iudiciũ dicit veritatis
Ipsũ autẽ est cum quis de ma/
nifestis: aut virtutibus: aut vi/
tijs ꝓximi sui recte sentit. De q̃ Dauid i
ꝑs ait. Recte iudicate filij hominũ. Et
Ar. i. ethi. Unusqsqꝫ bene iudicat: que
bene cognoscit. Et de regu. iur. c. Estote
misericordes. Quod eni scriptũ est. Ex
fructibus eoꝝ cognoscetis eos. de ma/
nifestis dictũ est. que non pñt bono aĩo
fieri. ut stuprũ: blasfemie: furta: ebrieta/
tes ⁊ similia. de quibus nobis pmittitur
iudicare. Et. xi. q. 3. c. Si quis dixerit in/
iustum iustũ: ⁊ iustũ iniustũ. vterqꝫ ab/
hominabilis ẽ apud deũ. Et ibidẽ in. c
si qs hoiem. ⁊ i. c. ve vobis. inducit illud
Ysa. v. Ue vobis qui dicitis bonũ malũ
⁊ malũ bonũ: ponentes tenebras lucem
⁊ lucem tenebras. Uerũtamẽ aliud est
aliena facta subtiliter ⁊ curiose iquirere
⁊ inuestigare: aliud eo ꝙ manifesta sunt
⁊ mala illa condẽnare. Primũ vitiũ ẽ
⁊ reprehẽsibile. ꝓpterea Berñ. ait. No/
li eẽ aliene vite aut temerariꝰ iudex: aut
curiosus explorator. Secundum vero ⁊
si nõ sit malũ. tamen ita faciendũ est. ut
ꝓximo peccatori cuius peccata sunt ma
nifesta compassio habeat. Nam multi
repiuntur qui magis aliena facta q̃ꝫ sua
iudicare contendũt. De quibꝰ dic̃ Señ.
li. ij. de ira. Aliena vitia ante oculos ha/
bemus: a tergo nostra. Et Marcialis
cocus. Ad fratris culpam aquile tu lu/
mina portas. Ad propriam vͦo nulla: ut
ceca geris. Et Crisoꝰ in li de cõpũctiõe
In alienis delictis seueri ⁊ amarissimi
iudices residemus: nostras autẽ trabes
oculis infixas ꝓprijs nõ videmus. Sꝫ
ut inquit Tullius li. 3. q. tuscu. Proprie
stulticie est alioꝝ vitia cernere suorum
obliuisci. Ideo saluator noster Math
vij. c. ait. Quid vides festucam in oculo
fratris tui: ⁊ trabem in oculo tuo nõ vi/
des? Aut quõ dicis fratri tuo: Sine eij/
ciam festucam de oculo tuo. ⁊ ecce tra/
bes est in oculo tuo? Hypocrita. Eijce
primũ trabem de oculo tuo: ⁊ tũc videb
eijcere festucã de oculo fratris tui. Ex
hoc visitatũ ꝓuerbiũ est. Tollet festucã
si uis de fratris ocello. Que tua contur/
bat luia tolle trabẽ. Et Gregꝰ i moral'.
dicit illud qꝺ ponit. 3. q. vij. c. q sine pec/
cato. Qui sine peccato est vestrũ ꝑmus
in illã lapidẽ mittat. Ad aliena quippe
pctã punienda ibant ⁊ sua reliquerant
Reuocentur itaqꝫ intus ad cõsciam: ut
prius ꝓpria corrigant: ⁊ tunc aliena re/
prehendãt. Est ad hoc ꝓpositũ illud qꝺ

scribit.iij.q.vij.c.iudicet.τ.c.i grauibus
τ.c.postulat⁹.τ.c.sacerdos. Solent aūt
hoc vitio multū infici laici τ seculares:
q subtiliter perscrutari querūt sacerdo/
tū τ religiosoru3 vitam. Et si peccatum
aliqd veniale in eis viderint. damnant
illos: spernūt doctrinā: cōtemnūt ipsoꝝ
officia τ orationes. reputant ipsos ma/
los: ac apto ore vbiq3 crudeliter detra/
hunt: nec cogitant quot impietatibus
ipsi sūt inuoluti: quot piurijs: blasphe/
mijs: vsuris furtis: rapinis: fornicatio/
nibus: adulterijs: sodomijs: atq3 similibus
Pro qbus.i.q.i.in.c.multi. Grego.ait
Multi seculariū hoīu3 cum plus sacer
dotū vitam q3 suā discutiunt in magnū
ꝯtemptionis diuinoꝝ sacroꝝ crimē in/
currūt. Magna eni3 trabe vulneratos
oculos habentes: eamq3 negligētes: fe/
stucā tenuem in alioꝝ oculis ꝯspiciunt:
qua3 dum incaute auellere festinant: in
erroris fouea3 dilabūt. hec ille. Idcirco
salubre est documentum fructuosumq3
vt quilibet suis defectibus se accuset: τ
humiliet. nō aūt alioꝝ pctā presūptuose
preiudicet. Unde btūs Franciscus dixit
in regula de fratribus suis. Quos mo/
neo τ exhortor ne despiciant neq3 iudi/
cent homines quos viderint mollibus
vestimētis τ coloratis indutos: vti cibis
τ potibus delicatis. s3 magis vnusq̄sq3
iudicet: τ despiciat semetipsum.

¶ Qd temerariu3 est iudicare de ꝓxio
malū p quodcūq3 signū: nisi esset signū
violentum. Capl'm.iij.

Ertiū iudicium quo qs alium
t indicat dicit temeritatis. Et est
cum qs male sentit de proximo
suo diffinitiue propter aliqd indeficiens
signu3 suspitionis. de quo fit mentio.ij.
q.i.c.multi.τ.ij.q.iij.c.temerarium. No
tandū tamen fm Alex. ꝙ triplex est su/
spicio: fm quam quis pōt malū de pro/
ximo suo presumere. Prima dicit vio/
lenta. Secunda leuis. Tertia temeraria
¶ Prima dicit violenta suspicio.s. cū
apparent omnia signa mali: τ nulla bo
ni. τ si adulter habitaret cum adultera
de quibus τ si nō videat quid faciat. tn̄
ꝓpter hui⁹ signū cohabitationis iudica/
re illos nō est peccatū. Propter talia iu
dicauit Salomon de filio illius mere/
tricis ꝙ alia meretrix illa dormiente ab
stulisset. de quibus dicit.ij. Reg.iij. τ ex/
tra de presum.in.c.afferte. Nam cū di/
xisset Salomon. Afferte mihi gladiū τ
diuidite infantē viuū τ date dimidiam
partem vni. τ dimidiam alteri: qd non
dixit diffiniendo. sed potius temptando
τ inquirendo veritatē. vt dicit glo.super
dicto.c.afferte. Clamauit mulier cuius
fili⁹ erat viu⁹ ad regem: Commota sūt
quippe viscera ei⁹ sup filio suo. Obsecro
domine date illi infantem viuū: τ nō oc
cidat. E conuerso illa dicebat. Nec mi/
hi nec tibi: sed diuidat. Rn̄dit rex. τ ait.
Date huic infantē viuū: τ non occidat.
hec ē enim mater ei⁹. ¶ Secūda suspi
cio dicit leuis: qn̄ sūt leuia signa mali:
τ fortia ac plura boni: vt si mulier loq̄/
tur cum aliquo viro religioso honeste τ
in honesto loco ac condecenti: τ similia
τ sic iudicare malū peccatū est. Scien/
dū tamen fm Tho. vbi supra. ꝙ aliud
est ex huiusmodi signis dubitare de ma
lo proximi. aliud illud affirmare. Pri/
mū pertinet ad humanam temptationē
sine q̄ non ducit ista vita. fm illud apl'i
i. Cor.x. Temptatio vos non apprehen
dat nisi hūana. Affirmare vo τ existi/
mare pro his signis malū de ꝓxio suo
pctm̄ ē. Unde Aug. super illd.i. Cor.iiij.
Nolite ante temp⁹ τc. ait. Et si suspitio/
nes vitare non possum⁹: qr hoies sum⁹
iudicia tamē.i. diffinitiuas sn̄ias ꝯtinere
debem⁹. Notandū adhuc fm prefatu3
doctorem ꝙ suspitio de malo alteri⁹ pōt
tripliciter ꝓuenire. Primo ex longa ex/
perientia. Unde Arist.ij.li. Ethi. dicit ꝙ
senes sūt maxime suspiciosi eo ꝙ mul/
totiens expti sūt aliorū defect⁹. Senes
enim inqt cacoges sūt. Est eni cacogia
in deterius existimare oīa. Secundo ꝓ/
uenit talis suspicio mali ex eo ꝙ aliqs
male efficit ad alterū. Cū enim qs aliū
contemnit vel odit: facile opinat malū

de ipso: qa vnusqsq facile credit qđ appetit. ¶ Tertio ꝓuenit suspicio mali ex hoc ꝙ aliqs in seipso malus est. ex q̊ cõsci⁹ sue malicie faciliter malum de alijs opinat. ꝓpterea sapiēs Eccl'iastes. x. c. ait Stult⁹ in via sua ambulās: cū ipse sit insipiēs: oēs stultos existimat. Et Seneca in li. de moribus. Hoc habet ois affect⁹ vt in quo ipse insanit: ceteros putet insanire. Tertia suspitio dicit temeraria cuz qs omnia bona in malam partem trahit. Unde Criso. in quodam sermone ait. Sunt qdam peruersi qui de omnibus male iudicāt. Dicūt enim si quis studet τ humilitati vacat hypocrita est Si recreationi gulosus est. Si societati secularis est. Si simplicitati fatuus est Si aliorū correctioni ꝑsumptuosus est Si silentio τ paci simulator est. hec ille Quis ergo explicet ꝗ̄z multos lucretur diabolus ꝓpter temeraria τ presūptuosa iudicia: In quib⁹ tanto maius periculū īminet: quāto minoris culpe eē credūt. Euitem⁹ itaqz illa ꝗ̄ztū possum⁹: vt sic vere penitentiam agētes assequamur h̄ in seculo dei gratiā. τ in futuro sempiternam gloriam: in qua viuit gloriosus deus per infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria quarta quarte ebdomade in q̄dragesima. de sacratissimis idulgentijs τ relaxationib⁹: quas facit eccl'ia in remissionē pene peccatoꝝ. Sermo. l.

V Enit nox quādo nemo potest operari. Redemptoris nostri v̄ba sūt ista originaliter Joan. ix. c. τ in euangelio hodierno Ostensum est in superiori sermone ꝗ̄z grauis erit ꝗ̄zue timenda purgatoria pena: que seruat his qui in hac vita pro suis peccatis satisfacere negligunt. Et qm̄ pleriqz excusare se possent. d. vires aut temp⁹ illis ad satisfaciendū nō sufficere Idcirco clemētissime prouidit dñs nr̄ ih̄s xp̄s cõcedens thesaurū ecclesie ministris suis ꝓ loco τ tpe pctōrib⁹ dispensandū. Fiunt nāqz in eccl'ia ꝑ prelatos τ superiores relaxationes τ indulgentie in quibus q faciūt quod debent: peccatoꝝ suoꝝ remissionē lucrant. Ut aūt hoc clarius ītelligat: statui hodierna die de indulgentijs v̄ba facere vt penitētes peccatores intelligentes illaꝝ virtutez inuigilent cum studio eas acquirere. non expectantes noctem mortis τ purgatorie pene: quādo ampli⁹ nō poterūt operari De ipsis ergo indulgentijs tria mysteria ꝑncipalia ꝓponimus declaranda.

Primū dicit diffinitio.
Secundū concessio.
Tertiū fructificatio.

¶ Quid sit indulgentia. τ qualiter prodest i foro dei ad diminutionē pene purgatorie: τ de clauib⁹ a xp̄o collatis sacerdotib⁹. Capl'm. i.

P Rimū mysteriū de indulgētijs declarādū dicit diffinitio. in q̊ quid sit indulgētia videamus. Et rñdet Fran. de mar. in tractatu de indulgentijs ꝙ indulgentia est remissio peccatoꝝ. Qđ intelligēdū ē de remissione pene tp̄alis: ad quam peccator remanet obligat⁹ post remissionez culpe τ pene eterne. Ipsa nanqz pena τ culpa eterna remittūt in contritione cū pctōr iustificat. Et qa vt tactū est sermōe septimo hui⁹ op̄is. c. i. licet in baptismo ois pena q̄ ꝓ peccato debet: penit⁹ relaxet merito passiōis xp̄i: tamē cū homo peccata iterat reddit se indignū tāto bñficio. Ideo in ꝯtritiōe nisi esset multū feruentissima nō remittit ei tota pena. sed minorat vt dicit mgr̄ sen. dist. xix. tertij. ꝗ̄ztū decet τ expedit salua diuina iustitia. Remanet itaqz vt in plurib⁹ obligat⁹ pctōr ad temporaliter satisfaciendū penāqz tp̄alē exoluēdā. Hanc v̄o taxare habz sacerdos in ꝯfessione: q vt dictū est in sermone ꝓ arbitrio pnias pōt iniūgere. Et quia raro contingit vt qs totā penā tp̄alē debitā excipe possit τ adimplere. ideo q eam in

hac vita nõ soluũt in purgatorio acriter
punient. Sed cũ qs facit illud pro quo
indulgentie concedũt a dicta pena libe/
rat plus ⁊ min⁹ ẜm indulgẽtie q̃litatez.
Notandũ tñ ẜm Ric. ⁊ Boñ. di. xx. q̃r/
ti. ꝙ fuerũt qdaz q voluerunt distingue
re foꝝ dei ⁊ foꝝ ecclesie. Et hi dixerũt in
dulgentias valere q̃tũ ad foꝝ ecclesie
non q̃tũ ad foꝝ dei. Ratio aũt ipsoruz
erat. q: nullus inferior põt absoluere a
pena ad quã ligat superior. Sed de⁹ re/
mittendo culpam ligat ad aliquã penaz
tp̄alem. ergo videt ꝙ nullus possit de il
la aliqd dimittere. Et ꝑpterea dicũt in/
dulgentias valere in foro ecclesie: remit
tendo penas taxatas a iure vel a iudice.
nõ tñ aliqd remittendo de pena taxata
a deo. Verũtamẽ ista opinio satis impia
est ⁊ cõtraria rõni. q: si sic esset. tũc eccle
sia absoluendo a penis satisfactorijs trã
smutaret ad penas purgatorij: ⁊ ad gra/
uiora supplicia. Jdõ simpliciter dicendũ
est ꝙ relaxatio satisfactionis q̃ fit in in/
dulgentijs valet etiam in foro dei. q: de
us hz ꝓ cõdonato qḋ sic ꝯdonat. Mo
dus aũt intelligendi q̃liter fieri potest ta
lis est. Presupponendũ nãq3 est ꝙ bo
nũ obtinem⁹ ex triplici merito. s. ex me/
rito ꝓprio. ⁊ ex merito capitis. ⁊ ex meri
to ecclesiastice vnitatis. Et ꝙ ita fit in se
manifestũ est. q: qlibet meret sibi ꝑ gra
tiam quaz habet. Qḋ xp̄s meruerit no/
bis nemo dubitat: nisi q fide caret. Qḋ
ecclia mereat nobis ⁊ eius merita patẽt
ꝑ ṽba Aug. d. in li. de pnia. Credẽdũ ẽ
ꝙ oẽs orões ⁊ elemosyne ecclie. ⁊ opa
iustitie succurrũt recognoscẽti mortalita
tem suam. per hũc modũ: sicut triplex ẽ
meritũ obtinendi bonũ: sic ⁊ meritum
liberandi a malo. Meritum. s. propriũ.
Et hoc est meritũ nostre cõtritiõis. ⁊ ꝑ
hoc meremur liberari a pena eterna: ita
ꝙ simul sũt h̃ duo: sicut in angelis gr̃a
⁊ glia. Scḋo est meritũ xp̄i. ⁊ hoc ope/
rat in sacr̃is ⁊ ptãte clauiũ. ⁊ per hoc re/
mittit pars pene. Tertio est meritũ ec/
cliastice vnitatis. ⁊ ꝑ illud adhuc fit re/
missio. Et sic ẜm triplex meritũ fit tri/
plex pene cõdonatio: vt sic currat mise/
ricordia cũ iustitia. ⁊ in q̃libet est muta/
tio maioris in min⁹. Vñ pena eterna ꝑ/
mo mutat in tp̄alem cũ remittit culpa.
Scḋo tp̄alis magna ⁊ supra vires com
mutat in penaz competẽtem viribus in
sacerdotis absolutiõe. ⁊ quod residuum
est reseruat in purgatorio. Tertio ṽo pe
na illa: ad quam qs tenet mutat in mi/
norem in indulgẽtijs. Hoc aũt potest fa
cer̃ ecclesia ex diuia auctoritate. Thesau
rũ enim meritoꝝ. s. xp̄i martyrum con/
fessoꝝ ac virginum recõmẽdauit ecclie
dispẽsandum. cũ ecclesie in ꝑlatis tradi
dit claues regni celoꝝ. Et per hoc solui
potest ratio eoꝝ q dicunt ꝙ inferior nõ
potest absoluere a pena imposita a supio
re. Nam lz non possit auctoritate ꝓpria
potest tñ auctoritate ipsius supioris. Vl'
põt dici ꝙ prelatus dans indulgentias
nõ absoluit oio cõdonãdo: sed soluẽdo
de thesauro ecclesie. Sed aliquis posset
obijcere ꝙ ecclesie nõ sunt date claues
q: claues aut sunt ad claudẽdum: aut ad
aperiendum. Sed dicit Apoc. iij. Xp̄s
aperit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊ nemo
aperit. ergo ecclie nõ sunt date claues.
Verũtñ in ꝯtrariũ est qḋ xp̄s dixit Pe
tro Math. xvi. Tibi dabo claues regni
celorum. Ex qbus verbis patet ꝙ me/
diante Petro ecclesia claues accepit.
Qḋ no. xxiiij. q. i. c. manet. c. quodcũq3.
c. omnibus cõsideratis. Respõdet ergo
Ric. di. xviij. quarti. ꝙ claues regni ce/
loꝝ date sunt ecclie. Et accipiũtur h̃ cla/
ues ad similitudinẽ clauiũ materialiuz
ꝑ quas hostiũ claudit ⁊ aperit. Claues
enim ecclesie sunt quedam potestas da/
ta ecclesie in prelatis suis ad aperiẽdũ ⁊
ad claudendũ hoibus regnũ celorum:
quod claudit homini ꝑ pctm̃ vel ꝑ obli
gationẽ ad penã pro pctõ. ⁊ aperit ꝑ re/
motionem vtriusq3. Est aũt potestas tri
plex aperiẽdi celũ ⁊ claudẽdi ¶ Pria
est auctoritas q̃ est in solo deo: q solus
apit effectiue ꝑ ĩfusionẽ gr̃e: claudit per
missiue ꝑmittẽdo iusto iudicio hominẽ
ruere in pctm̃ gratiam non conferendo

¶ Secunda est clauis excellentie q̄ est in xp̄o ratione humane nature: qui celū aperit per meritū passionis sue. ⁊ claudit ꝑ ptātem iudicialem sibi traditam.

¶ Tertia est clauis ministerij. s. in prelatis ecclie: qui celū aperiūt ministrando sacramenta: que operant̄ in merito passionis xp̄i ⁊ virtute. ¶ Ad auctoritatez ergo Apoc. dicendū ꝙ clausura regni celorū potest tripliciter accipi. vel pro illa qua erat clausum generi humano ꝓpter peccatū primorū parentū. vel pro illa qua claudet̄ omnibus reprobis in iudicio ꝑ sniam diffinitiuam. vel pro illa qua claudit̄ interim homini ꝑ culpaz ⁊ penam remittendas. Prima clausura fuit vniuersalis ⁊ nō ꝑpetua. ⁊ hāc xp̄us apuit merito passiōis sue. Et de hac dr̄ apit ⁊ nemo claudit. Alia silr̄ clausura erit ꝑpetua de qua Math. xxv. Clausa est ianua. ⁊ de hac dr̄: claudit ⁊ nemo aperit. Alia clausura est particularis: ⁊ non ꝑpetua. ⁊ hāc p̄lati ecclesie pn̄t ministerialiter aperire. Propterea n̄ mediocriter errant hi qui dicūt indulgentias nō valere. cū tota ecclia rōnabiliter ꝯriū asserat ⁊ affirmet.

¶ De auctoritate ꝯcedēdi⁹ idulgētias ⁊ illaꝝ varia ꝯcessione: ⁊ de causis ꝓ qb⁹ concedunt̄. Capl'm. ij.

Secūduz mysteriū de indulgentijs declarandū dicit̄ concessio in q̊ de ipsaꝝ concessiōe tria cōsiderem⁹. ¶ Prio auctoritatē. ¶ Secūdo varietatē. ¶ Tertio causalitatem.

¶ Prio ꝯsiderem⁹ auctoritatē qs. s. hz auctoritatē idulgentias ꝯcedēdi. Et rn̄dent doc. s. Bon̄. ⁊ Ric. vbi. s̄. ꝙ illi soli possūt indulgentias dare: qb⁹ dispensatio thesauri ecclesie commissa est. ⁊ ſm mensurā cōmissionis sue. Et qꝛ xp̄i vicario cōmissa est plenitudo potestatis ab ipso xp̄o. vt patet extra de peni. ⁊ re. c. cū ex eo. Ideo potest dare indulgentias ꝑ totam ecclesiā militantem: ⁊ tantas quātas sibi dare placuerit si adsit rōnabilis causa. Alij aūt habent tantū de hac potestate quantū eis a xp̄i vicario concessum est. Ipse aūt ꝑ ius cōmune hoc nō cōcessit nisi episcopis. uel electis i ep̄os ⁊ suis legatis. Et ideo nulli alij pn̄t indulgentias dare: nisi ex speciali cōmissione. nec pn̄t legati dare indulgentias nisi in prouincia sua. nec ep̄i nisi in suo ep̄atu. Archiep̄i tamē possūt eas dare in ep̄atibus suffraganeorū suorū. vt pȝ extra de pe. ⁊ re. c. nostros. in textu. ⁊ in glo. Isti tamen in dedicatione basilice siue dedicet̄ ab vno siue a pluribus non debēt extendere indulgentias vltra ānū nec in anniuersario dedicationis vltra xxx. dies. Limitata ē eni eis ptās a papa: ne ꝑ imoderatas remissiōes claues ecclesie ꝯtemnerēt̄: ⁊ pn̄ialis satisfactio eneruaret̄. extra de pe. ⁊ re. c. cum ex eo. Et si diceret̄ ꝙ omnis sacerdos habet claues. ergo potest indulgentias concedere. Respondet Bon̄. ꝙ clauis non ē tota rō virtutꝪ indulgentias faciendi: sed potestas clauis cum iurisdictione ⁊ auctoritate thesauri dispensandi: q̄ ordinarie solis competit ep̄is ⁊ sacerdotibus si eis ab episcopis cōmittat̄. ¶ Secūdo cōsideremus circa cōcessiones indulgentiarū varietatē. Scd̄m eni ꝙ apparet ex vsu ecclesie solēt indulgentie variari tripliciter. Concedunt̄ nanqꝫ aut ſm numerū dierū uel annorū. aut ſm partē pctōꝝ. aut ſm plenariā remissionem. Quādo concedunt̄ ſm numerum dierū uel annoꝝ. utputa qa dant̄ centū dies uel centū anni de indulgentia. tūc qui illā lucrant̄ absoluunt a pn̄ia quam facere debuissent ꝓ peccatis suis ꝑ cētū dies: uel ꝑ centū annos: siue i hac vita siue in purgatorio. Quando v̊o ꝯcedūt̄ indulgentie ſm partē peccatoꝝ. utputa quia concedit̄ tertie uel quarte partis remissio peccatoꝝ. tunc qui illas lucrant̄ absoluūt̄ a pena quā tenebāt̄ exoluere ꝓ illa pte: siue illa pena sit centū annoꝝ siue mille: siue plurium. Quādo autem concedunt̄ indulgentie ſm plenariam remissionez. tūc qui illas lucrant̄: absoluuntur ab oi pena: ita ꝙ si tunc ex hac vita decederēt: statim ad celū euolarent

⁊ inter ciues celi nullo obstaculo impe/
diti collocarent. ¶ Tertio ɔsideremus
circa concessionem indulgentiaꝝ causa
litatem. pro qua causa concedi possunt
⁊ debent indulgentie. Et rn̄det Bon̄. ꝙ
sicut videmus in polliticis ⁊ coītatibus
humāis: ꝙ thesaurus reipublice ꝓpter
duo maxime consueuit ꝓferri ⁊ coīcari
exterius: Sic in spiritualibus est intelli
gendū. Profert nanqꝫ thesaurus extra
ꝓpter gloriam principis: sicut faciunt
reges curiales. quemadmodū fecit rex
Assuerus ut habet Hester. i. c. Alio mō
ꝓpter vtilitatē cōmunitatis siue necessi
tatem. Unde qn̄ ledit cōmunitas ꝓfe/
runtur stipendia ⁊ donatiua militibus
ut eant ad pugnā: Sic thesaurus eccl'ie
ab his qui habent dispensare duplici ex
causa debet aperiri. s. ꝓpter gloriā prin/
cipis ⁊ laudem. Laus v̄o ⁊ honor dei ē
in sanctis suis. Et sancti honorāt in con
structiōe basilicarū. visitatione earun/
dem. cōmemoratiōe virtutuꝫ suarū. Et
idem fit predicationibus ⁊ sermonibus
Ideo pro his omnibus indulgentie re/
cte fiunt. Cōmunis aūt vtilitas est de/
fensio terre sancte: defensio fidei: ꝓmo
tio studij. ⁊ ɔsimilia: ꝑ qb' adhuc recte
indulgentie ɔcedunt. Et si diceretur ꝙ
non licet dare spiritualia ꝓ tēporalibus
quia illud esset symoniacū. Sed in istis
īdulgentijs dant spiritualia ꝓ tp̄alibus
s. remissio pene ꝓ pecunijs ⁊ aliis rebus
loco elemosyne oblatis. ergo videtur ꝙ
nō licet cōcedere hi' indulgētias. Re/
spondet Ric. ⁊ Bon̄. ꝙ nō dāt spūalia
ꝓ tp̄alibus nisi per accidens. Cum eniꝫ
dant indulgentie ꝓ ecclesijs uel hospi/
talibus cōstruendis: nō dātur ut in illis
temporalibus sistatur: sꝫ ꝓpter vtilitatē
spiritualem consequentē. Unde nō dāt
pro tp̄alibus nisi inqꝫtum ordinātur ad
spiritualia. Ideo quando prelatus dat
indulgentiā. nō dat eam pro elemosyna
exteriori nō considerans datū sꝫ fructū
videlꝫ quia ex radice bone voluntatis
procedit.

¶ De fructu īdulgentie respectu existē
tium in mortali: ⁊ eoruꝫ qui sunt in pur/
gatorio: ⁊ illorum qui post illarum ac/
quisitionem erunt propter alia peccata
damnandi. Caplm. iij.

Ertiū mysteriū de indulgentijs
declarandū dicit fructificatio:
in q̊ de fructu indulgentie circa
tria p̄cipue dubitat. Primo vtrū īdul/
gētie ꝓsint existētib' ī mortali pctō. Se
cūdo vtrū ꝓsint his q̄ sūt in purgatorio
Tertio vtrū ꝓsint his qui illas lucrant ⁊
postea ꝓpter alia sua peccata damnant
ad infernū. ¶ Ad primū dubiuꝫ rn̄det
Ric. ꝙ nō potest fieri remissio pene ma
nente culpa. Et iō cū ꝑ indulgentias nō
remittat culpa existētibus ī mortali pec/
cato: nō remittit eis ꝑ indulgentiā ali/
quid de pena. Si tamē aliquis existens
in mortali peccato: facit illud qđ ɔtinet
in forma indulgentie: prudenter facit:
q̄a bona facta in pctō mortali aliq̊ mō
peccatorē disponunt de congruo ad pe/
nitentiā: ⁊ illa mediante ad susceptionē
remissionis pctōꝝ ꝑ diuinā misericor/
diaꝫ. hec Ric. Bon̄. v̄o dicit ꝙ ad hoc
ut indulgentie valeant requirit duplex
conditio ex parte dantis. s. ptās uel au/
ctoritas: de qua supra dictū est: Et ho/
nesta ac rationabilis cā. Unde non esset
credenda indulgentia alicuius valoris
si q̄s daret eam euntibus videre tornea
menta. Similiter ex p̄te accipientis du
plex conditio requritur. s. confessio cum
vera contritione. ⁊ fides cū vera deuo/
tione: ut vere de peccatis sit penitens. ⁊
vere confidens ꝙ pastoris indulgentia
sibi valeat. ¶ Secūdo cōtingit dubita
re vtꝝ indulgentie valeāt his q̄ sūt ī pur
gatorio. Et q̄busdā visuꝫ est ꝙ sic. ⁊ ar/
guunt ꝙ omnes aīe scē aut sunt de ec/
clesia triumphāte: aut militante. Sꝫ aīe
existentes in purgatorio scē sūt. nec sūt
de ecclesia triumphāte: q̄a in ea nulla ē
pena. ergo sūt de eccl'ia militāte. Sed oī
b' habētib' grām ī eccl'ia militāte ꝓsūt
indulgentie. ergo ꝓsūt illis q̄ sūt in pur/
gatorio. Alij v̄o tenēt ɔ̄riū. quia ut scri/
bitur de pe. dis. i. c. si cui. §. alij econtra

Dñs par ius soluendi voluit esse ꝛ ligan
di. Si plati eccłie nó pñt ligare illos q
sunt in purgatorio. ergo nec eos soluere.
Quod verꝫ non esset si illis ꝑdessent in/
dulgentie. Rñdet Ric. ꝙ indulgentie
nó ꝑsunt illis q nó sunt de iurisdictióe
illius q eas cócessit. vt pȝ extra de pe. ꝛ
re. c. ꝙ aũt. Nec illis q ñ faciũt illud ꝓ
quo dantur indulgentie: q̃uis volunta
tem habeant faciendi. Nã licet non po/
tenti opari voluntas reputetur pro facto
q̃tum ad pmiũ essentiale. nó tamẽ hoc
est verꝫ q̃tũ ad quodlibet pmiũ accidẽ
tale. Unde nec pro facto reputaẗ q̃tum
ad remissioné pene p indulgẽtias obti/
nẽde. Illi aũt q sunt in purgatorio non
sunt sub iurisdictióe platorum ecclesie:
qđ satis datur itelligi: cũ dixit dñs Pe
tro. Quodcũqꝫ solueris sup terram ꝛc.
ꝯcedẽdo ei ptãtem sup eos tñ qui sunt
viuẽtes in hac mortali vita. Non possũt
etiam hi q sũt in purgatorio facere illud
pro quo daẗ idulgẽtia. idcirco indulgen
tie eis nó ꝑsunt directe. Indirecte tam̃
eis ꝑsunt inq̃tum existẽtes in hac vita
faciũt pro eis illud quod cõtineẗ i forma
indulgẽtie. maxime si dentur indulgen/
tie sub hac forma. Quicũqꝫ fecerit hoc
vel illud pro se vel pro patre suo defũcto
vel alia psona i purgatorio existente: da
mus tot dies indulgẽtie. Et sic etiam ƀȝ
cóem opinionem doctorꝫ ꝑsunt p mo/
dum suffragij: ꝛ nó per modũ idulgen/
tie. ¶ Ad argumẽtũ ꝟo factũ ꝓ opposi
tióe ꝯtraria dicit Ric. ꝙ illi q sunt i pur
gatorio: cũ ecclesia militante quodãmo/
do coicãt in pena. ꝛ cũ triũphante cum
impossibilitate peccãdi. cũ vtraqꝫ in cari
tate. Et ideo qꝛ cóiũcti sunt cũ militante
ecclesia p caritatẽ ꝛ maxime auxilio in/
digent. qꝛ nó sunt in statu in quo possint
flagellare ⁊ affligere ꝓpriū subiectum. Propterea Isidor⁹ in libro differētiaꝝ ait. Inuidus aio medullit⁹ estuans a semetipso liuoris ꝓprij: semꝑ exigit penas Et Hiero. ad Asellam de fictis amicis exclamat. d. O inuidia primuȝ tui mordax. Et Socrates dicebat Utinam inuidi in oībus ciuitatib⁹ oculos ⁊ aures haberēt. vt de omnibus ꝓfectibus torquerentur. Quot enim sunt hoīnm feliciuȝ gaudia: tot sunt inuidorum gemitus. Et Oratius. Inuidia siculi nō inuenere tyranni Maius tormentū. ¶ Secūda mala conditio inuidie dicitur. caritatiua oppositio. Opponit siquideȝ caritati ꝓximi. Illā tamē caritatē docent nos sācti ⁊ ipse sanctus sanctorū xp̄s. Jesus. Un̄ Paulus. i. Cor. xiiij. ait. Sectamini caritatē. Et. xvi. c. ait. Omnia opa vr̄a fiāt in caritate. Et Eph. iij. c. In caritate radicati ⁊ fundati. Et. iiij. c. In caritate crescamus. Et. v. c. Estote imitatores dei sicut filij carissimi. ⁊ ambulate in dilectione sicut ⁊ Xp̄us dilexit nos. Et ad Col. iij. c. Super omnia caritatem habentes Et Joh. i. cano. iij. c. Qui non diligit fratrem suum in tenebris manet. Et xp̄us Jesus Joh. xiij. Mādatū nouū do vob vt diligatis īuicem. Et. xiij. c. In hoc cognoscent omnes ga mei discipuli estis: si dilectionē habueritis ad inuicem. Aduertenter igitur spirituales considerent hi qui ꝑ pniam se affligunt: cogitent religiosi qui seculū derelinquūt vt deo seruiant: q̄ʒtū maluȝ sit inuidia: que cū caritate stare nō potest. Ipsa equideȝ sola venenū est cuiuscūq̄ʒ alterius boni. ga vt inquit Aug. suꝑ Joh. Dilectio sola discernit iter filios dei. ⁊ filios diaboli. Signent se omnes signo crucis. baptiçentur. omnes cantent alleluia. intrent ecclesias. impleant parietes basilicarum nō discernuntur filij dei a filijs diaboli nisi caritate. Magnum indicium. magna discretio. Quicqd vis habeas: si nō habes caritateȝ nihil habes. Alias v̄tutes si nō habes: hanc habe ⁊ legeȝ impleſti hec Aug. ¶ Tertia mala cōditio inuidie dicitur diabolica assimilatio. Ipsa siquideȝ assimilat homines malignis spiritibus. Naȝ quid aliud est alterius inuidere felicitati q̄ʒ diaboli officium exercere? Ideo xp̄s inuidis ph̄ eis. Joh. viij. c. ait. Vos ex pr̄e diabolo estis. Nos vero curemus esse filij dei: omnem inuidiā a cordibus nostris expellentes: vt sic valeamus in hoc seculo acqrere dei gr̄am ⁊ in futuro sempiternaȝ gloriam: in qua viuit ⁊ regnat ipse benedictus deus per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria tertia quinte ebdomade in quadragesima. de pctō detractionis: a q̊ abstinere debent qui veram pniam deoq̄ʒ acceptam agere volunt. Sermo. lvij.

Uidaȝ enī dicebant: ga bon⁹ est: alij autē non: sʒ seducit turbas. Scribūtur hec v̄ba Joh. vij. c ⁊ i euāgelio hodierno. Loqt vnusq̄sq̄ʒ de alt̄o f̄m q̄ ei afficit: ita q̄ qui diligit non saturatur laudibus: Qui vero inuidet aut odit: libent̄ detrahit ⁊ vituꝑat. ꝓpterea ph̄ei inuidētes xp̄o sequacesq̄ʒ sui causa detractionū morsibus lacerabant Nec potuit pijssim⁹ Jesus vitare oblocutoꝝ dentes: quinimo vt pʒ in hodierno euāgelio publice a multis accusat⁹ est. ⁊ nominatus pctōr ⁊ malus. Ista nāq̄ʒ solet esse pessima inuidorū ꝯditio: vt omnia in malā partē interpretent̄ ⁊ trahant: ac de omnibus male dicant. Uenit inquit xp̄s Luc. vij. Johēs baptista nō māducans nec bibens. ⁊ dicunt demoniū hēt Uenit filius hominis manducans ⁊ bibens: ⁊ dicunt potator vini est. Cum v̄o detractio apud q̄ʒplures minimū pctm̄ esse reputet̄. Ideo in hoc sermōe de ipa aliqd disseramus oñdētes q̄ʒtū expediat penitentibus a tali vitio penit⁹ abstinere de quo tria mysteria principalia erunt declaranda.

Primum dicitur malignatio.

Secundum modificatio.

¶ Qđ maligna sit đtractio.tū respectu
ꝯtrarietatis. tum respectu gnālitatis tuz
ēt respectu crudelitatꝭ. Capl'm.i.

P Rimū mysteriū declarāduz de
detractione dicitur malignatio
Est siqdē pctm̄ h satis malignū
ꝛ graue triplici rōne. Pᵒrio rōne ꝯrie/
tatis. Scđo rōne gnālitatis. Tertio rōne
crudelitatis. ¶ Pⁱmo rōne ꝯrietatis
Cōtrariatꝭ siquidē fame q̄ vt inqt Alex.
in.ij.sūme.ꝑciosissima est oiuz bonoꝝ
tpaliū. Et hoc expssius dixit sapiēs ꝓ v.
xxij. Meli⁹ ē nomē bonū ꝙ̄ diuitie mł/
te. Et. Ecc.xli. Curā habe de bono noie.
ꝛ Aug.id persuadebat.xij.q.i.in.c.nolo
v. Qui fidens ꝯscie: famā suam negligit
crudelis ē. Est ergo fama ꝑciosa corona
oiuz hoiuz: siue maioꝝ siue minoꝝ: siue
dominoꝝ siue ciuiū: siue ꝑlatoꝝ siue
subditoꝝ: siue seculariū siue religiosoꝝ
siue viroꝝ siue mulierū. Fama itaqꝫ gra
dus oēs nitore suo venustat atqꝫ deco/
rat. Cū ergo detractio hanc ipugnet.nō
debet pctm̄ leue censeri. Propterea ab
Alex.vbi.s̄.q.cxlvi.mem.i.sic diffinitur
Detractio est aliene fame ꝑ occulta ver/
ba denigratio. Notandū tn̄ qđ est diffe
rentia inter contumeliā.cōuitiū.impro/
periū.susurrationē.ꝛ detractionē. Con/
tumelia ꝭm Tho.ꝭa.ꝭe.q.lxxij.ar.i.c.est
expssio defect⁹ alteri⁹ corā eo ꝑ v̓ba ad
ip̄z dehonorādū: Et si fiat aio corrigēdi
nullū est pctm̄.qꝛ ēt ꝛ sancti h fecerunt
vn̄. Luc.xxiiij.xp̄s dixit discipl'is eūtib⁹
in Emaus. O stulti ꝛ tardi corde ad cre
dēdū.ꝛc. Et Math.xv.dixit phariseis.
hipochrite.bn̄ ꝓphetauit de vobis Ysa.
Et Paul⁹ Gal.ij. O isēsati galathe qs
vos fascinauit? Si v̓o contumelia fiat
aio solaciandi: aut nullū peccatum: aut
veniale ē.dūmodo fiat discrete qꝛ ludus
noxius est in culpa in ꝓhemio ffoꝝ.cir
ca.finē.ff.ad.l.agliā.l.nā ludus.ꝺ ꝑ sup.
c.i.de homicidio.c.cōtinebatꝭ. Si autez
ꝯtumelia fiat aio iniuriādi.qꝛ ꝯtra cari/
tatē ē: pctm̄ est mortale. Ex h Math.v.
xp̄us dixit. Qui dixerit fratri suo fatue:
reus erit gehenne ignis. Est ergo cōtu/
melia cum refertꝭ defectus culpe: siue de
fectus ille sit ꝭm veritatē: siue nō. in vi/
tuperiū alicuius. Cōuitiū est cum refertꝭ
defect⁹ nature vł pene: vt q diceret ceco
O cece. ꝛ surdo: O surde: ꝛ claudo. O
claude.aio iniuriādi. Et sic.i. Reg.i. Fe
nēna que multos habebat filios: amisit
illos: qꝛ improperabat anne: que sterilis
erat. Improperiū etiaz est cum refertur
alicui beneficiū sibi collatū ad ipsū con
fundendū: Et de hoc sapiēs. Ecc.xli.ait
Cū dederis ne improperes.sed imiteris
deū. Et.xx.c. Datū insipientꝭ nō erit tibi
vtile: nā oculi ei⁹ septemplices sūt. Exi
gua dabit: mlta improperabit. Idcirco
Seneca li.ij.ꝺ beneficijs ait. Qui dedit
bn̄ficiuz taceat: narret qui accepit. Ista
tn̄ quādoqꝫ sumuntꝭ vnū ꝓ alio. Susur
ratio est cū refertꝭ malū de alio in ei⁹ ab
sentia vt ponatꝭ in discordia cuz ꝓximis
suis. Et de hac plene dictū est in sermōe
de discordia. Detractio v̓o est cū dicitur
malū de alio i absentia eius vt sua fama
denigretꝭ. Et vt inqt Tho.ꝭa.ꝭe.q.lxxiiij.
ar.i.c Susurratio ꝛ đtractio ꝯueniūt i mā
ꝛ forma.sꝫ differunt in fine: qꝛ mā tam
susurratiōis ꝙ̄ detractiōis ē maluz ꝓxi
mi.forma v̓o ē dicere illud i absētia ei⁹.
Sꝫ finis susurratiōis ē discordia. finis
v̓o đtractiōis est infamia. O quot docti
propter detractiones creduntur indocti
Quot v̓gines credūtur corrupte. Quot
vidue continentes ꝛ caste: luxuriose cre
duntꝭ ꝛ vane. Quot penitētes hypocrite
Quot domini iustitie amatores tyrāni.
Quot deniqꝫ boni reputantꝭ mali. Ideo
ait Ambro⁹. Tollerabiliores sunt fures
q diripiūt bona nostra: ꝙ̄ detractores q
lacerāt famā nostrā. Scđa rō ostendēs
malignitatē detractionis vocatꝭ generali
tas. Sunt nanqꝫ multa peccata que ꝛ si
cōmittantꝭ: non tn̄ in oibus locis: nec oi
tempore: nec ab oibus personis. Vitiuz
āt detractiōis nullū excipit locū: nullū
temp⁹: nullāqꝫ personam. Hinc est qđ
glo.super illis v̓bis ꝓuer.xxiiij.c. Cū de
trahentib⁹ ne cōmiscearis.ait. Propte

hoc vitiũ piclitat̃ ferre totũ gen⁹ huma
nũ. Et Hiero. ad Celantiã. Raro inue/
nies q̃ ita irreprehẽsibilẽ velit exhibere
vitã suã: vt nõ libẽter rep̃hẽdat alienaꝫ.
¶ Tertia rõ oñdens malignitatẽ detra
ctionis dicit̃ crudelitas. Est eniꝫ pecca/
tũꝫ h̃ satis crudele. ꝓpterea dicit. vi. q. i.
c. sũma iniq̃tas. Sũma est iniq̃tas frẽs
detrahere ꝛ accusare. q̃a oĩs q̃ detrahit
fratri suo homicida ẽ. Qð intelligẽdũ ẽ
ꝑ quãdã silitudinẽ. q: sicut homicida ex
tinguit ꝓximi corp⁹: ita ꝛ famaꝫ detra/
ctor. Ex hoc cõpat̃ leoni deuoranti hu/
manas carnes. Tñ Ezech. xviij. c. dicit̃
Leo fact⁹ ẽ. didicit rape p̃dã: ꝛ comede
re hoĩes. ꝛ Greg. xiij. li. moral̃. exponẽs
illud Job. Quare ꝑsequimini me sicͭ de⁹ ꝛ
carnibus meis saturamini: ait. Hi sunt
q̃ aliene vite detractiõe pascũt̃. ꝛ alioꝝ
ꝓculdubio carnib⁹ saturant̃. Et glo. sup
illo v̾bo. ꝓv̾. xxiij. Noli ẽẽ i ꝯuiuijs po/
tatoꝝ nec in cõmessatiõib⁹ eoꝝ q̃ portãt
carnes ad vescẽdũ. Carnes inquit ad ve
scendũ: est in locutiõe derogationis vi/
cissĩ vitia ꝓximi dicere. Hoc ergo pctm̃
feralẽ facit hominẽꝫ: imo oĩ fera peiorẽ
Quia vt dicit Jac. iiij. c. sue cano. Oẽs
nãqꝫ aĩaliũ volucrũ ꝛ serpentiuꝫ nãe ab
homine domite sunt ꝛ domãt̃. Linguaꝫ
ãt hominũ nullus vnq̃ꝫ domare potuit
neqꝫ põt. O igit̃ detractio pctm̃ damna
bile. Tu nempe es que multos ad tarta/
ra festinãtissime cõpellis. Quia vt Jac.
v. c. dicitur. Si quis putat se religiosum
esse nõ refrenãs linguã suã sed seducẽs
cor suũ. huius vana est religio.

¶ Qð tribus modis cõmittit̃ detractio
nis vitiũ. s. ꝑ modũ iniquũ. astutum. ꝛ si
mulatum. Caplm̃. ij.

Ecundũ mysteriũ declarandũ
de detractione dr̃ modificatio⁹
Solet equidẽ pctm̃ istud pluri/
bus modis cõmitti: quos tamẽ nos ad
tres p̃cipuos reducem⁹. Primꝰ dr̃ ini
quus. Secũdus astut⁹. Terti⁹ simulat⁹
¶ Prim⁹ est modus iniqu⁹: cũ q̃s ꝓ/
ximũ infamare studet cũ iniq̃tate. quod
põt fieri tripl̃r. Prio reuelãdo pctã sua
secreta: nõ seruando p̃ceptũ de fraterna
caritate: de quo xp̃s dixit Math. xviij.
Si peccauerit i te fr̃ tu⁹ vade ꝛ corripe
eũ inter te ꝛ ip̃m solũ. Scðo fingẽdo de
ꝓxĩo mala que nõ cõmisit. Tertio scri/
bendo ꝯ ipsũ famosos libellos vel sicut
hodie fieri solet inuectiuas lenocinio ver
boꝝ fucatas componendo ꝛ cantilenas
¶ Secũdus modus detrahẽdi dr̃ astu
tus. Sunt nanqꝫ alij. cum astutia detra
hentes ꝓximo adhuc tripl̃r. Primo ta
cẽdo. Nã cũ interrogãt̃ de alicuius vir/
tutib⁹. lꝫ nullũ malũ dicant. tacẽt tamẽ
verũ ꝛ bonũ qð sciunt: dicereqꝫ debent.
Sicut si q̃s interrogaret̃ de aliq̃ puella
nubili an esset honesta. ꝛ ille sciret sic ẽẽ
tñ aut taceret aut diceret. Non me inter
pono de alienis factis: talis vtiqꝫ ꝛ si nõ
directe. indirecte tñ ꝓximi sui famã le/
deret. Jð dicebat Gilbertus por. Gra
uis rapacitas cũ veraꝫ alterius gliam ꝛ
si mẽdacio nõ corrũpis: silentio p̃teris.
Liuor eni excellentiaꝫ propriã semp co/
gitans alienã obscurat. Scðo astuti de/
trahunt negando. cũ. s. ꝛ si malũ nõ di/
cant de ꝓximo. negant tñ bona que de
illo ab alijs narrant̃ ꝛ p̃dicantur. Tertio
astuti detrahunt venando. cum. s. multa
bona dicunt de aliq̃ venando: cum aliq̃
malo interposito. sicut pleriqꝫ faciunt sp
addentes: sed vel si. Dicũt eni. O si talis
nõ haberet illũ defectũ: vel illũ ꝛc. quot
virtutibus quibus floret laudaret̃ a cun
ctis. vel dicunt: talis est doctus vel pro/
bus. sꝫ deficit i humilitate ꝛ huiusmodi.
Sicqꝫ detractores astuti ne videantur
detrahere laudãt vt tãdẽ vitupẽt. ꝛ sil̃ cũ
melle porrigunt ad bibendum venenuꝫ
Venena ait Hiero. ad Lethã. non dant
nisi melle circundata. ¶ Terti⁹ modus
detrahẽdi dicit̃ simulat⁹: qui est ꝓprius
hypochritarũ. Jpsi etenim detrahũt tri
pliciter. Primo dolendo. Fingunt nãqꝫ
voce. vultu. v̾bis. gestu. suspirijs dolen/
ter ꝛ ex caritate referre criminationes ꝛ
diffamationes proximorũ suoꝝ: cũ tñ
id faciant ex impietate. liuore ꝛ inuidia.

¶ Scd̃o hypocrite detrahūt augendo
cū narrāt aliqd̃ factū minimū v̄bis suis
aut factis ampliantes illud ⁊ adaugen/
tes. ¶ Tertio hypocrite detrahūt noian
do cū.s.nomināt multos cū laude ⁊ pꝰ
alicui alteri detrahūt. Hi modi ⁊ si non
hoc ordine: nihilominꝰ in substātia pro
maiori pte ponunt ab Alex. de ales i se/
cūdo volumie summe. ubi supra circa fi
nē. ⁊ a scō tho. ſa ſe. q. lxxiii. ar. i. ad. iij.

¶ Qd̃ per detractionē offendūt detra/
hētes: audiētes: ⁊ patiētes. Cap. iij.

Ertiū mysteriū cōtēplādum de
detractiōe dicit offensio. Est ete
nim pctm̄ hoc offensiuū valde.
Offendit nāqꝫ tria hoium genera. Pri
mi sunt detrahētes. Secūdi audientes.
Tertij patiētes. ¶ Primi quos detra/
ctio offendit sūt ipsi detrahētes. Naz vl/
tra hoc ꝙ mortaliter peccāt ſm Scotū
in. iiii. di. xv. tenent ad restitutionē fame.
Qd̃ ſꝫ Ric. ar. v. q. 3. ⁊ Tho. fieri hēt ad
arbitriū boni viri. Et de modo restituē/
di talem famā etiam satis ample scripsit
sanctꝰ Bernardinus in quadragesima/
li de xp̄iana religione. Ideo non curaui
hoc multū hic ampliare. Verūtamē cū
paucissimi repiant qui famā velint resti
tuere his quibꝰ detrahūt: magnuz picu
lum est detrahere. ¶ Scd̃i quos detra/
ctio offendit sunt audiētes. Illi enim q
detrahētibus beniuolum prebēt auditū:
peccatū nō effugiūt. Idcirco Bern̄. ad
Eugenium inquit. Velle detrahere ⁊ au
dire quid horū dānabilius sit non facile
dixerim. Et Augꝰ. Ne accōmodes au
res tuas detractioni. Detrahēti eniz aie
⁊ audienti. vtrisqꝫ esca mortis est detra/
ctio. Et. xi. q. 3. c. nō solū. Nō solū ille re
us est qui de alio malū pfert. sed q cito
criminibus aurē pbet. Propterea cau/
te agēdū est vt nō solū non detrahamꝰ
sed ne detrahētes quidē audire velimꝰ.
Ad hoc aūt qnqꝫ sunt opportuna reme
dia. ¶ Primū ē elōgatio. ut si fieri pōt
elonget se vnusqsqꝫ ab his quos detra/
here videt patos. Et de hoc sapiēs pūer.
iiii. ait. Detrahentia labia pcul sint a te.

¶ Secūdū remediū est ꝯtristatio. Nā
si quis nō potest se a detractoribꝰ elon/
gare. ostēdat eis de trahere volētibꝰ vul
tum tristem: significans se nō libēter au
dire. ⁊ confricando caput spuendo i ter/
ram. post tergum respiciendo. ⁊ facien/
do similia refrenet dicentis audaciam.
Quia vt inquit sapiens pūer. xxv. Ven/
tus aquilo dissipat pluuias ⁊ vultus tri/
stis linguā detrahētē. Et Hieronymus
ad Rusticum monachum. Sicut sagit/
ta si mittatur in duram materiam: non/
nunqꝫ reuertitur in mittentē. ⁊ vulnerat
vulnerantem. Ita ⁊ detractor cum tristē
viderit vultum audientis: Immo non
audientis: sed obturantis aures suas ne
audiat iudiciū sanguinis. illico contice/
scit. pallet vultus. saliua siccatur. Et. vi. q.
i. c. Ex merito dicit. Nemo inuito audi/
tori libenter refert. ¶ Tertiuz remediū
est reprehensio. sicut xp̄s fecit dum disci
puli detrahebant Magdalene: quibus
dixit Matth. xxvi. Quid molesti estis
huic mulieri: bonum opus ⁊c. Et ad h
ppositū Iob. xxix. dixit. Cōterebā mo
las iniqui. ⁊ de dentibꝰ illius auferebam
predam. ¶ Quartū remediū est cordis
stabilitio vt nō credatur cito omne ma/
lum quod dicit: qa multi multa loquunt
⁊ sepius falsa q̄ꝫ vera. Et vt dicitur Ecc.
xix. Qui cito credit leuis est corde. De
Xp̄o ⁊ Iohe baptista: vt tactū est multi
male loquebāt. Duo senes iudices tāq̄ꝫ
adulteram mentiendo accusabant Su/
sannā instantes vt lapidaretur. vt patet
Danielis. xiij. Sācta Marina virgo q̄
in habitu virili icognita alijs deo seruie
bat in monasterio: infamata fuit ꝙ im/
pregnasset iuuenculam quandam Ob
quod fere vsqꝫ ad mortem extra mona/
sterium ab inde pniaz egit. Hieronimꝰ
etiam gloriosus in epl̄a ad Asellam de f
ctis amicis ꝯquerit valde sic. d. Si tibi
putē a me gratias posse referri nō sapiaz
Potēs est deus sup psonā meā sancte
anime tue restituere qd̃ meret. Ego eniz
idignꝰ: nec estimar vnq̄ꝫ potui nec opta
re: vt tātū mihi i xp̄o largireris affectuz

Et licet me sceleratū quidaꝫ putēt. ⁊ omnibus flagitijs obrutuꝫ. ⁊ ꝓ pctis meis etiā hec parua sint: tamen tu bene facis ꝙ ex tua mente malos etiam bonos putas. Periculosuꝫ quippe est de seruo alterius iudicare. ⁊ non facilis venia praua dixisse de rectis. Ueniet veniet dies illa: ⁊ mecum dolebis ardore non paruo Ego probrosus: ego versipellis ⁊ lubricus ego mendax ⁊ sathane arte decipiens. Quid eniꝫ tutius est. vel hec credidisse: vel finxisse de insontibus. an etiaꝫ de noxijs credere noluisse? Osculabant quidā mihi manus ⁊ ore vipereo detrahebant. dolebāt labijs: corde gaudebāt Uidebat dominus ⁊ subsannabat illos: ⁊ miserum me seruū suuꝫ futuro cuꝫ eis iudicio reseruabat. ¶ Quintū remediū est cordis compassio: vt cum quis audit aliquos detrahentes. referentes etiam veritatē. compatiatur ꝓximis suis peccatoribus: cōsideretqꝫ quia ſm cōmunem legem. vt Lact. ait li. vi. nemo pōt esse tam circūspectus tam prudens qui non aliquando labatur. Et ideo quilibet magis timere dꝫ de suo lapsu ꝗꝫ de peccatis alienis gaudere. ¶ Tertij quos detractio offendit sunt patientes illi videlicꝫ quibus detrahitur. Nam vltra hoc ꝙ illoꝝ fama denigratur cum sepius innotescat eis ꝙ male dicitur de illis. affliguntur ⁊ contristantur. Sed reuera conari debent vt potius letentur ⁊ iocundentur: quoniam tales detractiones. criminationes ⁊ oblocutiones false faciūt ad augmētū glorie. Uñ xp̄s Math. v. dixit. Beati eritis cum maledixerint vobis homines. ⁊ ꝑsecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne maluꝫ aduersum vos mētientes propter me. Gaudete ⁊ exultate quia merces vestra copiosa est in celis. Seruanda insuꝑ est regula Gregorij q xi. q. iij. c. inter verba ait. Inter ꝟba laudantium vel vituperantium semper ad mentem est recurrendū. Et si non inuenitur in nobis malū quod de nobis homines dicunt: in magnam debemus leticiam prosilire. Et rursus si non inuenitur in nobis bonū quod de nobis homines loquntur: magnam tristitiaꝫ generare debet: Uideant itaqꝫ detractores ⁊ bilingues quanta mala faciunt detrahendo. Penitentes ergo prohibeāt linguam suam a malo. ⁊ labia sua non loquantur iniqua. vt sic diuine gratie munera in seculo hoc possint participare: ⁊ tandem peruenire ad eternum regnum beatorum: in quo xp̄us saluator noster cū patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat ꝑ infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria q̄rta quinte ebdomade i q̄dragesima. de ꝑiurij vitio: a quo maxie penitentes cauere debent. Sermo. lviij.

Onestis ex ouib⁹ meis. Uerba sūt redēptoris nr̄i. origialr̄ Joh. x. c. ⁊ in euangelio hodierno. Quod ꝺ iudeis locutus est xp̄s in ꝟbis premissis: hodie nō imerito dici potest de xp̄ianis malis. Ipsi eteni vocē xp̄i contemnentes: diuina mandata obseruare non curant: quinimmo graui⁹ offendūt ꝗꝫ cetere nationes: q̄ sub quacunqꝫ falsa religione viuūt. Inter cetera aūt mala atqꝫ peccata: que ab eis committi solent est illud vnum execrandum valde. violatio scilicꝫ ⁊ fractio iuramēti Istud nanqꝫ peccatum ita inoleuit: vt a multis ob publicā cōmuneꝫ ꝑnitiosāqꝫ ꝯsuetudinem minimū esse credatur. Eapropter pro presentiuꝫ eruditione in hoc sermone de ꝑiurio verba faciemus: qm̄ ꝑiuri ex ouib⁹ xp̄i esse nō possūt. Proponem⁹ ergo de ꝑiurio ꝓncipaliter tria mysteria declaranda.

Primum dicitur diffinitio.
Secundum commissio.
Tertium malignatio.

¶ Quid sit ꝑiuriū: ⁊ an iurare sit licituꝫ quot sunt iuramenti comites. ⁊ que sit iuramenti forma. Capl̄m. i.

p Rimũ mysteriũ declarandũ d piurio dicit diffinitio. in q̃ vidẽda sunt quattuor. Primũ qdẽ piuriũ. Secundũ vtrũ iurare sit licituz. Tertium quot sunt iuramenti comites. Quartũ q̃ sit iuramenti forma. ¶ Primũ videndũ est. qd est piuriũ. Et rñdet Ray. in sũma sua. d. Periuriũ est mendaciũ iuramento firmatum. Et qr dicit iuramento. notanduz fm Alex. de ales. in. iij. sũme. q duplex ẽ iuramẽtũ. Unuz assertoriũ: cuz. s. iurando asserit aliquid sic esse vel nõ esse. Secũdũ ẽ iuramẽtũ pmissoriũ cum pmittit aliquid fieri vel nõ fieri. Et in vtroqꝫ mẽtiendo piuriũ consistit. Sed hoc pleni⁹ declarabit i sequenti mysterio. Ugo vo de sctõ Uict. quid sit periuriuz expressius declarat sic Periuriũ est falsa vel indiscreta iuratio seu iuramenti transgressio. ¶ Secũdũ videndũ. vtrum iurare sit licitũ. Et q sic videt primo exemplo dei. Ipse eteni iurauit. Unde Geñ. xxij. Per me metipꝫ iuraui dicit dñs. Et ps. cix. Iurauit dñs 7 nõ penitebit eũ. Et Hiere. xliiij. Ecce ego iuraui in noie meo magno ait dñs. Et Amos. iiij. Iurauit dñs deus in scõ suo. Et. Luc. i. Iusiuranduz qd iurauit ad Abrahã patrẽ nostꝝ 7c. ¶ Scdo q iurare sit licitũ patet exẽplo patrum tam veteris qꝫ noui testi. Scribit eni Iosue xiiij. Iurauit Moyses in die illo dicẽs Terraz quã calcauit pes tuus erit possessio tua: 7 filiorũ tuoꝝ in eternum. quia secutus es dominũ deum tuum. Et Iudicũ. xxi. Iurauerũt filij. isrl. i masphat 7 dixerũt. Nullus nostrum dabit filijs Beniamin de filiabus suis. Et. ij. Reg. xxi. iurauerunt viri Dauid. d. Iam non egredieris nobiscũ i bellũ: ne extiguas lucernã isrl. Et. ij. Paral. c. xv. dr de filijs Iuda 7 Beniamin q venerãt in Ierusalẽ. Iurauerũt dño voce magna 7 in iubilo 7 in clangore tube. Et Ro. i. iurauit Paul⁹. d. Testis ẽ mihi de⁹ cui fuio i spũ meo: 7 i euangelio filij. ei⁹: q sine itermissiõe memoriã vri facio sp i oroibus meis. Et Phil. i. Testis ẽ mihi de⁹ quõ cupiã oẽs vos i visceribus ihu xpi. 7 Hiero⁹ in descriptiõe Pauli pmi heremite inqt. Testor deũ 7 angelos eius vidisse mõachos 7c. ¶ Tertio q iurare sit licituz pbatur ex ordinatione ecclie 7 sacroꝝ ꝯciliorꝝ. nã ordiata sũt iuramẽta romanoꝝ impatorũ. vt patz in cle. romani pncipes. d iureiur. Heretici abiurãtis heresim. vt no. de ꝯsec. di. ij. c. Ego Beregarius. 7 ex de here. c. Ad abolendã. Prelatoꝝ. vt de elec. i. c. significasti. 7 sic de alijs iuramẽtis q̃ sacri canones ponũt. ¶ Quarto q iurare sit licitũ pbat auctte. Uñ Deut. vi. Dñm deũ tuũ timebis: 7 illi soli fuies. 7 p nomẽ illi⁹ iurabis. Et Deut. x. c. Iurabis in noie eius. Et ps. lxij. Laudabunt oẽs q iurãt i eo. Et Hiere. iiij. iurauit. Uiuit dñs in vitate 7 in iudicio 7 in iusticia. Ad idez facit qd scribit. xxij. q. i. c. oẽ. c. nõ est. c. in nouo testõ. c. vt noueritis. c. ita. c. tu maluz ñ facis. c. 7 iurabũt. c. cõsidera. c. si pctm̃ esset. ¶ Quinto pbat q sit licitũ iurare rõne. Nã act⁹ latrie est licit⁹. sꝫ iurare p deũ est act⁹ latrie. qr sić Hiero⁹ i glo. sup illud Math. v. Reddes dño iuramenta tua. ait. Hoc p qd qsqꝫ iurat venerat. Uenerari aũt deuz act⁹ latrie ẽ ergo act⁹ iurandi p deũ ẽ licitus. ¶ Szꝯ arguunt aliq ex auctoritate saluatoris. d. math. v. Ego dico vobis nõ iurare omnio. Et ex auctoritate Iac. g. c. v. sue canonice ait Ante oia frẽs mei nolite iurare. Rñdet Aug⁹ i li. de mẽdacio. 7 in epla ad plebeculaz. q in his auctoritatibus pdictis nõ phibet iuramẽtũ in q̃cũqꝫ casu. Sz interdicit imoderat⁹ 7 nimi⁹ vsus eius ne sic pueniat i piuriũ. ¶ Tertiũ videndũ quot sũt sacramẽti comites vt d bito modo fiat. Rñdet. Hiero⁹. xxij. q. ij. c. aiaduertẽdũ. q sũt tres. s. veritas. iudicium 7 iusticia. Idez ponit. in. c. 7 si xps ex. de iureiur. Prima ꝯditio vel comes iuramẽti est veritas: vt. s. fiat cum vitate Secũda ẽ iudiciũ vt fiat discrete. Tertia cõditio est iusticia: vt fiat de re iusta 7 licita. Quartum vidẽduz erat. q̃ sit iuramenti forma Et rñdet Inno. 7 Ray.

ꝙ alia fuit forma iuramẽti in veteri lege in qua iurare ſolebãt.d. Viuit de⁹: viuit aīa mea.vt pꝫ.i. Reg.xxiiij.⁊.xxv. Alia fuit forma iuramenti in ecclia.primitiua Tũc enim iurantes dicebant: Teſtis eſt mihi deus.vt.ſ.dictũ ē de Paulo. Hodie v̓o forma iuramẽti ſolet eē: ad ſacra dei euangelia. Omnib⁹ tñ modis qb⁹ deus iuratur iuramentũ eſt.

¶ Quot modis cõmittat̃ periurium.⁊ ꝙ q̃ttuor ſũt iuramenta indebita.ſ. falſa iniuſta.incauta.⁊ omiſſa. Capl'm.ij.

Secundũ myſteriũ cõtemplãdũ de ꝑiurio dicit̃ cõmiſſio.in quo ex dictis notare debem⁹ ꝙ periuriũ cõmitti poteſt quadrupliciter ſm quattuor indebita iuramẽta. Primum eſt iuramentũ falſũ. Secundũ iniuſtum Tertium incautũ. Quartum omiſſum. ¶ Primo ꝯmittit̃ ꝑiuriũ reſpectu iuramenti: cum quis iurat falſuꝫ ſiue in iuramento aſſertorio: ſiue promiſſorio. Aduertendũ tñ ſm Aug.xxij.q.ij.c.hoīes. ꝙ aliqs põt iurare falſũ cuꝫ intẽtiõe fallendi.⁊ talis peccat ⁊ ꝑiurus eſt. Aliquiſ põt iurare falſum ſine intẽtione fallendi ⁊ tũc ſi adhibuit diligẽtiã debitã ne iuraret falſum: lꝫ illud iuret nõ peccat. Quia vt dicit̃ in.d.c.ream linguam non facit niſi rea mens. Põt etiã quis iurare verum cum intentione fallẽdi.⁊ talis peccat.⁊ quãtũ in ſe eſt ꝑiur⁹ efficit̃. ¶ Secũdo cõmittit̃ ꝑiurium in iuramento iniuſto vel illicito.⁊ tunc peccatũ eſt ſic iurare.⁊ peccatũ eſt tale iuramentũ obſeruare. Unde Iſidorus in.c.in malis.xxij q.iiij. In malis ꝓmiſſis reſcinde fideꝫ. in turpi voto muta decretũ. Quod incaute vouiſti ne facias. Impia ꝓmiſſio eſt que ſcelere adimplet̃. Ad idẽ eſt.c.ſi aliquid.c.nõ ſolũ.c.vnuſqſqꝫ.c.icõmutabilis.c.magne.c.non ſemp.c.diffinitio. c.ſi ad pctm̃.⁊.c.mulier. Propterea nõ excuſat̃ Herodes q iuſſit ãputari caput Ioãnis baptiſte ne violaret iuſiurãdũ. Iurauerat nanqꝫ dare puelle ſaltãti qcquid peteret: lꝫ dimidium regni eius. At illa petijt.d. Da mihi in diſco caput ioannis baptiſte.vt dicit̃ Marci.vj.c. Ideo dicit Ambro.li.de officijs. Herodes ſaltatrici premiũ turpiter ꝓmiſit crudeliter ſoluit. Turpe eſt ꝙ regnũ pro ſaltatione promittatur. Crudele ꝙ mors prophete ꝓ iuriſiurandi religiõe donat̃. ¶ Tertio cõmittit̃ ꝑiuriũ in iuramẽto incauto ſiue indiſcreto: in quo deeſt iudicium. ſicut ſolẽt facere multi: q ꝓ oī minima re iurant ꝑ deuꝫ: ꝑ ſcõs ſcãſqꝫ: ꝑ corpus ⁊ ſãguinẽ xp̄i.⁊ hui⁹. q audire debẽt v̓bũ ſapiẽtis.d.Ecc.xxiij. Iurationi nõ aſſueſcat os tuũ. Multi enim ſunt caſus in illa. Et iterũ ibi. Vir multuꝫ iurans implebit̃ iniquitate: ⁊ non diſcedet a domo eius plaga. Qui aũt ſic cõſueuerũt iurare difficile corriguntur. Unde ⁊ ego ſcio in ciuitate quadã italie ep̄m quendaꝫ q neſciebat loqui.niſi diceret ꝑ corpus xp̄i ⁊ in noīe diaboli. Cũ v̓o nulluſ auderet illũ corrigere: dñs ciuitat̃ caritate mot⁹ hoc officiũ in ſe ſuſcepit.quare inuitauit ep̄m vt ſecũ pranderet: ⁊ finito prandio dñſ traxit ep̄ꝫ ad partẽ.ſatiſqꝫ reuerẽter ⁊ honeſte dixit ei. Pater reuerẽdiſſime multi de te aiunt ꝙ non ſcis v̓bum proferre ſine iuramento ⁊ inuocatione diaboli. At ep̄s in impatientiaꝫ v̓ſus rñdit In noīe diaboli: ⁊ qs de me ita dicit.ꝑ corp⁹ xp̄i nõ eſt verũ: Cui dñs. Iã a te ipſo teſtimoniũ accepi.ſicqꝫ ep̄s ille cũ rubor̃ diſceſſit. Illi v̓o ſil̓es plurimi inueniunt̃. q etiã dũ cõfitent̃ ob iurandi longam cõſuetudinẽ iurare nõ erubeſcunt ¶ Quarto cõmittit̃ ꝑiuriũ in iuramẽto omiſſo.cũ.ſ.nõ ſeruant̃ ea q̃ ſeruari debẽt ⁊ poſſũt etiã iuramẽto firmata. O ſi ſeruarẽt reges.principes.duces comiteſ marchiones.barones.officiales publici capitanei.poteſtates. rectores iudices. aduocati. procuratores. notarij. ⁊ certe multi alij q̃ iureiurãdo ꝓmiſerũt. quot iniuſtitie ceſſarent.q̊t impietates deeſſẽt q̊tue mala deficerẽt. De p̓latis aũt curã aīaꝝ habẽtib⁹ nihil dico. tñ vnũ aſſero ꝙ multi ex his q in dignitatibus ſũt ꝯſtituti tã ſpiritualib⁹ q̃ꝫ tꝑalib⁹: ex euidẽtia facti ipoꝝqꝫ opib⁹ ꝑiuri eſſe cognoſcũt̃.

¶ Qđ piuriū ostēdit peccatū malignū
⁊ graue. tum ꝓpter trāsgressionez. tum
ꝓpter ꝓuocationē. tū ꝓpter assimilatio
nem. tū ēt ꝓpter punitionē. Capl'm. iij.

t Ertiū mysteriū de piurio decla
randū dicit malignatio. Est si
qdē pctm̄ satis graue atq; mali
gnū q̄druplici rōe. Prio rōne trāsgres
siōis. Scđo rōe ꝓuocatiōis. Tertio rōe
assimilatiōis. Quarto rōne punitionis.
¶ Pria rō dicit trāsgressiōis. Trans
grediunt siqdē ipsi piuri preceptum dn̄i
qui ait Exo. xx. c. Non assumes nomen
dei tui i vanū. et Leuit. xix. Nō piurab
in noie meo. O quātū confundi debent
xp̄iani piurātes qn̄ apud infideles tan
tam vim habet iusiurandū. vt Marc⁹
Regulus mori potius elegerit q̄ʒ iurata
per illum violare. Inquit enim Augu.
de illo. li. i. đ ciui. dei. Marcus regulus
imperator populi romāi captiuus apud
carthaginēses fuit: qui dum sibi mallent
a romanis suos reddi: q̄ʒ eoꝝ tenere ca
ptiuos ad hoc impetrandū hūc ꝓcipue
Regulū romā miserunt, prius iuratione
cōstrictū: si quod volebāt minime pere
gisset rediturū esse carthaginez. prexit
ille atq; in senatu contraria ꝑsuasit: quia
nō videbatur esse vtile romane reipub.
mutare captiuos: nec a suis post hoc ad
hostes redire cōpulsus est: tn̄ q̄a iuraue
rat id sponte cōpleuit. Carthaginenses
āt vt dicit Valeri⁹. li. ix. sб rubrica đ cru
delitate: eum grandib⁹ cruciatibus neca
uerūt. īclusū quippe angusto ligno: vbi
stare cogeret: clauisq; acutissimis refer
to: vt se in vllaz ꝑtem sine penis atrocis
simis inclinare nō posset: etiā iugulādo
ꝑemerunt. O xp̄iani piuri. o violatores
fidei. O fractores iuramēti aīaduertite
⁊ cōsiderate q̄ʒ vituꝑabile est q̄ʒue dam
nabile pctm̄ vestrū. ⁊ i exemplo Marci
Reguli discite quanta diligentia teneri
debeat iusiurādū. ¶ Scđo pctm̄ piurij
est graue atq; malignū rōne ꝓuocatio
nis. Ex illa nanq; ꝓuocatur deus ad in
dignationē ⁊ iram. quia sicut inuocan
tes nomē ei⁹ ꝓtegit, ⁊ defendit. Ita illud
falsificantes ⁊ cōtemnentes abhorret ⁊
ꝑsequit. Dixit eni Johel. ij. c. Omnis q
inuocauerit nomē dn̄i saluus erit. Et ꝑ
Dauid in ps. Protegam eum quoniaz
cognouit nomē meū. et ps. xviij. Turris
fortissima nomē dn̄i. Sic econuerso ex
pugnat illos q nomen eius irreuerenter
tractāt. Propterea Asdrubal a cartha
ginensibus missus ad romanos legatus
ꝓ pace firmāda. postq̄ʒ Scipio deuicit
Hannibalem. vt dicit Titus Liui⁹ cum
orasset in senatu: flexissetq; ad misericor
diam patres: vni eoꝝ q ꝓ oībus cartha
ginensium fraudes celarat dicēti. Per
quos deos iurabitis nobis: quos alias
iurando fefellistis: Rn̄dit ꝑ eosdē quos
tam aduersarios exꝑimur cōtra iurata
frangentes. Legit etiā in vita sci Nico
lai q vir qdā ab vno iudeo quādā sum
maz pecunie mutuo accepit: iurans suꝑ
altare sancti Nicolai q̄ʒ citius posset:
eam sibi redderet. Tenēte illo diu pecu
niam iudeus eam expostulat: sed ille eā
sibi reddidisse affirmat. Ducit res ad iu
diciū ⁊ iuramentum indicit debitori. At
ille baculū cauatum: quem auro minu
to impleuerat secuz detulit: ac si eius ad
miniculo indigeret. Volēs igit facere sa
cramentum: iudeo ibidem existenti ba
culum tenenduz dedit. Jurauit itaq; q
plus reddiderat q̄ʒ acceꝑat. facto iura
mento baculuz suū repetijt. quē iudeus
ignarus astutie sibi reddidit. Rediēs au
tem qui fraudē fecerat in quoddā biuio
oppressus somno corruit. Currusq; cuz
impetu veniens eum necauit: ⁊ plenum
auro baculum fregit ⁊ aurū effudit. Au
diens hoc iudeus concitus illuc venit.
Cumq; dolum vidisset. ⁊ a multis ei sug
gereret vt aurū reciꝑet omnino renuit:
nisi qui defunctus fuerat ad preces bti
Nicolai ad vitam rediret: asserēs si hoc
fieret se baptisma suscepturū. Continuo
igit q defunct⁹ fuerat surrexit. ⁊ iude⁹ i
xp̄i noie baptiçatus est. In ciuitate vero
Litij fuit quidaz q Anton⁹ pedul⁹ dice
batur quē ego cognoui. hic dum coram
officialibus iurasset falsuz: addidissetq;

Precor deū celi vt si mentiar faciat me
morte subita iterire stati cecidit in eodē
loco ⁊ miserrim⁹ expirauit. ¶ Tertio p-
iuriū est pctm̄ graue atq₃ malignū rōne
assimilationis. Facit vtiq₃ hoiem similē
pditori Iude: qui xp̄m osculando ⁊ sa-
lutando tradidit inimicis suis. Sic per
iuri inuocantes nomē dei veritatē ⁊ iu-
stitiā opprimūt ⁊ occidunt. ¶ Quarto p
iuriū est pctm̄ graue atq₃ malignū rōne
punitionis. Nam p ciuiles leges punit
vt patet ex textu multarū leguz ciuilium
quas causa breuitatis omitto. Nam vi-
demus iuramētū violantes truncatiōe
man⁹ affici: ita vt oibus sint eos viden-
tib⁹ in exemplū. ⁊ vt sibi caueant moni-
mentū. Per leges aūt canonicas punit
piuriū grauit. vt pz. xxij. q. v. c. qui piurat
c. si qs coact⁹. c. si qs ꝯuict⁹. lz hodie vt
tactū est in pcedētibus: pnie sint arbitra
rie. Sūt etiā piuri infames: vt patet. vi.
q. i. c. infames. Ex quibus oībus colligi-
mus quātū hi qui ad ad penitētiā venire
volunt: curare debēt vt abstineant a per
iurio. Hoc siquidē pctm̄ ē quo maxim⁹
xp̄ianorū numer⁹ ad tartara ruit. Hoc
pctm̄ est q̄ nutriūt fraudes: deceptiones
simulatiōes ⁊ iniustitie. Hoc pctm̄ est p
pter qd̄ opprimunt pauperes. vexant vi
due. pupilli ⁊ orphani tribulant. Quia
vt supius dictū ē: si hi qui vel ecclesie vl
reipublice presunt seruarent iuramenta
sua: cuncta recte sancte iustissimeq₃ fie
rent. essentq₃ de ouib⁹ Iesu xp̄i: q nobis
omnibus suam largiatur gratiā ⁊ in fine
sempiternam gloriam. Amen.

¶ Feria quinta post dn̄icam de passiōe
de Maria magdalena. s. de triplici eius
statu videlicz offensionis. conuersionis
⁊ gratificationis. Sermo. lix.

Emittun
tur ei peccata m̄lta
qm̄ dilexit m̄ltū v̄ba
sūt redēptoris nostri
originalr Luc. vij. c.
⁊ in. euangelio hodi
erno. relucet in exemplo Marie mag-
dalene benignitas ⁊ clementia saluato-
ris nostri dei. Suscepit penitētem ⁊ pec-
cata omnia remisit illi. Propterea san
cta mater ecclesia legit hodie euangeliū
in quo res tam pia: tāq₃ dulcis exprimit
⁊ narratur: vt sic peccatores nō diffidāt
de clementia Iesu xp̄i benedicti: Qua-
re equum est ac rōnabile vt ⁊ nos tota
mente contēplemur Marie magdale-
ne penitentiam ⁊ conuersionē. Ipsa est q̄
in pctis deum offendendo diuti⁹ fuerat
imorata. Ipsa est que corde compūcta
xp̄m audiuit pctā sua sibi remittentem.
Ipsa est in qua prius abundauit delictū
⁊ postremo superabūdauit ⁊ grā. Qua
ppter de ea loqui volentes: in psenti ser
mone triplicē eius statum cōsideremus
Primus dr̄ offensionis.
Secundus conuersionis.
Tertius gratificationis.

¶ De statu offeensionis Marie mag-
dalene. in quo vidēdū est: an hec mlier
fuerit soror Laçari. ⁊ an pctm̄ eius fue-
rit corde ⁊ ope perpetratū. ac que potuit
esse causa peccati eius. Caplm. i.

P Rimus statuſ Marie magda
lene quē cōsiderare debem⁹ dr̄
offensiōis. Hoc notat in euāge
lio. cum dicit. Ecce mulier que erat in ci
uitate peccatrix. s. notoria publica ⁊ infa
mis. Uirgilius. enei. Fama malum quo
non aliud velocius vllum Mobilitate
viget: viresq₃ acqrit eūdo. Parua mo-
tu primo: mox sese attollit in auras. In
greditq₃ solo ⁊ caput inter nubila cōdit
Pro cuius clariore noticia tria dubia
emergunt declaranda. Primuz. vtrum
ista peccatrix: de q̄ Lucas meminit fue
rit Maria magdalēa soror Laçari. Se
cundū. vtrū huius mulieris peccatricis
pctm̄ fuerit tm̄ corde: aut simul ⁊ opere
ppetratum. Tertium que potuit esse cā
vt Maria magdalēa rueret ⁊ peccaret
¶ Ad primū dubiuz dixerunt aliqui q
hec peccatrix cui⁹ mētionē Lucas facit
non fuit Maria magdalena. sed quedā
alia. tum quia nomen eius nō exprimit

tū qꝛ vꝛ̄ eis incōueniēs nobilissimā mu
lierē: qualis fuit Maria magdalena. ad
tātā infamiā infameq̄ꝫ vitā potuisse ꝑue
nire. Sꝫ ego dico ꝙ q̄ hāc opinionē se/
quūt̄ minꝰ bn̄ sētiūt. Nā ⁊ si Lucas no
mē illiꝰ peccatricis nō exp̄ssit. hoc facit
ad denotādū ꝫm morē scripture q̄ꝛ in sta
tu peccati non deo erat cognita per ap/
probationē. Dicitur enim virginibꝰ stul
tis a deo q̄ omnia nouit cognitione sim
plicis noticie. Math. xxv. Nescio vos.
qꝛ illas n̄ cognoscebat: vt approbaret q̄
ab eo ꝑ pctm̄ erāt separate. Sic ⁊ Luce
xvi. exprimitur nomen Laçari: qui erat
scriptus in libro vite. ⁊ tacetur nomē di/
uitis qui erat reprobatꝰ: Sic a simili di/
cimus d̄ Maria magdalena. Qualiter
autem ipsa nobilis genere ⁊ soror Laça
ri tanta potuit infamia deturpari decla/
rabimus in tertio dubio. Hic vero ꝓp̄e
debemꝰ dicere qd̄ Lucas de ipsa Ma
ria magdalena vere ⁊ realiter est locutꝰ.
Ad hoc aūt facit p̄mo auctoritas Aug.
q̄ in li. de cōsensu euangelistarum asse/
rit hanc peccatricem Mariā magdale
nam fuisse. Et hoc ipsum asserit Gregꝰ.
qui in omelia presentis euangelij sic ait.
Cogitanti mihi de Marie penitētia fle
re magis libet q̄ꝫ aliq̄d dicere. Cuiꝰ eni
vel saxeuꝫ pectus ille huius peccatricis
lachryme ad exemplum penitendi non
emoliūt? Cōsiderauit nāq̄ꝫ q̄d fec̄ ⁊ no
luit moderari quid faceret. Sup cōui/
uātes ī̄gressa ē nō iussa venit. iter epulas
lachrias obtulit. discite q̄ dolor̄ ardet. q̄
flere ⁊ iter epulas n̄ erubescit. Hanc v̄o
quā Lucas peccatricē mľierē vocat Jo
hannes Mariā nominat. Jllā eē Ma
riā credimꝰ. de q̄ Marcꝰ septē demōia
eiecta fuisse testat̄. Et q̄d ꝑ septem demo
nia nisi vniuersa vitia designantur. Hec
ille. Joh autē. xi. c. ait. Maria erat que
vnxit dominū vnguento: extersit pedes
eius capillis suis: cuius frater Laçarus
infirmabatur. Marcus etiā vlt̄. c. sic de
ipsa scribit. Surgens Jh̄s mane prima
sabbati. apparuit primo Marie magda
lene: de q̄ eiecerat septem demonia. Jn
super patet hāc peccatricē Mariā ma
gdalenā fuisse. eo ꝙ eccl̄ia in festo Ma
rie magdalene legit euāgeliū hꝰ pecca/
tricis. Et in historia beate Marie ma/
gdalene habet̄ qualiter ipsa reuelauit sa
cerdoti cuidam qui eam in heremo iue
nit ꝙ ipsa fuisset famosa illa peccatrix. q̄
re nō est dubiuꝫ quod Lucas loquitur
de ipsa. ¶ Secundū dubiū erat. vtrum
huius peccatricis scilicet Marie mag/
dalene pctm̄ fuit tm̄ corde: aut simul ⁊
opere ꝑpetratū. Et ad h̄ ē triplex modꝰ
dicendi. Quidā eni dicunt ipsam fuisse
virginem corpore ⁊ carne: sꝫ tm̄ mente
corruptā. Contra illos tamen est aucto/
ritas ecclesie que in festo eius non facit
officium virginū. cū tamē ꝫm oēs doc.
mentalis virginitas recuperet̄ ꝑ pniaꝫ
Contra istos etiam est. quia ecclesia nō
iudicat de peccatis occultis ⁊ mentalibꝰ
sed de manifestis ⁊ ope ꝑpetratis. Cum
ergo euangelista nominat illam pecca/
tricem: ⁊ in ciuitate notā. seq̄t̄ ꝙ de pec/
catis eius manifestis ⁊ non secretis scri
pserit. Alij doctores dicunt ꝙ Maria
magdalena fuerit publica meretrix. qm̄
de illa Crisoꝰ sup Math. ait. Tunc illa
ꝓstituta lupanar exiuit: quando discipu
lus gehēnam intrauit. Et Hiero. ad Fu
riam Meretrix illa in euangelio: que
pedes domini lachrymis lauit: ⁊ crine/
detersit: ⁊ confessionis sue honorauit vn
guento. manifeste depingit ecclesiam de
gentibus congregatā. Et idem in ꝓlogo
Osee ꝓph̄e. Hec ē illa mulier meretrix
⁊ adultera. de qua loquit̄ dominꝰ ad iu
deos dicens. Meretrices ⁊ publicani
p̄cedent vos in regno celorū. Propter
huiusmodi v̄ba dixerūt aliqui prefatam
secūdā opinionē. Sed ego dico ꝙ satis
durū est: imo nec credibile mulierē ge/
nerosam nobilissimis parentibus ortaꝫ
⁊ diuitijs abundantem loca spurcissima
pro precio inhabitasse. Doctores autem
Chrisoꝰ ⁊ Hieroꝰ loquūt̄ de ea. vt supra
dictū est. ad denotāduꝫ ꝙ vita eius: licet
in ꝓpria domo: tam lasciua erat tamq̄ꝫ
dissoluta vt videret̄ quasi vna ex mere/

tricibus: que solent in lupanaribus imo
rari. Et ꝓpterea est tertius mod⁹ dicēdi
cui⁹ ego adhereo tenēs viam mediā ꝙ
Maria magdalena i sua domo delitijs
ꝛ ocio vacans vsqȝ ad suā cōuersionem
omne temp⁹ suū. omnēqȝ vitā volupta/
tibus exposuit: ornādo caput: poliendo
crines: vngendo faciem: componendo
vestes: cantando vanas cantilenas: lo/
quendo lasciua. cōuersando cū iuueni/
bus: ꝛ ex consequenti de facili alia faciē/
do: que non licet homini loqui. ¶ Ter/
tiū dubium erat. que potuit esse causa vt
Maria magdalena rueret ꝛ peccaret.
Et dico ꝙ potuerūt eē tres. ¶ Pria cā
fuit ei⁹ formositas ꝛ pulchritudo. Erat
siquidem pulchra ꝛ formosa naturaliter
atqȝ pulchritudinē illā ampliabat cū or/
natu vano ihonesto ac meretricio. Talis
vtiqȝ pulchritudo cū inhonestate habit⁹
aspect⁹. vultus. ꝛ gestus sociata. in ma/
gnū ponit discrimen mulieres: qꝛ vt in/
quit Aureolus Theophrastus. Mulier
pulchra cito adamat. ꝛ difficile est custo
dire quam multi amāt. Et sapiēs ꝓuer.
xxxj. c. inquit. Fallax spēs ꝛ vana est pul/
chritudo. Propterea Hiero⁹ rep̄hēdit
acriter ornatū ihonestū mulierū. Unde
ad Furiam ait. Ornatus iste non dn̄i est
velamē: sȝ antixp̄i. Aut loquēdū nobis
vt vestiti sumus. aut vestiendū vt loqui/
mur. Lingua ꝑsonat castitatē. ꝛ totum
corpus prefert impudicitiā. Et idem ad
sacras virgines, de cōtinentia virginali.
Prophetic⁹ ille sermo nō ꝓferat de vo
bis. Filie eoꝝ cōposite circūornate: vt si/
militudo templi ꝛ dealbate ab extra: vt
monumenta que auro relucent: intus
ꝟo plena sunt ossib⁹ mortuoꝝ. He non
filie regis xp̄i sed regis Tyri. He semꝑ i
munerib⁹ vult⁹, in pudicitia diuites ple/
bis ꝛ capiūt ꝛ capiunt. Impudicissim⁹
mulierū affect⁹: semꝑ in auro. semꝑ in
gemmis. semꝑ in ornamentis extrinse/
cus gloriā ponūt. Nō sufficit eis libido
innata nature: sed occasionē querunt ex
plende libidinis. Affectant ꝓculdubio
vt oculi virorū aurum contemplātes. ꝛ
gēmas tandē figant in faciem. ꝛ furtiuis
oculoꝝ suoꝝ nutib⁹ facili⁹ incitēt ad libi
dinosum incēdiū. hec ille. Sic Maria
magdalena dissoluta ꝛ vaga vanitatib⁹
dedita: offerebat seipsam viris diligēdā
amore vano ꝛ vitioso: ꝛ ex ꝯn̄ti sollicitā/
dā ¶ Secūda causa quare ad tā lasciuā
vitā deuenit. fuit vbertas ꝛ abūdātia bo/
noꝝ tꝑaliū: ob quā satisfaciebat corꝑi in
oībus delicijs suis. pascebat illud splēdi
de. bene comedebat. bibebat ꝛ dormie/
bat. refugiebatqȝ q̄scunqȝ labores. Nō
quāti ꝑiculi sit non solū mulieribus sed
etiā viris declarat deus per Ezech. xvj. c.
d. Hec fuit iniq̄tas sororis tue Sodome
saturitas panis. ꝛ abūdātia. ꝛ ociū ipsi⁹.
ꝛ filiarū eius. ¶ Tertia causa q̄re Ma
ria magdalena tāta flagitia enormia cō/
misit. fuit libertas. Scd̄ȝ. n. Aug. in li. de
decē cordis. q̄tuor sūt custodie mulieris
qb⁹ adiuuat vt honeste viuat. ꝑma est ti/
mor dei. Scd̄a timor legū adulteras pu
niētiū. Tertia societas viri. Quarta ꝟe/
cūdia mūdi. De hac sic dicit Hiero⁹ ad
Furiā. Tenera res i feminis fama pudi/
citie ē: ꝛ q̄si flos pulcherrim⁹ cito ad le/
uē marcessit aurā. maxime vbi etas ꝯsen
tit ad vitiū ꝛ maritalis deest auctoritas:
cuius vmbra tutamē est vxoris. hec ille.
Cū ergo Magdalena nec deum nec le
ges timeret: eētqȝ absqȝ viro. ꝛ i liberta/
te sua: qꝛ patrimoniū diuisū erat iter La
zarū ꝛ ipsaȝ ꝛ Marthā: facile ē credere
ꝛ opinari ꝙ frōtē fecerit meretricis. ꝛ si
ne rubore ac verecūdia sue libidini satis/
fecit. ita vt ꝑ excellētiā diceret peccatrix.
O Maria magdalena ꝙ̄ vilis est in ta
li statu conditio tua. o quantum denigra
ta est fama tua. o quanta ignominia ꝓ/
pter tuā lubricā vitā circūdedit parente/
lam tuam. Sed his oībus grauius est:
quia facta es dei inimica. ꝛ eius angelis
ac sanctis omnib⁹ odiosa valde. O infe
lix ꝛ excecata. o miserrima aīa cur tanto
studio ꝓcuras perdere celuȝ: offendere
deū: ꝛ in interituȝ currere damnationis
eterne? Et quid aliud est esse peccatriceȝ
nisi eē in ꝑiculo grādi dānatiōis future?

Uerumtñ qꝫ audim⁹ de Magdalena: q̄ꝛ peccatrix erat. hodie dici pōt de innumerabilibus quasi mulierib⁹ adulteris: fornicarijs. incestuosis ⁊ omni flagitio ac dedecore infectis. O impie creature. o carnales ⁊ lascīue mlíeres cognoscite statū vestrū: ⁊ scitote qꝫ nihil magis pōt vos ledere q̄ꝫ peccatum. Sicut patet de Magdalena.

¶ Qualit̄ Maria magdalena cognouit peccatū suū. ⁊ corde ꝯtrita ad pedes Jesu humiliter satisfecit. Caplm̄. ij.

S Ecundus status Marie magdalene: quē ꝯsiderare debem⁹ dicit̄ cōuersiōis. Hūc explicat Lucas cū dicit: Ut cognouit: qꝛ Jesus accubuit in domo pharisei attulit alabastrum ⁊c. vbi ponūtur tria de ip̄a Magdalena. Primū est cognitio. Secūdū satisfactio. Tertiū contritio. ¶ Primū est cognitio: quia dicit̄: vt cognouit. Cognouit siquidē bona que omisit: mala q̄ cōmisit. damna que incurrit. Cognouit peccatorū suoꝝ magnitudinem. turpitudinē ⁊ multitudinē. Cognouit dei cōtra peccatores seueritatem: erga penitentes pietatē. ⁊ circa iustos liberalitatē. Quō ista cognouit cum ꝓpter pctm̄ aīa ceca efficiat̄? Juxta illud qđ de pctōribus dr̄ Sap. ij. Excecauit illos malicia eorum Et Sophonie. i. Ambulabūt vt ceci. qꝛ dn̄o peccauerunt. Et vt Ar. inquit. ij. de aīa. Nihil videt̄ nisi in lumine. Et dicere possumus qꝫ cognitionē accepit oīuꝫ supradictoꝝ ꝑ lumen irradiātis gr̄e dei qui ēt pctōrib⁹ ⁊ malis quantum est de se offert claritatē ⁊ splendoreꝫ gratie sue Quidaꝫ aūt pie dicunt Magdalenam audiuisse predicantē xp̄m qđ satis verisimile ē detestantēq̄ꝫ pctā aīe ad dei imaginem formate. O q̄ꝫ acuta q̄ꝫ penetrabilia: q̄ꝫue ardētissima erant verba Jesu xp̄i predicant̄. Loquebat̄ siqdeꝫ ex intimis cordis cū admirādo feruore bulliebat eius mens: vt aīas eriperet de diaboli laqueis. Aspexit ergo sic predicans ⁊ vidit Magdalenam extrinsecus ⁊ intrinsecus. Clamare forte cepit. O anima mea pro cuius amore deus homo fact⁹ sum: cur me ꝑsequeris? cur mundū amplecteris? Cur patrē oīuꝫ deuꝫ ita supbe contemnis? Quid tibi in fine succedet ꝓ vanitatibus tuis? O plena oī miseria cur non erubescis carnalem ducere vitam? An non ꝯsideras qꝫ pctōꝛuꝫ finis interitus est? Uita p̄sens nihil ē mūdus cū suis bonis ꝓditor ⁊ labilis est. Redi ad cor tuū ⁊ cōsidera vias tuas. Reuertere reuertere a via tua mala: reuertere ad me qui te patienter expecto. dulcissime inuito. clemētissimeq̄ꝫ suscipio. Ueni depone pctā tua ⁊ veni ad me secura. veni, inquā o aīa mea dilecta. ⁊ ego remittā tibi peccata cuncta q̄ cōmisisti. Nō eni veni vocare iustos sed pctōres ad penitentiā. Huiusmodi āt similibusq̄ꝫ v̄bis potuit xp̄s peccatricē Magdalenā excitare illuminare ⁊ inflāmare: quare mentem mutauit: mundū contēnere cepit ⁊ voluntatē ꝓposito se emendandi: ac bn̄ faciēdi impleuit. qđ mystice designatur in alabastro. i. in vase de alabastro facto sm̄ Cyrillū. qđ attulit plenum vnguento p̄cioso. ¶ Secūdū qđ ponit̄ de Maria magdalena in eius cōuersione dicit̄ satisfactio. Per que eni peccata peccauerat. ꝑ eoꝝ opposita satisfacere curauit sm̄ Greg. i omelia. Peccauerat siqdē per p̄sumptionē ⁊ audaciā. satisfecit cuꝫ verecūdia ⁊ erubescentia: quia ingressa domū pharisei nō stetit āte: sꝫ retro xp̄ꝫ Et stans inquit euangelista, retro secus pedes ⁊c. Peccauerat ꝑ superbiā. satisfecit cum humilitate tota inclinata ad pedes Jesu. Peccauerat ꝑ vanuꝫ oculoꝝ aspectū satisfecit cū lachrymaꝝ inundātia. Peccauerat ꝑ inordinatū capillorū decorē. satisfecit ꝑ illorū cōtemptuꝫ: pedes Jesu cuꝫ illis abstergendo. O felix cōmutatio excelsi dextera facta: que paulo añ adeo erat aliena. nunc studiosissime illi cōatur aherere. ¶ Tertiū quod ponitur in Marie magdalene conuersione dr̄ cōtritio. Erat vtiq̄ꝫ abundans dolor ꝓ pctis eius in corde illius: quē ꝑ lachrimas ostēdebat. Tot enim ab eius

oculis lachrẏme defluebãt: vt sufficerẽt
ad lauandum pedes ihu. Pieq3 possu/
mus contemplari q licet nihil diceret v
bo. in corde tamẽ suo loquebat ad dñ3:
O bone ihu. o pastor aiarũ. o spes vni/
ca salutis mee miserere mei. Ego sũ illa
infelix ingrataq3 peccatrix. que te offen/
di. Ego sum illa que lasciuo gestu. vano
aspectu: nimioq3 ornatu multorũ aias
illaqueaui. Ego sum illa que mundu3 cũ
suis bonis magis dilexi q̃3 te deum me
um benefactorẽ meum. fonte3 indeficiẽ
tẽ ois boni. Heu me misera3. Heu me
dolentẽ nimiũ. Heu me quid feci. pecca
ui. inique egi. sed tu pius ⁊ misericors in
dulge mihi. Ecce pedes tuos teneo qui
me peregrinando quesierũt. Nõ venisti
vocare iustos: s3 pctõres ad pnia3. Nõ
despicis cor cõtritũ ⁊ humiliatũ. O ihu
dulcis. o iesu clemẽtissime. o fili dei bene
dicti sana aiam meã. suscipe penitentem
consolare lachrymantẽ. ad te veni. ad te
fugi. ad te totis visceribus clamo misere
re mihi peccatrici: que parata sum de ce
tero obtemperare volũtati tue. Talia vel
similia in contrito corde Magdalene
versabantur

¶ Qualr p⁹ ɔuersionẽ Maria magda
lena multiplicem grãm a dño iesu xpo
est cõsecuta. Caplm .iij.

Ertius status Marie magda/
lene que3 considerare debem⁹
dicitur gratificationis. Inuenit
nanq3 Magdalena cõtrita grãm apd
xp3. qui tria beneficia ei exhibuit admi/
randa. Primũ dicit defensiõis. Secun
dum remissionis. Tertium consolatõis
¶ Primum beneficiũ dicitur defẽsio/
nis. Factus etenim fuit xps defẽsor eius
qui defendit illã a phariseo intra se mur/
murante. vt patet in euangelio. a Mar
tha sorore sua de illa cõquerente. vt dici
tur Luc. x. c. ⁊ a discipul indigne ferenti
bus cum vngeret caput eius vt notatur
Mat. xxvi. c. ¶ Secũdũ bñficiũ dr re
missionis. Remittunt dixit xpus ei pctã
multa. Et cõuersus ad illã addidit. Re/
mittunt tibi pctã tua. O mellifluũ vbu3
o iocunda sẽtẽtia. Ecquid potuit audiri
melius: qd vtilius: quidue fructuosius?
Beati ait psal. quoru3 remisse sunt iniq/
tates. ⁊. q. t. s. p. O felix pnia Magdale
ne: que xpm ad se traxit. Fecitq3 vt pec/
catricẽ animã antea pter pctã deletã d
libro vite iustificaret. ⁊ in numero ɔscri
bere electorum suorum. ¶ Tertiũ beneficiu3
collatũ a xpo. Magdalene fuit consola
tionis. Fecit etenim eam dignam conso
latiõibus suis spiritualibus: ita vt meri
to dicere posset illud ps. Consolatiões
tue letificauerũt animam meam. Quis/
nam explicet qualis fuit ɔsolatio Mag
dalene quando stabat ⁊ audiebat verbũ
xpi? quando conuersabatur cum glorio
sissima Maria matre eius. quando an
gelos vidit resurrectionem suam illi an/
nunciantes qñ prima resuscitatum xpm
in specie hortolãi asperit ⁊ vocata ab eo
Maria cognouit illũ esse: voluitq3 pe/
des eius tangere: ⁊ tunc nõ fuit pmissa:
qñ post cum alijs mulieribus tenuit pe/
des eius dum eis appuit in via quando
p⁹ exiliũ pueniens cũ Lazaro ⁊ Mar/
tha ⁊ ceco nato. quẽ xps illuminauerat
⁊ beato Maximino alijsq3 christianis
Marsiliã. post illi⁹ patrie conuersionẽ:
postq3 miracula plurima supne cõtem
plationis auida asprimã heremu3 petijt
⁊ in loco angelicis manibus pparato p.
xxx. annos incognita mansit: in quo nec
aquarum fluenta: nec arborum: nec herbarũ
erãt solatia. vt ex hoc manifestaretur q
non terrenis refectionibus s3 celestibus
epulis satiabatur. Qualibet enim die se
ptẽ horis canonicis ab angelis in ethe/
ra eleuabat. ⁊ celestiu3 agminu3 gliosos
cantus corporalibus auribus audiebat.
Quanta adhuc fuit eius iocunditas: cũ
dispositione dei in extremo vite sue a sa/
cerdote quodã inuenta est quẽ ad beatũ
Maximinũ misit vt die resurrectionis
dominice oratoriũ solus ingrederet tpe
quo ad matutinũ surgere consueuerat:
qd ⁊ fecit: viditq3 in oratorio Mariam
magdalenã spacio duorum cubitorum ele
uatã a terra ⁊ stantẽ in medio angelorũ.

O quantū fuit Magdalene gaudium qñ postremo ꝯuocato vniuerso clero ab ipso xp̄o scissimū sacramentū cū multa lachrymarum inundatione suscepit: ꝛ añ altare ꝓstrata aiam emisit ad celos. O admirabilis deꝰ. O pater misericordiarū q obliuisceris oium iniquitatū quas fecit impiꝰ: si ad pniā reuertatur. Ecce ostendisti nobis. in Maria magdalena quanta est bonitas tua. quanta patientia quanta caritas. quanta gratia. Tu illam peccantē supportasti. a te fugientē tenuisti. obaudientē aduocasti. reuertentem suscepisti. ꝛ penitentem iustificasti atq; iustificatā in celo eē iussisti. Cuius meritis maiestatē tuā supplices deprecamur. vt nobis largiatur hic gratiam ꝛ in futuro sempiternam gloriam. Amen.

¶ Feria sexta quinte ebdomade i q̄dragesima. de horrendo peccato homicidij ad quod consequi solet desperatio ꝛ impenitentia.

Sermo. lx.

Cogitauerunt vt interficerent eum. Scribūtur hec v̄ba Joan. xi. c. ꝛ in euangelio hodierno. Nescit quiescere maligna mēs inuidorū que semper ꝓximo machinat̄ mala: ꝛ exquirit dolos. Neq; pctm̄ aliqđ tam graue est: vt sibi facile ñ appareat. Propterea scribe ꝛ phisei stauerunt in cogitatu pessimo interficere xp̄m qđ tandē ope compleuerunt. Sic ꝛ plerīq; hoies nequā. ferales: atq; crudeles ad suā iram explendā sepissime suos ꝓximos occidere non formidant. Et qm̄ homicidij pctm̄ solet sequi desperatio. Idcirco ad tantū periculū deuitādū in p̄nti sermōe de homicidio erimꝰ locuturi qa penitentibus satis ꝓdesse pōt huius materie declaratio. De homicidio ergo tria p̄ncipalia mysteria proponemus aperienda.

Primū dr̄ diffinitio.

cisca nomine de pontianis singulis die/
bus festis sacramenti cõmunionem de
manu sacerdotis reuerẽtissime suscipie/
bat: sentiebatqꝫ delectationem admira/
bilem adeo vt sepius post cõmunioneꝫ
ꝑ magnũ temporis spaciũ raperet̄ in ex
tasim. Quodam v̾o die dum in ecclesia
sancte Cecilie transtyberim expectaret
accipere cõmunioneꝫ: sacerdos ille qui
celebrabat: aut leuitate ductus: aut dia/
bolica temptatione deuictus tempta/
uit sibi dare hostiam non consecratam

Cumq; ori eius appropinquasset recusauit illaz sumere dicens. Parcat tibi de⁹ o pater sacerdos: qui me non solum decipere credidisti. sed etiā idolatriā facere voluisti. Quibus verbis cōmotus sacerdos veniā petijt: ⁊ peccatū postea cōfessus: rem alijs studuit enarrare.

¶ De septē fructib⁹ quos acqrūt hi qui fideliter ⁊ deuote sanctam cōmunionez suscipiunt. Capl'm .iij.

Ertiū mysteriū declarandū de sanctissimo sacramento dicitur fructificationis. Deuote enim cōmunicātes multos fructus cōsequūtur ⁊ precipue septem. Primus dicit̄ gratificatio. Secūdus remissio. Tertius satisfactio. Quartus defensio. Quintus releuatio. Sextus cibatio. Septimus glorificatio. ¶ Primus fructus dicit̄ gratificatio. Cōfert enim sacramētum deuote cōmunicātibus gratiā. Ratio est ƀm Tho. iij. parte. q. lxxix. ar. i. c. Tum qꝛ in eo cōtinet̄ xp̄s: qui sicut veniens in mundo: venit cum gratia. ƀm illud Joh. i. Gratia ⁊ veritas ꝑ iesuz xp̄m facta est. Ita veniens in isto sacramēto. Tum quia representatur passio eius: que fuit gratie effectiua. Tum quia sumitur sub specie cibi nutrientis. Ūn̄ sicut cibus prestat vitaz ita ⁊ hoc sacramentum. ꝓpterea vocat̄ eukaristia. i. bona gratia. Naz dicitur sacrificium respectu preteriti. scz passionis xp̄i quā representat. Et dicitur cōmūio respectu presētis quasi cōmunis vnio: qꝛ vnit membra cum corpore: vel in corꝑe mystico: ⁊ dicit̄ viaticuz respectu futuri: quia est prefiguratiuum vite: ⁊ qꝛ passio vnio ⁊ gloria sunt ex gratia. ideo noīatur eucharistia. ¶ Secūdus fructus deuote cōicantiū dicit̄ remissio. Remittūtur nanq; ꝑ hoc sacramentū pctā venialia vt habetur de cōse di. ij. c. cum omne. c. si quotiens. ⁊ c. añ benedictionē. Quātum aūt sit istud. s. remissionē venialiuz habere: patere potest si consideret̄ q̃ztū ipsa aīam ledant. Nam lz eternam dānationez non inducant. tamen inferunt duo p̄cipua nocumēta. Primū ē q̄a diminuūt feruorē caritat̄. Scd̄z qꝛ obligāt ad penā tꝑalem. Ex q̄. d. Boñ. i. iiij. di. xx. par. i. ar. i. q. i. ꝑ to. ꝙ si qs morit̄ tm̄ venialia habens vadit ad purgatorium. ¶ Tertius fructus deuote cōmunicantium dicitur satisfactio. Hoc siquidem sacramentū satisfacit ꝓ peccatis. Scd̄z n. Tho. iij. pte. q. lxxix. ar. v. c. hoc sacr̄z simul est sacrificiū ⁊ sacramētum. Sed rationē sacrificij habet inq̃ztuz offertur Rationē vͦo sacramēti inq̃ztuz sumitur. Et ideo effectū sacramēti habet in eo q sumit. effectum autez sacrificij in eo qui offert. vel in his pro quib⁹ offertur. Si ergo cōsideret̄ vt sacramētū: habet duplicem effectum. Uno modo directe ex vi sacramenti. Alio modo quasi ex quadam concomitantia. Ex vi quidez sacr̄i directe habet illū effectū ad quē ē institutū. nō ē aūt institutū ad satisfaciēdū: sed ad spiritualr̄ nutriēdū ꝑ vnionē ad xp̄m ⁊ ad membra eius: sicut ⁊ nutrimētum vnit̄ nutrito. Sed quia huiusmodi vnitas fit per caritatē: ex cuius feruore aliquis consequit̄ remissionē non soluz culpe: sz etiā pene. Inde est ꝙ ex cōsequēti ꝑ quandā concomitantiā ad principalem effectū homo consequet̄ remissiōez pene: non quidē totius: sed ƀm modum sue deuotionis atq; feruoris. Si autem cōsideretur inq̃ztū est sacrificiuz habet vim satisfactiuā. ⁊ prodest his ꝓ quibus offertur tam viuis q̃z defunctis. Sed in satisfactione magis attenditur affect⁹ offerentis q̃z qualitas oblationis. Q̃uis ergo hec oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pena. tamē fit satisfactoria illis pro quibus offertur vel etiā pro offerentibus ƀm quātitatem sue deuotionis. ⁊ nō pro tota pena. Hic Alex. papa. de conse. di. ij. in. c. nihil. ait. Nihil i sacrificijs mai⁹ esse cepit q̃z corpus ⁊ sanguis xp̄i. nec vlla oblatio hac potior est. sed omnes precellit. que pura ɔ̄scia dño est offerēda. ¶ Quartus fructus deuote cōicantiuz dicitur defensio. Defendit vtiq; hoc sacramētū p̄seruādo

a pctis futuris. Ut .n. ait Tho. vbi .s. ar. vi. c. Pctm̄ est quedā mors spūalis aie Unde hocmodo preseruat aliqs a pctō futuro: quo preseruatur corpus a morte futura. quod quidem fit dupliciter. Uno modo inq̈ztū hominis natura interius roboratur contra interiora corruptiua. ⁊ sic preseruat a morte per cibū ⁊ medicinam. Alio modo ꝑ hoc ꝙ munit cōtra exteriores impugnationes. ⁊ sic ꝑseruat ꝑ arma: quibꝰ munitur corpus. Utroqꝫ autē modo hoc sacramentum cōseruat a peccato. Nam primo quidez ꝑ hoc ꝙ xp̄o coniungit per gratiaz roborat spūalem vitā hominis tanq̈ꝫ spiritualis cibꝰ ⁊ spiritualis medicina. ꝭz illud psal. Panis cor hominis confirmat. Et Augus. sup Joh. ait. Securus accede. panis est non venenum. Secūdo inq̈ztū ē signū passionis xp̄i ꝑ quā victi sunt demones repellit ipsorū ipugnationē. Uñ Chriso. sup Joh. ait. Ut leones flāmā spirantes de mensa dñi recedimꝰ terribiles demonibus facti. Notandū tamē ꝙ licet hoc sacramētū inquātuz est de se habeat virtutem preseruatiuā a peccato. nō tamen aufert hoi possibilitatem peccandi. eo ꝙ homo in statu vie est huius conditionis ꝙ potest flecti in bonum ⁊ in malum. ¶ Quintus fructus deuote cōicantiuz dicit releuatio. Si eni homo post deuotam cōionē in peccatum rueret facilius ab illo surgere potest: q̈ꝫ si ante illud nō cōicasset. Ratio est. qa vt diximus: per sacram cōmunionē anima roboratur ⁊ fortificatur. ⁊ ideo facilius est forti resurgere q̈ꝫ debili. ¶ Sextus fructus deuouote cōmunicantiū dicit cibatio. Cibat vtiqꝫ hoc sacramentū spūaliter animaz ⁊ multotiens miraculose reficit ipsū corpus. Dicitur enim de beata Chatherina de Senis. ꝙ sepius cōione suscepta per dies plimos sine cibo ⁊ potu persistebat absqꝫ aliqua sui corporis lesiōe. ¶ Septimus fructꝰ dicitur glorificatio. Facit etiā hoc sacramentū ad augmētum glorie que sequitur ad augmentum gratie Quāto eni anima ꝓficit ⁊ crescit in gr̄a: tanto copiosiorē gloriā ꝓmeret. Sed q devote ⁊ humiliter suscipit sacramentū eucharistie proficit in gratia: vt tactū est superius. idcirco abundantius gloriam obtinebit. currite igit omnes ⁊ cōscientijs a peccatis emundatis sacram communionē accipite. quia saluator nr̄ dixit Joh. vi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. hic per gratiā ⁊ in futuro ꝑ gloriam: in qua viuit ⁊ regnat ipse Jh̄s dei filius cū patre ⁊ spiritu sctō per cuncta secula seculorum. Amen.

¶ Feria tertia ebdomade sctē. de ỽitate sacri eucharistie: in quo vere ⁊ realiter continet ipse xp̄us. Sermo. lxiiij.

Aro mea vere est cibꝰ ⁊ sāguis meus vere est potꝰ. Uerba sunt redēptoris nostri originalit Joh. vi. c. iter cetera fidei nostre credibilia maximū ⁊ admirabile est realis ac vera existētia corpis ⁊ sanguinis Xp̄i in sacramento altaris sub speciebꝰ panis ⁊ vini. Hoc vtiqꝫ nisi fides credat sermo nō explicat. Uerūtm̄ ad cōfundendā ꝑfidiā infidelium consolandosqꝫ fideles qui id credunt: in h sermone de veritate altissimi sacramenti verba faciemꝰ. Est eteni necessariū simpliciter credeř ⁊ firmiter cōfiteri quod a domino Jesu xp̄o audiuimꝰ dictū: carnem. s. suam vere esse cibum. ⁊ suuz sanguinē verū esse potū. s. in sacramēto altaris: in quo vere ⁊ realiter continet. Ad quod probandum ⁊ fideliter persuadendum procedemus tripliciter.

Primo per auctoritates.

Secundo per rationes.

Tertio per exempla.

¶ Qd̄ omnes taz theologi q̈ꝫ sacra cōcilia: ⁊ doctores antiqui tenent ⁊ confitentur dominū Jesū xp̄m realiter eē in sacramento altaris sub speciebus panis ⁊ vini. Caplm̄. i.

P Rimo probãda est veritas corporis ⁊ sanguinis Xpi in sacramento altaris per auctoritates. Primo theologoꝝ. Scdo cõcilioꝝ. Tertio doctoꝝ. ¶ Primo itaqꝫ theologi oẽs Ric. s. ar. i. q. i. c. Boñ. par. i. ar. i. q. i. c. Tho. Sco. ⁊ ceteri. di. x. q̃rti. li. dicũt ꝙ opi. quorundaꝫ fuit ⁊ error pessimus ꝙ xpus nõ esset in altari nisi tm̃ sicut in signo. ⁊ dr̃ mãducari: qa signum eius tm̃ accipitur. Sed iste error contra pietateꝫ fidei est: q̃ tantũ beneficiũ sibi a deo datum recognoscit ⁊ gratias agit. ꝙ in carne sua ⁊ natura propria sit nobiscuꝫ. Est etiam contra sacramenti dignitatem et excellentiam. in quo relucet diuina potẽtia ⁊ bonitas altius ceteris sacramentis Nam cetera sacr̃a excellit: ⁊ q̃si cõsummatiuũ est alioꝝ omnium: sicut caritas omniuꝫ virtutum. Manifestatur nãqꝫ omnipotentia dei in opis singularitate. Cum eni panis in corpus xpi verũ ⁊ integrum in multis altaribus conuertitur nullo remanẽte cõmuni ostendit se de⁹ posse supra omnẽ potentiã opatiuam in cõuersione. Et per hoc ꝙ idem in pluribus locis: supra imaginatiuaꝫ. ⁊ per hoc ꝙ tam magnum ⁊ integruꝫ in tam parua specie facit existere non contractum ostendit se posse supra potentiaꝫ intellectiuaꝫ. Error igitur pretactus detractus est a quodaꝫ Berengario rome coram cxiij. episcopis. vt hẽtur de conse. di. ij. in c. ego Berengarius. Ideo catholice dicenduꝫ est ẽm Franciscũ de marone in quodam sermone de corpore xpi. ꝙ sub specie panis que videtur in hostia quattuor esse creduntur. Primo quideꝫ creditur ibi esse corpus xpi ex vi verborum qa verba consecrationis de solo corpore faciunt mentioneꝫ. Secundo est ibi sanguis xpi ex concomitantia immediata quia sanguis imediate disponit corpus ad vitam. Tertio est ibi anima xpi ex cõcomitantia propinqua: quia licet anima non viuificet corpus nisi mediante sanguine: tamen pertinet ad eandẽ naturã. ⁊ ideo concomitatur ipsum propinque. Quarto est ibi diuinitas verbi ex concomitantia remota. quia licet diuinitas cum tribus precedentibus faciat vnuꝫ suppositum: tñ nõ pertinet ad vnã nãꝫ. similiter etiaꝫ in calice ista quattuor esse credũtur: sed alio ordine. Primo ẽ ibi sanguis ex vi v̉boꝝ ꝓ eo ꝙ v̉ba ꝯsecrationis calicis de solo sanguine faciũt mẽtioneꝫ. ¶ Secũdo est ibi corpus ex cõcomitantia imediata: quia corpus sanguinis ẽ imediatũ receptaculũ. ¶ Tertio ẽ ibi aĩa ex cõcomitãtia ꝓpinqua. qr ptinet ad eãdẽ nãm hũanã. ¶ Quarto est ibi diuinitas ex ꝯcomitantia remota qa nõ ptinet ad eandẽ naturã: q̃uis ad ideꝫ suppositum. Et ista quattuor significauit saluator noster ibi eẽ. d. Joh. vi. Ego sum panis. per hoc dans intelligi corpus. Et subiungit: viuus. per hoc denotans animã per quã corpus viuificat ⁊ quia anima sine corporeo sanguine viuificari non potest. ideo subintelligit hic sanguis. Deinde addit: qui de celo descẽdi. propter diuinitatẽ. Quare totus xps continetur sub specie panis: ⁊ totus sub specie vini. Secundo ad ostẽdendã veritatẽ sacramenti facit auctoritas sacrorũ cõcilioꝝ. Scribitur enim eẍ de cele. mis. in. c. cum. Marthe Dicit hoc scr̃m mysteriũ fidei: quoniã aliđ ibi creditur q̃ cernatur. ⁊ aliud ibi cernit q̃ credat Species panis ⁊ vini cernit: ⁊ creditur v̉itas carnis ⁊ sanguinis xpi. Et in. c. j. de sũ. tri. ⁊ fi. ca. sic scribit. Una est fidelium vniuersalis ecclia extra quaꝫ nullus oio saluatur. in qua idẽ ipse sacerdos ẽ ⁊ sacrificiũ Jhs xps: cui⁹ corp⁹ ⁊ sanguis i sacramẽto altaris sub spẽb⁹ panis ⁊ vini veraciter continetur transubstãtiatis pane in corpus ⁊ vino in sanguiem virtute diuina: vt ad pficiendum mysteriuꝫ vnitatis accipiamus ipsi de suo quod accepit ipse de nostro. Sed ꝓpter dicta in pall̉. c. cũ marte. notanda sũt ẽm Fran. đ marõe q̃ttuor documẽta. ¶ Primũ ꝙ in hoc sacr̃o ꝓprie nõ vr̃ xps oculo corporali. qa accidentia que ibi cernunt non sunt in corpore xpi sicut in subiecto

Et si queratꝫ quare xp̄s in hoc sacramē-
to corpus suū dedit nobis velatum sub
accidētibꝰ. Respōderi pōt s̄z. Frāciscuz
vbi. s̄. ꝙ id fecit ꝓpter quatuor rationes
¶ Prīa ē ꝓpter humilitatē: vt. s. hōies
in h̄ sacramēto humiliaret̄ credentes ea
que sunt supra intellectuz. in hoc eni sa-
cramento valde necessaria est captiua-
tio intellectus in obsequiuz xp̄i. ¶ Se-
cunda ratio est propter fidelitatem: vt. s.
fides habeat meritū. quia vt Greg. dic̄
in omel̄. Fides non habet meritum vbi
humana rō prebet experimētū. ¶ Ter-
tai ratio est propter indignitatem. s. quo
ad malos qui indigni sūt clare ꝯspicer̄
corpus dn̄i ih̄u xp̄i. ¶ Quarta ratio est
ꝓpter imbecilitatē quo ad oēs: qa cla-
ritatem corporis ih̄u xp̄i nullus viator
naturaliter posset inspicere. ¶ Secun-
dum documētuz ꝙ licz ꝓprie ibi nō vi
deatur xp̄s: tamē nō errant fideles qui
dicunt dn̄m se vidisse in manibꝰ sacer-
dotis: quia nullus errat cuius v̄ba pn̄t
verificari eo modo quo verificatur scri-
ptura diuina. in qua dicitur ꝙ aliqui vi-
derunt deū oculo corpali: sic̄ de Moy
se dicit̄ ꝙ vidit dn̄m cernendo corpalez
rubum. Exo. iij. nō ꝙ ibi viderit diuini-
tatem: sed quia dn̄s assistebat illi rubo.
Et ita corpus xp̄i suo modo assistit spe-
ciebus que in hoc sacramento cernunt̄
¶ Tertiuz documentū ꝙ in hoc sacr̄o
adoratio nō est dirigēda ad illud quod
cernit̄: s̄z ad illud qd̄ credit̄ tm̄: qa illud
est dignū adoratione. ¶ Quartū docu
mentū ꝙ ante completa v̄ba consecra-
tionis hostia non est adoranda donec
eleuatur a sacerdote vel adorat̄: qa non
dum ibi constat esse corpus xp̄i. Tertio
ad ostendendā veritatē sacramēti sūt au
ctoritates sanctorū doctorū. Ex quibus
omnibus quatuor tm̄ inducemus no-
minatissimos ⁊ famosos doc. s. Ambro.
Aug. Greg. ⁊ Hilarium. Ambrosius
eni in. li. de sacramentis. ⁊ ponit̄ de ꝯse.
di. ij. in. c. panis. ait. Panis est in altari
visitatus ante verba sacramentoruz. vbi
autē accessit cōsecratio: de pane fit cor-
pus xp̄i. Et idē in. li. de officijs. ⁊ h̄r i. c.
ante benedictionez. de conse. di. ij. Ante
benedictionē alia species nominat̄. post
benedictionē corpus significat̄ Et Idez
de cōse di. ii. in. c. reuera. ait. Hoc quod
conficimꝰ corpus ex virgine est. Et idez
de cōse. di. ij. in. c. omnia. ita pulchre lo-
quitur. Omnia quecūqꝫ voluit dominꝰ
fecit in celo ⁊ in terra. ⁊ quia voluit sic fa
ctum est. Ita licet figura panis ⁊ vini vi
deatur: nihil tamē aliud q̄ꝫ caro xp̄i ⁊ sā
guis post consecrationez credenda sunt
Un̄ ipsa v̄itas ad discipulos hoc inquit
caro mea est ꝓ mundi vita. Et vt mira
bilius loquar non alia plane q̄ꝫ que na-
ta est de Maria: ⁊ passa est in cruce: ⁊
resurrexit de sepulchro. Et aug. de cōse.
di. ii. c. nos aūt. dicit. Nos autē in specie
panis ⁊ vini quā videmus: res inuisibi-
les. i. carnē ⁊ sanguinez honoramus. Et
idem in. c. non omnis. Non omnis pa
nis sed accipiens benedictionez xp̄i fit
corpus xp̄i. Et idē in ep̄la ad Hyreneū
Perfectus panis de celo: corpꝰ ē ex vir
gine. Greg. autem in omel̄. pascali. ⁊ h̄r
in. c. quid sit. de cōse. di. ij. Mysterium
fidei dicitur quod credere debes ꝙ ibi
salus nostra cōsistat. Prouidēs eni no
bis dn̄s dedit hoc sacramentum salutis
vt quia nos quottidie peccamus: et ille
iam mori nō potest: ꝑ illud sacramētuz
remissionē consequamur. Quottidie. n.
ipse comeditur ⁊ bibitur in veritate: sed
integer ⁊ viuus atqꝫ imaculatus ꝑma-
net. Et iō magnū ⁊ pauendū mysteriuz
est ꝗa aliud videtur. ⁊ aliud intelligitur.
Hilarius de conse. di. ii. c. corpus. ita lo-
quitur. Corpus xp̄i qd̄ sumitur de altari
figura est. dum panis ⁊ vinum extra vi-
detur. veritas autem dum corpus ⁊ san
guis xp̄i in veritate interius credit̄. Con
fiteri igitur debemus ⁊ indubie credere
dn̄m Iesum xp̄m in sacramēto altaris
vere ⁊ realiter contineri.

¶ Qd̄ rationibus fidelibus probari po
test ⁊ si nō demonstratiuis veritas car-
nis ⁊ sanguinis xp̄i in sacramento euka
ristie. Caplm̄. ij.

S Ecūdo ꝓbanda est veritas cor
poris ⁊ sanguinis xp̄i i sacr̄o ad
mirabili eucharistie ꝑ ratiōes:
nō qdē naturales ⁊ demonstratiuas ꝫ
fideles ac ꝑsuasiuas. Et colligi possunt
ꝓncipal'r tres.¶ P̄ria dicit distantiua.
¶ Secūda ꝯceptiua.¶ Tertia cōmu/
tatiua. ¶ P̄ria dr̄ distātiua. maior .n.
distantia est vt dicit Boñ.dis.x.q̄rti ꝑte.
ij.ar.i.q.i.inter ens ⁊ ñ ens:ꝙ̄ inter ens
⁊ ens. Si ergo de⁹ potuit de nihilo ꝓdu
cere omnia que sūt in celo ⁊ in terra cur
nō poterit mutare vnū ens in aliud ens
⁊ conuertere panē in carnē.⁊ vinū in sā
guinē? Ideo Ambro.in li.de sacr̄is ait.
De totius mūdi operibus legistis q: ip̄e
dixit ⁊ facta sunt:ipse mandauit ⁊ crea/
ta sunt. Sermo igit̄ qui potuit ex nihilo
facere quod non erat.nū poterat ea que
sūt in id mutare qđ nō erat? Nō ē.n.mi
nus dare ꝙ̄ mutare nouas naturas re/
bus.¶ Scđa rō dr̄ ꝯceptiua. Si corp⁹
xp̄i supnaturaliter ⁊ miraculose potuit a
v̄gine ꝯcipi.cur ñ poterit in sacr̄o ex mi
raculo real'r ꝯtineri? Iō ait Ambro.vbi
supra. Quid hic queris nature ordinem
in xp̄i corpore:cum preter naturaꝫ sit ip
se dominus natus ex virgine? Sed non
imerito dubitari potest vtrū nobilior sit
virtus transubstantiandi panē in carnē:
⁊ vinū i sanguinē xp̄i: virtute virginis ip
sum concipientis. Et nonnulli tenere vo
luerunt ꝙ sic.tum quia sacerdos cōficit
corpus xp̄i paucioribus verbis ꝙ̄ cōce/
perit virgo:tū q: virtus ꝯceptionis i vir/
gine terminata fuit ad corpus xp̄i passi/
bile ⁊ mortale ⁊ v̄tus ꝯsecratiōis termi
natur ad corp⁹ xp̄i ipassibile ⁊ imortale.
¶ Cōtra istos tñ sic asserētes dic̄ Boñ.
x.di.q̄rti vbi.s̄.q.ij.c.ꝙ dupl'r ē loqui đ
virtute transubstantiante ⁊ de ꝯcipiente
¶ Uno mō ꝓut sunt i suo fonte ⁊ primo
principio: vt dicatur virtus cōcipiendi.
que operata est conceptionem ꝓncipal'r
⁊ propria auctoritate: ⁊ similiter virt⁹ trā
substantiandi: ⁊ sic non est comparatio
ꝺm magis ⁊ minus in se: cum sit vna et
eadem virtus diuina non intensa nec re
missa. Sed si ipsa comparetur ad mani
festationem factam per hos effectus iu/
dicandū est ꝙ se habent sicut excedētia
⁊ excessa.licet eni vtrūqꝫ sit nobilissimū
⁊ ostendat potētiā esse sūmā.in ꝯceptiōe
tamen magis laudat̄ maiestas diuina.⁊
in transubstantiatione magis captiuatur
ratio nostra.¶ Secundo mō possum⁹
loqui de hac duplici virtute.ꝓut dicitur
coicari creature ꝺm ꝙ dicitur ꝙ virgini
data est ptās concipiendi ⁊ sacerdoti per
verbum potestas cōficiendi. ⁊ sic loquē
do simpliciter virtus ꝯcipiēdi dignior ex
cellentior ⁊ nobilior est.tum quia subie/
ctum magis nobilitat. Maius eniꝫ est
esse matrē dei ꝙ̄ esse sacerdotē:tuꝫ quia
actio est singularior ⁊ preclarior. Ma/
ius enim ē concipere ꝙ̄ conficere: quia
terminus actionis plus accipit a concipi
ente matre ꝙ̄ a conficiēte sacerdote. Ac
cepit enim a matre humanitatem ⁊ esse
In consecratione vero corꝑis xp̄i nō ac
cipit esse. Idcirco respondendum ē his
qui contrariuꝫ tenere voluere dicentes
virginē concepisse xp̄m mediantib⁹ plu/
ribus verbis ꝙ̄ sacerdos ꝯficiat. Quos
nescio si insanos aut ignorātes nominē
eo ꝙ comꝑatio ista nulla est: quia verba
sunt de necessitate ꝯsecrationis. non aūt
ꝯceptionis. Unde si sacerdos nunꝙ̄ ꝓ/
ferret verba nunꝙ̄ consecraret. Beatissi
ma autem virgo non cōcepit xp̄m ex vi
verboꝝ: sed ex merito virtutū suarū .ob
qđ posito qđ cū dixit. Ecce ancilla domi
ni obmutuisset.remanētib⁹ in ea tamen
virtutib⁹ supradictis adhuc concepisset
xp̄m.¶ Similiter male intelligūt q vir
tutē transubstantiandi hoc modo prefe/
runt virtuti concipiendi: quia illa termi/
natur ad corpus impassibile ⁊ imorta/
le.⁊c. Nam arguunt q̄si corpus xp̄i con
secratione fieret. Sed certe nō fit. Nā ñ
fit eius humanitas: quia facta est in con
ceptione.non fit gloria corporis: quia fa
cta est in resurrectione. non fit perfecta
etas.quia etas.xxx.annoꝝ spacio ē ꝑfe/
cta.vnde argumentū deficit vt diximus
quia arguit ac si faceret: ꝫ ꝑ ꝯsecratiōeꝫ

nihil nouũ fit: Sed hoc solũ fit. vt quod
erat in celo pfectũ ⁊ gloriosum idẽ sine
mutatione sui sit in sacramento virtute
transubstantiandi. ¶ Tertia rõ manu/
ducens nos vt firmiter credam⁹ corpus
xp̄i esse in sacramento altaris dicit͂ com
mutatiua. Nam legimus sepius fuisse p
diuinam virtutẽ imutatã naturaꝫ. Ideo
Ambro. in. c. reuera. de cõse. di. ij. inquit
Forte dices aliđ video quomodo tu mi
hi asseris ꝙ corp⁹ xp̄i accipiam. Et hoc
nobis adhuc superest vt probem⁹. quãtꝫ
igitur vtimur exẽplis. vt probemus hoc
non esse quod natura formauit: sed qđ
benedictio cõsecrauit: maiorẽqꝫ vim eẽ
bñdictionis ꝙꝫ nature: q̄a benedictione
etiã natura ipsa mutat͂. Uirgam tenebat
Moyses, piecit eam ⁊ facta est serpens
Rursus apprehendit caudaꝫ serpentꝫ et
in virge naturã reuertitur. Uides ergo ꝑ
phetica gr̄a bis mutataꝫ esse naturam: ⁊
serpentis ⁊ virge. Currebant egypti flu/
mina puro meatu aquarũ subito de fon
tium venis sanguis cepit erumpere. nõ
erat potus in fluuijs. Rursus ad ꝓphe
preces cruor cessauit fluminũ. aquarum
nã remansit. Circunclusus erat vndiqꝫ
populus hebreorũ. Hinc egyptijs valla
tus inde mari clausus. Uirgam leuauit
Moyses separauit se aqua: ⁊ in muroꝝ
speciem se congelauit: atqꝫ inter vndas
via pedestris apparuit. Jordanis retror
sum ꝯuersus cõtra naturã: in sui fontis
reuertitur exordiũ. Nõne claret naturã
vel maritimorũ fluctuum: vel fluuialis
cursus esse mutatã. Siciebat populus pa
trũ tetigit Moyses petrã: ⁊ aqua de pe/
tra fluxit. Nũqd nõ preter naturã opa/
ta est gratia. vt aquã vomeret petra quaꝫ
non habebat natura? Marath fluuius
amarissim⁹ erat vt sitiens popul⁹ bibere
nõ posset. misit Moyses lignũ in aquã
⁊ amaritudinẽ suã aquarum natura de/
posuit: quã infusa subito gratia tẽperauit
Sub Elyseo ꝓpha vni ex filijs ꝓpharũ
excussuꝫ est ferrũ de securi: ⁊ statĩ imer/
sum. rogauit Elyseũ qui amiserat ferruꝫ
Misit Elyseus lignũ in aquã ⁊ natauit
ferrũ: vtiqꝫ ⁊ hoc preter naturã factũ esse
cognouimus. Grauior ẽ ferri species ꝙꝫ
aquarum liquor. Aduertimus ergo ma
iorẽ esse gratiaꝫ ꝙꝫ naturã. ⁊ adhuc tamẽ
ꝓphetice bñdictionis miramur gr̄aꝫ. ꝙ
si tantũ valuit humana bñdictio vt na/
turã cõuerteret: quid dicem⁹ de ipsa cõ
secratione diuina vbi ip̄a v̄ba dñi salua/
toris operantur. Naꝫ sacramentũ istud
quod accipis xp̄i sermone cõficitur. hec
Amb. Qui in talib⁹ ⁊ similibus exẽplis
nobis ostendit quãta potest magn⁹ ⁊ ex
celsus deus: cui⁹ ptãti atqꝫ virtuti imẽse
⁊ infinite ascribũtur omnia miracula sa/
cramenti altaris.

¶ Qualiter miracula ⁊ exempla opera
ta in sacr̄o altaris, oñdũt vere ibi eẽ cor
pus xp̄i. Caplm̄. iij.

t Ertio probanda est v̄itas sacr̄i
ꝑ exempla. Naꝫ de⁹ benedictus
⁊ si nõ semꝑ qñqꝫ tamẽ ad con
fusionẽ cordiũ inflatorum multa de hoc
sacr̄o ostendit mira atqꝫ stupẽda. Inter
que illud vnũ est celeberrimũ ac memo
ria dignũ qđ euenit duꝫ scũs Antonius
de padua Arimini ꝑdicabat. Ibi nanqꝫ
hereticus q̄dã aderat: q male sẽtiebat de
corꝑe xp̄i: atqꝫ in contemptũ corꝑis xp̄i
hostias nõ cõsecratas sepius asino suo
prebebat in cibũ. Cuꝫ v̄o hoc innotuissꝫ
Antonio fidei defensori accerrimo: illũ
ad se vocatũ dure redarguit: veritateꝫqꝫ
sacr̄i ei fideliter ꝑsuasit. Cum v̄o ille per
tinax in suo sensu maneret: assereretqꝫ
asinũ suũ ꝑsepe tali cibo fore depastum:
cõuenit cum eo Antonius: vt de hoc ex
perientia fieret ⁊ ꝑ dies tres asin⁹ sine
cibo transiret. ⁊ die tertia Antoni⁹ i foro
celebrata missa. ⁊ reseruato sacr̄o illđ in
tra hostias non consecratas reponerꝫ at
qꝫ illo modo asinus famelic⁹ inuitaretur
ad pabulũ. qđ cũ factũ fuisset corã mul/
titudine maxima: animal illđ appropin
quans sponte in qua corpus xp̄i itra ho/
stias non ꝯsecratas reuerenter recondi
tũ erat ex miraculo dei cognouit domi/
nũ suũ. ⁊ caput ⁊ pedes inclinãs humil͛r
adorauit. neqꝫ cura sibi fuit de cibo: quo

Indigebat.cũq3 verberibus ab illo here tico angeret traheretur ⁊ vellet semp faciebat vt prius.ob qd̛ hereticus ille et alij q̃plurimi oi errore deposito ad veram fidẽ redierũt.Antoni⁹ aũt deo gratias referens sacr̃3 honorifice i loco debito posuit ⁊ cõseruauit.De multis etia3 comptũ est q͏ ex priuilegio spãli corpus x p̃i viderũt: aut in specie pueri :aut carnis: aut sanguinis.Qd̛ fit s3 Tho.iij.parte.q.lxvi.arti. vi.c.p imutationẽ oculorũ eoꝝ q sic vidẽt: quoru3 oculi imutant̃ ac si expresse viderent exteri⁹ carnem aut sãguinem vel pueru3 nulla trãsmutatione facta ex parte sacr̃i.Qd̛ patet ex eo quia alijs videt̃ sub spẽ panis. Nec tamen id ptinet ad aliquã deceptionem :quia talis species diuinitus format̃ in oculo ad aliquã veritatẽ figurandã: ad hoc.s.q͏ mãifestet̃ vere corpus xp̃i esse sub hoc sacr̃o sicut etiã xp̃s absq3 deceptione apparuit discipulis euntib⁹ in Emaus.Dicit eni3 August.in.li.euangelij q͏ cu3 fictio nr̃a refert̃ ad aliquã significationem non est mendaciũ :sed aliqua figura.Sũt itaq3 multa hui⁹ sacr̃i p̃clarissima testimonia que tñ oia si deessent sufficere nobis debet v̓bũ xp̃i dicent̃.Hoc est corp⁹ meũ. de q̊ dicere possum⁹ qd̛ Isaac dixit du3 filiũ tangebat. Uox qdem vox Jacob ẽ sed manus man⁹ sũt Esau. Na3 in tactu ⁊ i odoratu Esau eũ reputabat.i voce ꝟtñ Jacob cum confitebatur.Sic in h admirabili sacr̃o sẽsib⁹ nostris.s.visui odoratui. gustui.⁊ tactui accidentia panis se offerunt. sed ipsi auditui veritas carnis xp̃i.O igitur ineffabile sacramentum.o inexplicabile signum amoris ihesu xp̃i. o deniq3 triumphale priuilegium nobis exhibitũ.Non est eni aut fuit aliquando tam grandis natio: que habeat deos appropinquantes sibi: sicut adest nob de⁹ noster.Ergo omni deuotiõe qua possumus celebremus huius sacr̃i mysteria q̊ nobis adueniat gratia.⁊ tandem perennis ⁊ eterna gloria: in qua ip̃e dominus ih̃s viuit ⁊ regnat cum patre ⁊ sp̃ũ sãcto p infinita secula seculorum.Amen.

¶ Feria quarta ebdomade sancte de sacramento eukaristie: ad quod deuote suscipiendu3 fideles inuigilare debent.

Sermo .lxv.

Ecepit panem ⁊ gr̃as agens fregit ⁊ dixit. Accipite et manducate.hoc est corpus meũ: quod ꝓ vob tradet̃: hoc facite in meã cõmemoratione.Doctoris gẽtiũ v̓ba sũt ista.i. Chor. xi.c.Satis vtile ⁊ proficuu3 esse arbitratus sum.si adhuc de sacramẽto ineffabili eucharistie nõ nulla dixero: qm̃ quãto magis illius preconia fidelib⁹ inotescũt: tanto ardentius excitantur ad illius vsũ. deuotamq3 susceptionem.Idcirco preter ea q̃ dicta sũt: adhuc videbim⁹ q̃da3 nõ imerito de hoc bñdicto sacr̃o dilucidanda.ꝓponemus itaq3 tria principalia mysteria: que ap̃l's in v̓bis preallegatis explicauit ⁊ annotauit videlicet.

Primũ dicit̃ transubstantiationis.
Secũdũ manducationis.
Tertiũ consecrationis.

¶ De trãsubstãtiatiõe panis in carnẽ ⁊ vini in sãguinẽ xp̃i.⁊ de ꝯditionibus admirãdis ipsi⁹ trãsubstãtiatiõis. Capl'3.j.

p Rimũ mysteriũ annotatum ab ap̃l'o dr̃ trãsubstãtiatiõis.Quia xp̃s panẽ accipiẽs.⁊ gr̃as agẽs panẽ illũ bñdixit ⁊ ꝯsecrauit: cõuertitq3 sbam ei⁹ i sbam corpis sui: sic ⁊ in sacr̃o isto sba panis in sba3 corpis xp̃i.⁊ sba vini in sbam sanguinis ei⁹ vere cõuertit̃ Ad qd̛ pleni⁹ intelligendum q̃tuor sunt dubia declarãda.¶ Primũ vtrũ in cõsecratione sit vera transmutatio siue cõuersio panis i corp⁹ xp̃i: an panis simul maneat cũ corpe.Ad qd̛ rñdet Alex.in iiij.su.volumie.q.xxviij.mẽ.i.q͏ aliq errantes dixerunt q͏ in hoc sacr̃o nõ ẽ aliqua ꝯuersio: s3 ad ꝓlationẽ v̓boru3 sine ꝯuersione aliq̃ fit diuina v̓tute: vt corpus xp̃i sit ibi. Tamẽ hec positio est ꝯtraria scõꝝ auctoritati.vt p3.Est etiã ꝯ cõgruitate3 sacr̃i: diminuitq3 vtilitatem meriti.

Nam multiplex est ratio quare cōgruit
vt panis conuertat̄ in corpus xp̄i ⁊ ñ ma
neat' simul. Prima est vitatio idolatrie.
Si eniꝫ sub sacramento maneret panis
fortassis qñqꝫ indistincte adoraretur cū
dño. Secunda ratio est efficatior dedu-
ctio ad ip̄m xp̄m ꝯprehendendū. Spēs
eni panis que mō deducit imediate ad
dñm xp̄m comprehendendū ⁊ vescēdū
tunc mediate deduceret: quia primo de-
duceret ad comprehēsionē panis: ⁊ post
ad comprehensionē dñi. ¶ Tertia rō ē
spūalior refectio. mō eni illa refectio est
spiritualis oio: tunc esset etiam carnalis
quia tunc cibus carnalis assumeretur: ⁊
nō solum spūalis. Quarta ratio est veri
tatis insinuatio. s. vt credat̄ ꝙ sit tm̄ cibꝰ
anime: ⁊ non corporis: ⁊ ꝙ hoc cibo fit
vnio spiritualis: nō corporalis. Opinio
ad hoc pretacta minuit vtilitateꝫ meriti:
quia ponendo ꝙ accidentia non possūt
esse sine subiecto initendo rōnibꝰ huma
nis meritū fidei dīminuit. Ideo dicēdū
ꝙ tota substantia panis cōuertit̄ in sub-
stantiam corꝑis xp̄i remanentibꝰ accidē
tibus sine subiecto. ¶ Secundum du-
bium declarandū. vtrū in ista ꝯuersiōe
ānichilet̄ substātia panis. Et ad hoc rñ-
det Ri. i. iiij. di. xi. ar. i. q. iij. c. d. ꝙ ꝗ̄uis
pꝰ ꝯuersionē substātie panis in substātiā
corporis xp̄i nihil de substantia panis re
maneat. tamē quia substātia corꝑis xp̄i
in quaꝫ cōuersa est aliquid est: ānichila-
ta non est. vnde substantia panis nō est
in nichilū redacta: sed in melius cōmu
tata. s. i corpꝰ xp̄i. nō tm̄ ƀm Alex. vbi. s̄.
de pane illo accipit esse corpꝰ xp̄i: sꝫ ipsa
essentia panis sine omni mutatiōe facta
in corpus xp̄i mutat̄ in illud. Ideo Ugo.
li. ii. de sacramentis ꝑte. viij. c. ix. ait. Nō
sic corpus xp̄i in pane ꝯsecrari dicimus
vt de pane corpus xp̄i eē accipiat: nec q̄i
corpus nouuꝫ subito factum de mutata
essentia: sed in ip̄m verū corpus mutatā
essentiā. nec ip̄am substātiā panis ⁊ vini
in nihilū redactam quia desijt esse quod
fuit: sed mutatam potius: quia cepit esse
aliud qđ non fuit. ¶ Tertiū dubium de
clarandū. vtrū illa cōuersio fiat in instā
ti vel successiue. Et respondet Ricar. vbi
supra ꝙ fit in instanti. quia vt accipi pōt
a commētatore. iiij. metaph̄. Ōis succes
sio in mutatione causat̄ vel ex resistētia
mobilis ad motorē: vel medij ad moto
reꝫ. vel ratione vtriusqꝫ. ⁊ puto ꝙ sub re
sistentia ipsius medij debeat comprehē
di diuisibilitas spacij per compationem
ad limitationē virtutis in motore. vnde
ꝗ̄uis corporale mediū āgelo ñ resistat:
tamē quia limitate virtutis est: nō possꝫ
se transferre ab oriente in occidentē per
transeundo spacium in instanti. Uirtus
aūt conuertens substantiā panis in cor-
pus xp̄i non est limitata. Illa enim con
uersio fit per virtutē diuinā. que infinita
est. Nec sibi resistit substantia panis: qa
tota natura ꝑfecte subdit̄ virtuti diuine.
Nec est aliquod medium per quod ista
conuersio fiat. hoc eni nō habꝫ locū ꝓ-
prie loquendo: nisi de mutatione locali.
Paneꝫ eni nō esse corpus xp̄i nihil po
sitiuū dicit: ⁊ tamen si esset mediuꝫ non
oporteret ꝙ causaret successionē in dina
operatione. Deus eni vnū lapidē trans-
ferre posset ab oriente in occidenteꝫ per
totū mediū in instanti. Non eni oportet
ꝙ diuisibilitas medij causet successionē
in mutatione: nisi cum hoc mutans sit
limitate virtutis. ¶ Quartum dubium
declarandū vtrū virtus transubstantia-
tiua principalius respiciat sacerdoteꝫ ꝗ̄
v̓ba. Et rñdet Ric. di. viij. q̄rti ar. iij. q.
iij. c. ꝙ v̓tus ꝑdicta ꝑncipaliꝰ respicit sa-
cerdotē: quia quādo dñs operat̄ aliqueꝫ
effectuꝫ mediante instrumēto animato
cuiusmodi est seruus ƀm ph̄m pº po
liticorū: ⁊ inanimato. virtꝰ dñi principa-
lius respicit instrumētū aīatū ꝗ̄ inaīatū
In transubstantiatione autem sacerdos
se habet sicut instrumētū aīatū: ⁊ verba
sicut inaīatū. iō virtꝰ dñi ꝑncipaliter ope
rantis principalius respicit sacerdotem
ꝗ̄ verba. Secunda ratio est. quia quan
do plura instrumēta ꝑ ordinē se habētia
concurrunt ad eundē effectū: vt manus
⁊ penna ad scripturā. virtus principalis

motoꝛis pꝛincipalius reſpicit illud inſtru
mentuȝ qđ eſt ſibi pꝛopinquius ⁊ mediā
te quo aliud inſtrumentū moueť. vnde
virtus ſcribētis pꝛincipalius reſpicit ma
nū ꝗ̄ȝ pennā. Ad tranſubſtantiationem
aūt concurrūt plura inſtrumenta per oꝛ
dinem ſe habentia. ſ. ſacerdos ⁊ verba:
quoꝛū ſacerdos eſt ꝓpinquioꝛ pꝛincipali
agenti: quia ſibi eſt ſimilioꝛ: ⁊ eius repꝛe
ſentat perſonā. Eſt etiā ꝓlationis v̓boꝛuȝ
cauſa. ideo v̓tus tranſubſtantiatiua pꝛin
cipaliꝰ reſpicit ſacerdotē ꝗ̄ȝ v̓ba. ¶ Ter
tia rō eſt qa virtꝰ trāſubſtantiatiua ſacer
dotē reſpicit ꝑmanentē rōne caracteris
qui in ſacerdote ꝑmanet. v̓ba autē ſicut
ſunt tranſeuntia reſpiciūt trāſeūtē nō per
aliquē trāſituȝ ex parte virtutꝭ: ꝓut eſt in
pꝛincipali agente: ſed ꝑ tranſitū ipoꝛum
v̓boꝛum. ſꝫm quid tamen pꝛedicta virtꝰ
reſpicit pꝛincipalius verba ꝗ̄ȝ ſacerdotē:
inꝗ̄ȝtum verba magis de pꝛopinquo ſe
habent ad effectū ꝗ̄ȝ ſacerdos. ſꝫm queȝ
modū etiā dici poteſt ꝙ virtus ſcribentꝭ
pꝛincipalius reſpicit pennam ꝗ̄ȝ manuȝ.

¶ De multiplici manducatiōe coꝛpoꝛis
xp̄i: ⁊ de dubijs que circa illā haberi poſ
ſunt. Caplm̄. ij.

ſ Ecūduȝ myſteriū qđ annotauit
apl̄us in themate diciť mandu
cationis: aſſerens qđ xp̄s dixit.
Accipite ⁊ manducate hoc ē coꝛpꝰ meū.
Ad quod pleniꝰ intelligenduȝ quattuoꝛ
ſunt dubia declarāda. ¶ Pꝛimū quot
ſunt modi manducandi coꝛpus xp̄i. Et
rn̄det magr̄ in. iiij. di. ix. ꝙ ē duplex vnꝰ
ſacr̄alis: aliꝰ ſpūalis: q̄ diſtictio ſꝫm Boñ.
arti. i. q. i. c. oꝛitur vno mō a diſpoſitione
ſumentiū quia quidaȝ accedūt male diſ
poſiti: ⁊ hi manducant ſacramentaliter
quidā bene: ⁊ hi ſpūaliter. Secundo ac
cipitur a modo ſumendi: qa quidā ſuſci
piūt oꝛe coꝛpoꝛis: ⁊ n̄ coꝛdis. ⁊ hi ſacr̄ali
ter. Quidaȝ v̓o oꝛe coꝛdis. ⁊ hi ſpūaliter
Comedere igitur ſacr̄m ſpūaliter ē illud
ſuſcipere cū fide infoꝛmata caritate. Co
medere aūt ſacr̄aliter eſt illud ſuſcipere
cum fide ſine caritate. Qui manducant
ſacramentaliter: tm̄ ſuſcipiunt ſacr̄ȝ: ſed
nō effectū illius. Qui v̓o mādu cāt ſpūa
liter effectū gr̄e ꝯſequūť. ¶ Scđȝ dubi
um. vtrū mali ſumāt coꝛpꝰ xp̄i veraciter
Et rn̄det Tho. iij. ꝑte. q. lxxx. arti. iij. c. ⁊
Boñ. i. iiij. di. ix. ar. ij. q. i. ꝙ circa h̄ qdā
antiqui errauerunt dicentes ꝙ coꝛpꝰ xp̄i
vex a malis nō ſumiť: qa nō decet tātā
maieſtatē ⁊ carnē tam ſcām ⁊ puram in
coꝛpus peccatis ſubdituȝ introire. Ideo
aſſerebāt ꝙ coꝛpus xp̄i verū a ſpeciebus
abſcederet. ex quo peccatoꝛ ipſū labijs ⁊
oꝛe polluto ꝯtingeret. Sȝ hoc ē erroneū
eo ꝙ manentibꝰ ſpēbus coꝛpus xp̄i ſub
eis eſſe nō deſinit. Species auteȝ manet
ꝗ̄ȝdiu ſb̄a panis maneret: ⁊ ſibi adeſſet.
Manifeſtū eſt aūt ꝙ ſb̄a panis aſſum
pta a pctōꝛe nō ſtati eē deſinit: ſȝ manet
ꝗ̄ȝdiu ꝑ caloꝛeȝ n̄alem digerať. Vn̄ tam
diu coꝛpꝰ xp̄i ſub ſpēbꝰ ſacr̄alibꝰ manet
etiā a pctōꝛibꝰ ſumptū. Quare doc. oēs
dicūt ꝙ pctōres veraciter ⁊ ſacr̄alr̄: licet
nō ſpūalr̄ coꝛpꝰ xp̄i ſuſcipiāt qđ cātat ec
clia in ꝓſa in feſto coꝛpoꝛis xp̄i dicens.
Sumūt boni: ſumūt mali: ſoꝛte tn̄ ieq̄li
vite vl̄ interitꝰ. ⁊ Aug. ſuꝑ Jo. ait. Mul
ti de altari accipiūt: ⁊ accipiēdo moꝛiunť
Ad idē ē. c. ſicut Judas. c. ⁊ ſācta. de cō
ſe. di. ij. ¶ Tertiū dubiū vtrū pctōꝛ q cū
certa ſcīa in pctō ſumit coꝛpꝰ xp̄i: ſumat
illđ dānabilr̄. Et ꝙ ſic pȝ ꝑ dictū apli. d.
ꝙ iudiciū ſibi māducat ⁊ bibit. qđ nō ē
ſꝫm Boñ. qꝛ ipȝ coꝛpꝰ aliquā maculā det
aie: ſȝ qꝛ pctōꝛ ipm cōtēnit dū ſe ꝑpare
n̄ vult ⁊ mūdare. Sed aliqs obijcere ꝑt
ſi manducare coꝛpꝰ xp̄i cū pctō pctm̄ ē
ergo a ſili ⁊ videre. ergo q̊cūꝗ̄ȝ exn̄s
in pctō moꝛtali videt coꝛpus xp̄i peccat
moꝛtalr̄. Rn̄det Tho vbi. ſ̄. ad. iiij. ar. ⁊
Boñ. vbi. ſ̄. q. ij. ad vltimū ꝯtra. ꝙ viſuſ
nō ꝑtingit ad ſb̄am coꝛpoꝛis xp̄i: ſȝ ſolū
ad ſpēs ſacr̄ales: ſȝ ille q manducat nō
ſolū ſumit ſpēs ſacr̄ales: ſȝ etiā xp̄m qui
ē ſub eis. ⁊ iō a viſiōe coꝛporiſ xp̄i nullꝰ
baptiçatus ꝓhibeť. nō baptiçati aūt non
ſunt admittēdi: etiā ad inſpectionē huiꝰ
ſacr̄i. vt pȝ ꝑ Diony. in lib. ange. hierar.
ſed ad manducatiōnē n̄ debent accedeť
niſi illi qui bn̄ diſpoſiti ⁊ mundati ſunt.

quare non est simile videre ⁊ sumere h̄
sacramentū. ¶ Quartū dubiū est. vtrū
accedere ad hoc sacramentū cū cōscia
peccati sit grauissimū omniū peccatorū
Et qbusdaʒ vr̄ ꝙ sic. Primo quia glo.
sup illud .i. Cor.xi.c. Qui manducaue-
rit ⁊c. De indigne manducante ait. ac si
xp̄m occiderit puniet̄. sʒ pctm̄ xp̄m occi
dentiū vr̄ fuisse grauissimū. ergo ⁊ hoc
pctm̄. Scd̄o arguunt: quia Hiero. dicit
in quadā ep̄la. Quid tibi cū feminis qui
ad altare cum dn̄o fabularis? Dic sacer
dos dic clerice qualiter cū eisdem labijs
filiū dei oscularis: quibus osculatus es
filiā meretricis? O Juda osculo filium
hominis tradis. Ex quibus verbis videt̄
ꝙ fornicator accedens ad mensam Xp̄i
peccat sicut peccauit Judas pctō enor-
mi ⁊ grauissimo. Rn̄det tn̄ Tho. vbi. s̄.
ar.v. ꝙ aliquod pctm̄ potest dici grauiꝰ
alio dupliciter. vno modo ꝑ se. alio mō
ꝑ accidens. Per se quidē ꝓm rōneʒ sue
speciei: que attendit̄ ex ꝑte obiecti. ⁊ ꝓm
hoc quāto id ꝯ qd̄ peccat̄ est maiꝰ. tanto
peccatū est grauius. ⁊ quia diuinitas xp̄i
est maior humanitate ipsius: ⁊ ipsa hu-
manitas est potior q̄ʒ sacr̄a humanitat̄
Jnde est ꝙ grauissima peccata sunt que
cōmittunt̄ in ipsam diuinitateʒ: sicut est
peccatuʒ infidelitatis ⁊ blasphemie. Se
cundario auteʒ sunt grauia peccata que
cōmittunt̄ in humanitatem Xp̄i. Tertio
aūt loco sunt peccata que cōmittūtur ꝯ
sacr̄a que ꝑtinent ad humanitatem Xp̄i
Et post hoc sunt alia peccata ꝯtra puras
creaturas. Per accidens aūt vnū pec-
catū est grauius alio ex parte peccantis:
puta peccatuʒ quod est ex ignorātia vel
infirmitate leuius ē pctō qd̄ ex cōtēptu
vel ex certa scientia. Et eadeʒ ratio est de
alijs circūstantijs. Scd̄m hoc ergo coi-
care in pctō mortali in quibusdam pōt
esse grauius: sicut in his qui ex actuali
ꝯtēptu in cōscia peccati ad hoc sacr̄m
accedunt. Jn quibusdā ṽo minus graue
puta in his qui ex quodā timore ne de-
prehendantur in pctō cū cōscia pcti h̄
sacramentum suscipiant. Sic ergo patet
ꝙ hoc pctm̄ ē multis alijs grauius ꝓm
suā speciē: nō tn̄ oīuʒ grauissimū. ¶ Ad
primū ergo dicendū ꝙ peccatū indigne
sumentiū hoc sacr̄m cōpatur peccato
occidentiū Xp̄m ꝓm similitudinem. qa
vtrūq̧ cōmittit̄ cōtra corpus xp̄i. nō tn̄
ꝓm criminis quātitatē. Pctm̄ eniʒ occi
dentiū Xp̄m fuit multo grauius. Prio
quidē quia illud peccatū fuit contra cor-
pus Xp̄i in sua specie propria: hoc aūt ē
contra corpus Xp̄i. in specie sacramenti
Secundo quia illud peccatū ꝓcessit ex
intētione nocendi Xp̄o. nō aūt h̄ pctm̄.
Similiter fornicator accipiens corpus
Xp̄i cōpat̄ Jude osculāti Xp̄m q̄ʒtū ad
similitudinē criminis: quia vterq̧ ex si-
gno caritatis Xp̄m offendit. non tamen
q̄ʒtum ad criminis quātitatē. Hec tamē
similitudo non minus cōpetit alijs pec-
catoribus q̄ʒ fornicatoribus. nam ⁊ per
alia peccata mortalia agit̄ ꝯtra caritateʒ
Xp̄i. cuiꝰ signū est hoc sacr̄m: tanto ma
gis quāto peccata sunt grauiora. Scd̄ʒ
qd tn̄ peccatum fornicatiōs magis red
dit hominē ineptū ad ꝑceptionē huius
sacramenti. in q̄ʒtū. s. ꝑ hoc peccatū spūs
maxime carni subijcit̄. ⁊ ita impedit̄ fer-
uor dilectionis qui requirit̄ in hoc sacr̄o
Plus tamē ponderat ipedimentū ipsiꝰ
caritatis q̄ʒ feruor eius. vnde etiam pec
catum infidelitatis. quod funditꝰ sepat
hominē ab ecclesie vnitate simpliciter lo
quendo maxime hominē ineptū reddit
ad susceptionē huius sacramenti. vnde
grauius peccat infidelis accipiens hoc
sacramentū q̄ʒ peccator fidelis. ⁊ magis
contemnit Xp̄m ꝓm ꝙ est sub hoc sacr̄o
presertiʒ si nō credat Xp̄m vere sub hoc
sacramēto esse. qa q̄ʒtū ē in se diminuit
sanctitatē huius sacr̄i: ⁊ virtutē Xp̄i ope
rantis in hoc sacramento: quod est con
temnere ip̄uʒ sacramentū in seipso. Fi-
delis auteʒ qui cum conscientia peccati
sumit contemnit hoc sacramentū nō in
seipso. sʒ q̄ʒtū ad vsū indigne accipiens.

¶ De potestate cōsecrandi concessa sa-
cerdotibus rite ordinatis ꝓm formam

ecclesie: qui soli conficere possunt.

Caplm. iij

t Ertium mysteriū qđ aplus annotauit dicitur consecrationis. ibi. Hoc facite in meā ɔmemorationem. In quibus verbis ſm Fran. data fuit potestas ɔsecrandi aplis: qui vt dictū est in precedentibus fuerūt tunc a xpo ordinati sacerdotes. Sed hic quattuor dubia adhuc occurrunt aperienda. ¶ Primū vtrū angeli hēant ptātē ɔsecrādi. Et rñdet Alex. in. iiij. q. xxxv. mē. i. ꝙ nō. eo ꝙ deus talem potestatē ipsis nō dedit. ⁊ hoc ɔgrue. Primo qa virtꝰ transubstantiandi elementum in corpus xpi. ⁊ sanguinē data est verbo sensibili vnde cuius est proferre verbū sensibile eius est ministerialiter mediante verbo tali consecrare. Inquit eni Aug. i. q. i. in c. detrahe. Accedit verbū ad elementū ⁊ fit sacramentum. ¶ Secunda ratio ē qa si sacra ministrarent homini p angelos. esset homo in sua reparatione subiectus angelice nature: ⁊ sic non esset per xpm solū restitutus in pristinā dignitatem. ¶ Secundum dubiū. vtꝝ aliqs ñ sacerdos possit consecrare. Et rñdeo ꝙ non. imo si omnes hoies mundi nō sacerdotes essēt sancti ⁊ iusti: ⁊ p annos ⁊ annos dicerēt verba ɔsecrationis super debita materia cum intentiōe cōsecrandi nunqꝫ consecrarent. Ideo scribitur đ sū. tri. ⁊ fi. ca. c. i. Hoc vtiqꝫ sacramentū nemo potest conficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus ſm claues ecclesie. quas ipse concessit aplis eorūqꝫ successoribus ihs xps. ⁊ ecclia cantat sic sacrificium istud instituit. cuius officium committi voluit solis presbyteris quibus sic ɔgruit vt sumant ⁊ dent ceteris. Et. xxv. di. in. c. perlectis. dicit. Ad presbyterum pertinet sacramentū corporis ⁊ sanguinis dñi in altare dei cōficere. ¶ Tertiū dubiū. vtrū sacerdotes mali ⁊ peccatores possint consecrare. Et rñdet Bona. in. iiij. di. xiij. ꝙ sic. quia officiū consecrādi non est ex propria sanctitate: vt quidam heretici dicunt: sed ex auctoritate. Tho. vo in. iij. par. q. lxxxvij. ait. Nō ex hoc ipo aliqs desinit eē minister xpi ꝙ ē malus: quia dñs habꝫ bonos ⁊ malos ministros. qui cum auctoritatē habent consecrandi: consecrare possunt. Unde Augu. i. q. i. c. intra. ait. Intra catholicā ecclesiā in ministerio corporis ⁊ sāguinis dñi: nihil a bono maiꝰ: nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia nō i merito cōsecrantꝭ: sed in ꝟbo pficit creatoris ⁊ in virtute spūs sancti. Ad idem est. c. vt euidēter. c. pphā. c. cum scriptura. c. mlti seclariū. ⁊. c. sacerdotes. ¶ Quartū dubiū. vtrū sacerdotes heretici scismatici. excōicati vel degradati possint conficere. Et rñdet Boñ. in. iiij. di. xiij. ar. i. q. i. c. ꝙ aliq voluerūt distiguere ꝙ sacerdotes mali qdā occulte sūt mali: ⁊ tales possūt ɔsecrare. Alij vo sūt manifeste mali ⁊ ab ecclesia pcisi: sicut heretici: ⁊ alij pdicti: ⁊ tales non possunt. Et ad hoc allegant dictum Augu. i. q. i. c. extra catholicam. Extra catholicam ecclesiam nō ē locus veri sacrificij. Et Hieronimus in c. odit. qui dicit. Odit dominus sacrificia hereticorū: ⁊ a se proijcit ⁊ quotiens in nomine eius congregati fuerint detestatur fetorē eoꝝ. ⁊ claudit nares suas. Habent etiam ibi. c. non oportet. Sed tamē positio ista falsa est: vt patebit. Ideo dicendum ⁊ melius ꝙ sacerdotes omnes prenominati cōsecrare pñt: qꝛ ptās ɔsecrādi eucharistiā vt ingt Tho. pte. iij. q. lxxxij. ar. i. c. ⁊ oēs theologi ptinet ad caracterē sacerdotalis ordinis. Caracter autē indelebilis est. Ideo dicendum ꝙ in sacramento duo attendūt. s. sacramēti veritas que consistit qꝫtum ad rem primam: ⁊ sacramenti vtilitas: que consistit qꝫtum ad rē vltimam: que est incorporatio vel vnio: qꝫtū ad corpus mysticū. Si de veritate sacramenti loquamur veritas saluatur vbi ex parte ministri est ordo ⁊ intentio. ⁊ verbi prolatio: cū adest debitum elementum. Si aūt loquamur qꝫtum ad vtilitatē. dicendū ꝙ sacerdos bonꝰ cōficit ad vtilitatē suā ⁊ assistentiū

Malus occultus ad damnũ suum tñ: nihilominus ad vtilitatẽ assistentiũ qui deuote audiũt missam. Sed precisus ⁊ hereticus ad damnationem suã. ⁊ oium assistentiũ. Quia ergo in precisis ⁊ hereticis manifestis priuatur sacramentum omni fructu: Quis sit ibi corp⁹ xp̃i verꝫ. Ideo loquũt sacri canones ipsoꝝ sacrificia detestantes nõ rõne opati opis: ſꝫ dãni: Ri. ꝟo i. iij. ar. i. q. i. c. dicit ꝙ ꝓfatos sacerdotes posse hoc sacrificiũ cõficere itelligit dupliciter. aut de iure: aut de facto. Pmo modo ñ omnis sacerdos potest hoc sacramentũ cõficere: qa nec irregularis nec suspensus: nec interdictus: nec excõicatus: nec scismaticus: nec hereticus: nec degradatus ħ sacr̃m potest de iure ꝯficere: q: cuilibꝫ ꝓdictoꝝ prohibit⁹ est potestatis sacerdotalis vsus vnde conficiendo grauissime peccant. Secundo modo scilicet de facto quilibꝫ ipsoꝝ potest vt predictũ est. Cõsiderẽt itaqꝫ laici quanta est sacerdotalis dignitas: quanta sacerdotibus data est ptãs. Non sint ipsi sacerdotum iudices: ⁊ ex consequenti sacramentoꝝ contemptores. de quo plenius diximus in opere de virtutibus. Venerentur ⁊ colant illos vt patres: vt dominos ⁊ tanti sacramenti ministros. Preparent se omnes cũ omni humilitate ⁊ reuerentia ad sacrã coionem de illorum manibus suscipiendaꝫ. Ipsi ꝟo sacerdotes studeant pro virib⁹ nitorem mentis ⁊ anime conseruare viuereqꝫ munde ⁊ caste: vt sic digne conficere possint ⁊ dispensare fidelibus absqꝫ proprio detrimento: imo cum merito ⁊ benedictione dei sacratissimuꝫ corp⁹ filij eius domini nostri ihũ xp̃i: qui est benedictus ⁊ laudabilis per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria quinta in cena domini. de exẽplis a christo nobis exhibitis: in quibus eum sequi debemus ⁊ precipue tempore sacre eucharistie communionis.

Sermo. lxvi.

Xemplum

eni dedi vobis vt quẽadmodũ ego feci: ita ⁊ vos faciatꝫ. Pijssimi iesu ꝟba sũt ista Jo. xiij. c. ⁊ in euangelio hodierno. Suscepturi sanctissimũ sacramẽtũ hodierna die vł in ꝓxima solemnitate pascali diligenter ac sollicite inuigilare debemus: vt ad illõ accedamus cum omni mundicia: puritate ac reuerentia. Id autem facere poterimus si voluerim⁹ imitari exempla virtutum: que docuit nos ipse xp̃us in vltima sua cena. In illa nanqꝫ docuit nos omnes quid coicando essemus facturi. Idcirco in presenti sermone pro morali declaratione euangelij de exemplis moralibus spiritualiter in eo contentis: ⁊ a dño ihũ xp̃o nobis oblatis erimus tractaturi: quoniaꝫ ad illa xp̃s ih̃us nos in verbis in themate premissis inuitat. In quibus totum euangelium hodiernum cõplectendo septem exempla deuotissima declarabimus.

Primũ dꝫ memorande mortalitatis.
Secundũ ꝯsumande caritatꝫ.
Tertiũ tolerãde aduersitatis.
Quartũ ꝯtemnẽde prosperitatis.
Quintũ obseruande castitatis.
Sextũ exercende humilitatis.
Septimũ desiderande felicitatis.

¶ Qualr̃ xp̃s docuit nos exemplo suo memores esse mortis acerbissime: quaꝫ ꝓ nob̃ pctõrib⁹ ex caritate ⁊ amore patientissime tollerauit. Caplm̃. j.

P Rimum exemplum quod xp̃s nob̃ exhibuit dicit memorãde mortalitatis. Ipse etenim memor erat mortis sue: quod euangelista exprimit. d. Ante diem festũ pasce sciẽs ih̃us quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Pro quoꝝ verboꝝ declaratione tria sũt notanda. Primũ quid ꝑ hoc nomẽ pascha intelligat. Et ad hoc sic dicit Augu. sup Jo. Pascha nõ sicut qdaꝫ estimãt grecũ nomẽ est, sed hebreum. Opportunissime tamẽ

occurrit in hoc noie quedã congruentia vtrarũq3 linguarũ. Quia eni pati grece paschi dicit. ideo pascha passio putata ẽ. vel hoc nomen a passione sic appellatu3 In sua do lingua hoc est in hebrea pascha transitus dicitur: propterea q tunc primum pascha celebrauit populus dei qñ ex egypto fugiẽs rubrũ mare pertrãsiuit. ₰m autem Nico. de lira dicebatur pascha iudeorũ transitus: eo q tunc angelus transijt p egyptũ interficiẽs primo genita egyptiorũ. ⁊ filios israhel saluãs ¶ Secundum notandum q paschale festu3 apud iudeos incipiebat a vespera diei in qua luna erat. xiiij. Dies autẽ festiuus apud eos incipit a vespera vnius diei. ⁊ durat vsq3 ad vesperam sequẽt diei Unde Leuit. xxiij. c. dicit a deo. A vespe vsq3 ad vesperu3 celebrabitis sabbata vestra. ⁊ sic dies pasche solemnis erat luna xv. propter quod eundem diem quẽ Joannes noiat. ante diem festu3 pasche pp naturalẽ distinctionẽ dierum. Marcus nominat primũ diem azimorum: quia a vespe pcedentis diei incipiebant comedere azima. Quare ₰3 Hiero. omnesq3 theologos. dis. xi. quarti. tenendum ẽ q ihs fecit cenã luna. xiiij. ⁊ passus est luna existente. xv. ¶ Tertiu3 notandũ q sicẽ xps recordabat mortis de proximo sibi iminentis: ita ⁊ qui vult coicare morte3 xpi ad suam mentẽ reuocare debet. hoc docuit aplus cũ dixit. i. Cor. xi. Quotiẽscunq3 manducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis: morte3 domini annunciabitis donec veniat.

¶ Qualr xps nos docuit exẽplo suo vt memores sim⁹ imẽse caritatĩ sue: q̃ nos dilexit. Capl'm. ij.

Ecũdũ exẽplu3 qd docuit nos xps dicit ꝯsumande caritatis. s. de quo euangelista scribit: Cu3 dilexisset suos qui erant in mundo: in finem dilexit eos. i. ₰m glo. maiora signa dilectionis ostẽdit. Dilexit naq3 domin⁹ seruos suos iustos ⁊ sanctos: reos ⁊ peccatores: pro eis patiendo ⁊ moriendo Ob quod Hieronimus ad Damasum papam de filio prodigo ait. Que maior potest esse clementia: q̃ vt dei fili⁹ hois putaret: decẽ mẽsium fastidia sustineret partus expectaret aduentũ. per singulas adolesceret etates: ⁊ post ꝯtumelias vocũ allapas ⁊ flagella crucis. pro nobis fieret maledictus: vt nos a maledicto legis absolueret? Et aplus Ro. v. inquit. Cõmẽdat suam caritatem deus in nobis: qm̃ cum adhuc pctõres essemus: xpus pro nobis mortuus est: Si ergo xpus tm̃ dilexit nos: vt sanguinẽ suũ ⁊ vitam daret pro nobis: nos debemus ⁊ illu3 diligere ac pro eius amore ꝓximorũ odia deponere. An nõ heretici vel ingrati habẽdi sunt illi qui xpm nõ diligunt. pro qbus mori dignatus est? Propterea scribitur sic de conse. di. ij. in. c. iterat. Semp xpi mors per seculi vitã posteris ẽ nũciãda vt discant qua caritate dilexit suos qui. p eis mori dignatus est. Cui omnes debemus vicem rependere caritatis. quia ad hoc prior dilexit nos cum essemus gehẽne filij: vt eum diligeremus a morte iã liberati. Et Cassio. in li. de dilectiõe dei ait alloquens animam sic. Audi anima mea ⁊ auribus pcipe diuinã clementia3 Quis abyssu3 tam ineffabilis grẽ considerauit? Quis de fonte tante dulcedinis gustauit ⁊ nõ amauit? Quare non diffũdis in deum vniuersos affectus quos dirigis ad vanitates ⁊ isanias falsas? Cur queso diligis aliquid preter illum qui ta3 benigne: tam misericorditer a tot miserijs te redemit? Jugi scrutinio ⁊ assidua meditatione reuolue qualiter vnigenit⁹ dei patris cum esset splendor ⁊ figura substantie eius post exinanitionem vsq3 ad formam serui. post lachrymas post labores: post sudores. post cõtumelias. post flagella. post sputa. post liuores post coronam spineam: pro te affixus in cruce quandoq3 pependit. Manus eleuabat ad patrem in sacrificium vespertinum: vt te ad amplexus amicabiles inuitaret Uide anima mea ne ingrata sis in tanto cumulo beneficiorum. Jngratitudo eni est' peremptoria salutis. hec ille. Quãdo

ergo xp̄s conspicit hoīem q̄ non diligit
conquerit̄ de illo. vt Augu. inq̄t in lib. ꝯ
v. hereses. d. Cū essez vnicus patris mei
reconciliaui te. cū inter montes ⁊ siluas
errares quesiui te. humeris meis porta-
ui te. laboraui. sudaui. caput meū spinis
apposui. man⁹ meas ⁊ pedes clauis ob-
ieci. lancea latus meuz apui: vt te mihi
copularem: ⁊ tu diuideris a me?

¶ Qualiter xp̄s nos exēplo suo docuit
aduersa libenti aīo tolerare: ⁊ in tribula-
tionibus esse patientes. Caplm̄. iij.

t Ertiuz exemplū qđ nobis xp̄us
dedit dicit̄ tolerande aduersitat̄.
Tolerauit enim Judam prodi-
torem suum equo ⁊ patienti animo. quē
in cena retinuit: coīcauitq̄z eum cū alijs
discipulis: ne eius pctm̄ occultū faceret
manifestum. vt habet̄. i. q. i. in. c. xp̄us. ⁊
hoc euangelista expressit cū dixit Et ce-
na facta. s. q̄tum ad esum agni pascalis
non tamen cōpleta q̄tū ad alia cibaria.
Sequit̄: cū diabolus iam misisset in cor
vt traderet euz Judas Simonis scario-
tis. s. ſm Nicolaum de lira: quia die pre
cedenti eum vēdiderat suggestione dia-
boli hanc ꝑditionē in cor ipius mitētis.
Sequitur tex. Sciēs quia omnia dedit
ei pater in manus: ⁊ quia a deo exiuit. ⁊
ad deū vadit. Que v̄ba exponēs Greg.
iiij. moral. ait. Sciebat. n. q̄ i manu sua
ipsos etiā ꝑsecutores accepat: vt ipse in se
ad vsuz pietatis intorqueret quicquid eo
rum contra se malitia permissa seuiret.
O quanta erat patientia ⁊ longanimitas
benedicti ih̄u christi: quando in cena il-
la respiciebat proditorem: videbatq̄z cor
eius malignū. ⁊ tamē nō eijciebat eum:
nō ostendebat sibi turbulentaz faciē: nō
inferebat contumelias illi ⁊ conuicia: sz
modis omnibus mansuetissimis q̄tuz
in se erat: querebat reuocare illuz a cogi
tatu maligno. O patientia inuictissimi xp̄i
ih̄u benedicti. Hanc docuit nos verbo
cum dixit Luc. xxi. In patientia vestra
possidebitis animas vestras. Et Mat.
v. Beati qui ꝑsecutionē patiunt̄ propter
iusticiā: quoniā ipsorū est regnū celoruz

De patientie autē laudibus multa dicta
sūt a nobis in opere de virtutib⁹. iō pau-
ca hec sufficiant.

¶ Qualr̄ xp̄s nos exēplo suo docuit cō
tēnere ꝓspera mundi hui⁹. ⁊ ne in illis fi
duciam hēamus. Caplz. iiij.

q Vartū exemplum qđ xp̄s nobis
dedit fuit ꝯtemnende ꝓsperitat̄
De quo euangelista scribit. Sur
git a cena ⁊ ponit vestimenta sua. i. depo
nit. ꝑ hoc inuens deponendū esse omnē
seculi huius affectū: neq̄z cōfidendū eē
in bonis p̄ntis vite. Quod Hiero. dixit
sic scribens in epl̄a ad Exupantium. Si
fieri pōt imitare Joseph. ⁊ Egyptie dn̄e
pallium derelinque. nudus xp̄m nudum
sequere. Nec soluz a xp̄o eiusq̄z sanctis:
verū etam a gentilibus sepe monemur
vt hui⁹ vite gaudia paruipendamus: re-
spuamusq̄z omnia bōa eius. Vnđ ⁊ Se
neca ad Lucillū ait. Noli huic tranquil
litati confidere. Et iterum ad eundem.
Clamo vitate que vulgo placent qui ca-
sus ad oē fortuitū bonū suspiciosi paui-
diq̄z subsistite. Et fera ⁊ piscis sepe aliqua
oblectatione decipit̄: munera ista fortu-
ne puratis: insidie sunt. Quisqs vestruz
tutam agere vitam volet. ista fiscata be-
neficia deuitet q̄plurimū: in quib⁹ hoc
quoq̄z miserrimi fallimur: quod dū ha-
bere putam⁹ in ꝑcipitia cursus iste dedu
cit: ⁊ hui⁹ eminētis vite exitus cadere ē.

¶ Qualiter xp̄us exemplo suo nos do
cuit obseruare ⁊ custodire sibi valde ac-
ceptā virtutē castitatis.

Caplm̄. v.

q Vintū exēplū a xp̄o nobis da-
tum fuit obseruande castitatis.
Quod euāgelista explicauit cuz
dixit. Et cum accepisset lintheū precin-
xit se. Nos etiā lumbos ꝑcinctos habet̄
debemus. ſm illud Luce. xij. Sint lūbi
vestri ꝑcincti. Que v̄ba exponēs Greg.
in omelia ait. Lumbos eni precingim⁹
cum carnis luxuriam per cōtinentiam
coartamus. Sed vt dicit Augu: quem
allegauim⁹ in sermōe de luxuria. Inter

omnia xp̄ianorū certamina duriora sūt prelia castitatis: in quibus quottidiana ē pugna ⁊ rara victoria. O quanta multitudo damnat̄ pp vitia carnis. Ecquis explicet quot sunt illi qui vt persistant in miserijs ⁊ turpitudine confiteri ⁊ coicare postponūt. Quis etiā enumeret quot inueniuntur qui post perpetrata nefandissima ⁊ fetidissima peccata carnalia: p̄ verecundia illa non confitētur. ⁊ sine vera emendatione conscientie accedūt ad sacram cōionem. O infelix conditio talium sic facientium: qui iudiciū dei mā ducant ⁊ bibunt.

¶ Qualiter xp̄s exemplo suo nos docuit vt hūilitatis exercitia non recusem⁹

Caplm̄. vi.

Extum exemplum quod Xp̄s
ſ nobis tribuit dicit̄ exercēde humilitatis. De quo euāgelista subdit. Deinde misit aquam in peluim: ⁊ cepit lauare pedes discipulorum: ⁊ extergere lintheo quo erat precinctus. O qd erat videre regem angelorū: ⁊ dn̄m celi ⁊ terre genuflexū ante pedes discipulorum: ⁊ manibus proprijs contrectātē ⁊ lauantez pedes illos sordidos ⁊ lutosos Interroga eū anima mea: ⁊ dic illi Cur o bone Jesu tantum te humilias: vt de fatigatus ⁊ madefactus sudore pedes discipulis tuis laues Et respōdebit tibi ꝓtin⁹. O anima mea. Caritas que me traxit vsq3 ad exinanitionē vsq3 ad formaz serui: ip̄a me sic hūiliare cōpellit. Quin imo ⁊ maiora hūilitatis officia suscipere coget: cū die crastina crucifix⁹ ⁊ nudus cū latronib⁹ deputabor. S3 discite a me oēs: qa mitis sum ⁊ humilis corde.

¶ Qualiter Xp̄us exemplo suo nos docuit vt desideremus supernā felicitatez.

Caplm̄. vij.

Eptimū exēplu3 qd̄ Xp̄s nobis
ſ dedit dr̄ desiderande felicitatis quia Petrū induxit vt desideraret h̄re partē secū. Dicit ergo Johānes Venit ergo ad Symonē Petrū. Et dixit ei Petr⁹. Dn̄e tu mihi lauas pedes

In passu hoc dubitare solent quidā vtꝝ Xp̄us lauerit pedes discipulorū aliorū3 priusq3 Petri: Et Origen̄. dicit ꝙ sic. quia incepit lauare a minorib⁹. Sed nō videt̄ verisimile: vt dicit Nico. de lira. si transisset per omnes alios: quin aliqs eoꝝ vel plures recusassēt hanc lotionez sicut ⁊ Petrus. Et ideo alij doct. dicūt ꝙ primo venit ad Petru3. ꝓpter quod alij. discipuli audita reprehensione Petri non fuerunt ausi vltra iam recusare. Nō ergo euangelista dicit: cepit lauare ⁊c. Et postea subdit. Venit ergo ad Symonē. nō est per hoc itelligēdū ꝙ alios lauerit ante ip̄m. sed euangelista prius dixit factum in generali. postea explicat modu3 in particulari incipiēs a Petro qui dixit. Domine tu mihi lauas pedes? i. tu vis lauare pedes mihi peccatori? tu qui es fili⁹ dei. quasi dicat. nullo modo decet. Sic̄ v̄bum dixit in principio sue ꝯuersionis Luc. v. Exi a me dn̄e: q2 hō̄ pctō2 sū. Rn̄dit Jh̄s ⁊ dixit ei. Nō ego facio tu nescis modo. scies aūt postea. i. s̄m Criso. humilitatē huius doctrie. Et qūo humilitas sufficit i deū ducer̄. Dicit ei Petr⁹. nō lauabis mihi pedes i eternū. i. nūq3 s̄m Aug. ac si diceret. Nūq3 sustinebo vt tu laues pedes meos. ⁊ s̄m Nico. de lira. l3 Petr⁹ hoc faceret bono zelo: tn̄ indiscrete hoc faciebat: qa cum Xp̄s n̄ posset errare n̄ debebat volūtati eius aliq̄ mō resistere. Jdcirco rn̄dit ei Jh̄s. Si n̄ lauero te nō h̄ebis ꝑtē mecū Nō moral̄r ⁊ lr̄aliter itelligi pōt. Moraliter quippe intelligendo: nullus p̄t habere ꝑtem cū xp̄o in glīa celesti: nisi lot⁹ fuerit a macula pcti: iuxta illud Apoc. xxi. Nō intrabit in ea aliqd coinqnatu3 Si aute3 intelligat̄ de lotiōe corꝑali lr̄aliter tūc s̄m Origen̄. dubiū ē qūo ille q ob reuerentiā Jesu nō ꝑmittebat lauare pedes suos. nō habebit ꝑtē cū filio dei. Et rn̄det Nico. de lira. ꝙ sicut aliquid est illicitum nō ex sui natura: sed tm̄ qa ꝓhibitū: vt patet de ligno vetito primo parēti. ita similiter aliquid est necessariū ad salutē: nō ex sui nā: s3 ꝓpter preceptū

dei vel prelati ꝛ sic erat in proposito. Ex quo enim xp̄us volebat simpliciter hoc facere. Petrus de necessitate salutis tenebatur hoc sustinere. Sꝫ cuꝫ a xp̄o fuit rephēsus rn̄dit. Dn̄e n̄ tm̄ pedes meos sed ꝛ man⁹ ꝛ caput. q. d. prius sustinereꝫ a te ꝑ totū corp⁹ lauari q̄ꝫ a te separi. q̄a q̄ꝫuis esset durū sibi vt magr̄ suus ei seruiret: tn̄ grauius illi erat ab ipso separari Unde dicit in itenerario Clementis ꝙ qn̄cūqꝫ Petrus memor erat dulcissime societatis xp̄i: resoluebat in lachrymas. ita ꝙ facies eius adusta videbat ex frequenti lachrymaꝝ fluxu. Dixit ei ih̄s: q̄ lotus ē. s. ꝑ baptismū non indiget: nisi vt pedes lauet. i. affectus. q̄a vt dicit Aug. in expositione huius passus. Si aliquis baptiçat⁹ statim moriat̄ euolat ad patriaꝫ nec indiget aliqua alia lotione. sed si superuiuat indiget lotione pedum. i. affectionū mētis. Subdit adhuc xp̄s. Uos mundi estis: sed n̄ oēs. vbi Augu. Hoc q̄d sit ne quererem⁹ ipse euangelista patefecit adiungens. Sciebat enim q̄snaꝫ esset qui traderet eum. Et Origen̄. Qd̄ ergo dicit: vos mūdi estis refert̄ ad. xi. qd̄ v̄o subdit̄: sed n̄ oēs. dicit̄ ꝑpter Judā existenteꝫ imundū. Sequit̄ euangelista. Postq̄ꝫ ergo lauit pedes discipulorū suoꝝ accepit vestimēta sua ꝛ cū recubuisset. iterū dixit eis. Scitis q̄d fecerꝫ vobis? Uos vocatis me magister ꝛ dn̄e suꝫ etenim. Si ergo laui pedes vob̄ ego dn̄s ꝛ magister. ꝛ vos debetis alter alterius lauare pedes. i. pietatis. benignitatis. ꝛ humilitatis obsequia inuicem exhibere: qm̄ hec est via per quaꝫ acquiritur beata vita. Ergo vt sacra coīo nobis ꝓficiat demus operaꝫ vt in his septē premissis exemplis imitemur dn̄m ihesum xp̄m: vt sic tandē admittamur ad cenaꝫ illam magnaꝫ: in qua oēs electi pascūt̄ reficiunt̄qꝫ beata visione dei: qui ē bn̄dictus in secula seculorum. Amen.

Feria quinta in cena dn̄i. de celebratione misse: ac eius significatiōe. necnō ꝛ illius auditione. Sermo. lxvij

Sacrificate sacrificiū iustitie: ꝛ sperate in dn̄o. Illumiati ꝓphe v̄ba sūt ista ps. iiij. Possūt ac d̄bēt oēs fideles sperare vberē fructū se fore suscepturos ex irequenti oblatione sacrificij imaculati dei nr̄i ih̄u xp̄i: qui quotienscūqꝫ misse debite celebrant̄ offert̄ ꝓ viuis atqꝫ defunctis. Et licet non oēs esse possint parati semper ꝛ q̊ttidie scissimuꝫ sacramentū suscipe. verūtn̄ nō priuātur suauissimo eius fructu cū assistūt fideliter ꝛ deuote qn̄ a sacerdotib⁹ cōsecratur Unde Augu. de conse. dist. ij. in. c. vt q̄d ait. Ut quid paras dentem aut ventrem? crede ꝛ manducasti. Quoniā autē plerisqꝫ cor habentes aridum ꝛ indeuotū negligenter suo tp̄e ad missas audiēdas cōueniunt: aut illas audiunt minus reuerenter. Idcirco in hoc sermōe de missa loquamur ad quaꝫ nos inuitat ꝓph̄a in verbis ꝓpositis exhortans etiaꝫ eos qui nō sunt sacerdotes vt velint adesse in celebratiōe tanti mysterij: sperantes ob id cōsequi copiosa munera gratie dei. De missa itaqꝫ tractaturi tria mysteria principalia declarabimus.
Primū erit de celebratione.
Secūduꝫ de significatione.
Tertiū de auditione.

Qd̄ triplex regula ē obs̄uanda in celebratione misse. s. loci tēporis ꝛ modi.

Caplm̄. j.

Primū mysteriū de missa declarandū est de eius celebratione Nā licet vt ait Ugo. li. de sacris Missa nil aliud ē q̄ꝫ consecratio eucharistie. que ideo dicitur missa: quia mittit̄ hostia vel oblatio. Uel sicut dicit magr̄ di. xiij. q̄rti. Missa dr̄ q̄a mittit̄ celestis missus. qui vt exponit Inno. est magni ꝯsilij angelus. Iste inquaꝫ mittit̄ ad cōsecrandū: q̄a ille est sacerdos inuisibilis dn̄s ih̄us xp̄us qui consecrat ꝛ conficit hoc sacramentuꝫ vbicunqꝫ conficiatur.

Uel dicitur missa: quia popul⁹ fidelis ꝑ
ministerium sacerdotis: preces ⁊ vota ⁊
oblationes deo mittit. Tamen celebrāda
est cum obseruatione triplicis regule.
¶ Prima est loci. ¶ Secunda tēporis
¶ Tertia modi. ¶ Pria regula obser-
uanda in celebratiōe misse ē loci. Ut. n.
inqt Ric. i. iiij. di. xiij. ar. iij. q. i. Coiter ñ
licet missā celebrare in loco nō sacro. qꝛ
sic instituit ecclesia. vt patet de cōse. di. i.
c. sicut. c. missarū. c. hic ergo. ⁊ c. nullus
presbyter. Cuius institutionis ratio fuit:
quia in sacramento altaris quod ī missa
cōsecratur. cōtinet ille qui est sūme scūs
⁊ toti⁹ nostre sanitatis causa effectiue in-
ꝗtuȝ deus: ⁊ meritorie inꝗtum homo.
In casu tamē magne necessitatis ꝑmit-
tunt iura celebrari in' loco non sacro: si
tamen tabula sit cōsecrata: ceteraqꝫ scā
mysteria ad illud officiuȝ pertinentia ibi
affuerint: sicut cum ecclesie omnes fue-
rint incense. vel cū homines essent in iti
nere: vel cuȝ adesset alia' aliqua legitima
⁊ rationabilis causa. in quibus casib⁹ cū
licentia episcopi celebrare licet in loco ñ
sacro. Conceditur tamen fratribus pre-
dicatoribus ⁊ minoribus exigente legi-
tima causa: vtputa dum essent predican
tes verbuȝ dei in publicis campis vl' pla
teis: aut in similibus celebrare cum alta
ri viatico absqꝫ licentia ab episcopo po-
stulata vel impetrata. quod patet extra đ
priuil'. ⁊ priuil'. exces. c. in his. vbi sic habe
tur. In his que ad cultum diuinum face
re dignoscuntur: non maligna. sed beni
gna esset potius interpretatio facienda.
Unde imitari compellimur ꝙ cum fra-
tribus predicatoribus ⁊ minoribus du-
xerimus indulgēdū: vt vbicūqꝫ fuerint
sine ꝑrochialis iuris ꝑiudicio: cuȝ alta-
ri valeant viatico celebrare. Quidaȝ ni-
mis stricte interpretando indulgentiam
nostraȝ nitunt asserere: ꝙ per eam dicti
fratres preter prelatorū assensum facere
hoc non possunt propter quod eos cele-
brare iuxta indulgentiā apostolicaȝ non
ꝑmittunt. Cuȝ autem nihil eis cōferret
memorata indulgentia: sine qua ꝑlatis
annuentibus id liceret eisdem: fraterni-
tati tue mandamus quatenus interpre-
tatione huiusmodi reprobata: dū tamen
ab alijs que iuri parrochiali prouenunt
prorsus abstineant. datam eis sic licētiā
celebrandi auctoritate nostra non diffe-
ras publicare: ita ꝙ dicti frēs aliquam
ex indulgentia nostra videant ī hoc gra-
tiam consecuti. hec ibi. Que verba sunt
Honorij tertij. Et sicut in loco sacro vt
dictum est coiter misse sunt celebrande.
ita etiam celebrari debent sup altari con
secrato. Notandū tñ ſm Ri. vbi. s̄. q. ij.
vbi. s̄. ꝙ ꝗuis añ tp̄s Siluestri celebra
retur super altare ligneū: qđ cito poterat
transferri: quia propter ꝑsecutioneȝ non
erat fidelibus certus locus ad manen-
dū. tamē postea instituit ecclesia vt cele
braret sup altare lapideū. Uñ de conse.
di. i. in. c. altaria dicit. Altaria si non sūt
lapidea chrismatis vnctiōe nō ꝯsecrent
Cuius ratio fuit: quia altare debet esse đ
materia forti: quia consecrari debet. Et
ideo non debet esse de terra. Et quia in
ecclesia debet esse copia altariuȝ: vt hoc
mysteriuȝ frequentetur. ideo altare non
debet esse de auro: vel de argento: q̄ non
faciliter possunt haberi. In veteri auteȝ
lege: quia non sic multiplicabantur alta-
ria: nihil op⁹ erat si de auro fierent. Cō
uenientius etiaȝ ē altaria fieri de lapide
ꝗ de ligno propter significationeȝ: qꝛ vt
dicit glo. in dicto. c. altaria. Altare signi-
ficat xp̄m: qui dicitur petra. Sed occa-
sione dictorum apud m'ltos ꝺubitatur.
Utrum celebrās sup altare ñ cōsecratuȝ
aut fractū sit irregularis. Et rñdet Ric.
vbi. s̄. ar. iiij. q. ij. ꝙ ñ: co ꝙ irregularitas
ē de iure positiuo: ⁊ hoc ñ ē ī iure posituȝ
Sciēter tñ celebrās sup altare ñ ꝯsecra-
tū grauiter peccat ēt si h faciat ex ignorā
tia crassa ꝗuis min⁹ grauiter ꝗ si hoc
faceret scienter: quia ecclesia ordinauit
sup altare cōsecratū debere celebrari. vt
pȝ de cōse. di. i. c. ecclesie. ⁊ extra đ cōse.
ecclesi. vel alta. c. i. ⁊ c. quod in dubijs.
¶ Secūda regula ſuanda ī celebratōe
misse, dicit temporis. De quo sciendum

sm Ric.vbi.s.ar.ij.q.iiij.q qr h sacr̄m
ptinet ad tp̄s grē: qd p diē significat iu/
xta illd apli Ro.xiij. Nox pcessit dies āt
appropinquit.iō coiter loquendo missa
debet celebrari in die artificiali ⁊ non in
nocte: incipiendo diez artificialem non
tm̄ ab ascensu solis sup horiçōtez nostrū
sed ab illa parte temporis qua potest per
pendi esse sup horiçontez nostrū aliqua
aeris illustratio per aliquos radios solis
que illustratio ē manifestatio solis oritu/
ri. In nocte tamē natiuitatis dñi media
nocte vel circa horam illam celebratur
missa ⁊ antiquitus celebrabat in princi/
pio noctis resurrectionis. Et hoc ppter
priuilegiū illaꝝ noctiū. Et de hoc dicitur
de ꝯsecra.di.i.in.c.nocte sancta. Nocte
sancta natiuitatis domini saluatoris mis
sas celebrent presbyteri ⁊ hymnū ange/
licū in eis solēniter decantēt: quoniam
etiam eadem nocte ab angelo pastorib⁹
est nūciatus. Et subito facta est cū ange
lo multitudo celestis exercit⁹ laudātium
deū ⁊ dicētiū: Glia in excelsis deo: ⁊ in.
t.p.h.b.v.s h Ri.vbi.s.q.iiij. Quare āt
celebrant tres misse in die natalis domi
ni rō ē sz Archi.in tractatu quē fecit de
offi.ecclie.qa vna missa.s.ante diem si/
gnificat tp̄s ante legē quādo eramus in
tenebris. Secūda missa in aurora signi
ficat tempus sub lege qñ nōdum plena
dei cognitio habebat. Tertia in die signi
ficat tp̄s grē qñ iā plena cognitio habet.
De hora autez misse sciendum est q in/
stituta est fieri coiter tribus horis.scilicz
hora tertia sexta ⁊ nona. Celebratio eni
misse est memoriale passiōis xp̄i: qui sz
Augu.in li.de cōcordia euangelistaruz.
crucifixus fuit hora tertia linguis iudeo
rū: hora sexta manib⁹ militū. ⁊ hora no/
na expirauit. Cōsuetudo tamē ē vt non
dicat solēnis missa hora nona nisi in die
bus ieiuniorū: ⁊ maxime qñ ep̄i faciunt
ordiatōes. Misse aūt puate dici pñt ab
aurora vsqꝫ ad sextā. Ri.dcā.q.iiij. Sed
dubiū oritur apd plerosqꝫ quare in pa/
rasceue nō celebratur missa. Et rñdet q
id rōnabiliter fit: quia dupliciter rep̄se/
tatur ab ecclesia passio xp̄i. Uno modo
incꝫtum fuit in xp̄o sm se ⁊ absolute: vt
moueantur corda eoꝝ ad compassionē.
⁊ quia ip̄a dies in qua passus fuit ip̄am
passionē satis efficaciter representat: sta
tuit ecclia vt illa die nō cōsecret corpus
xp̄i: sed qd in precedenti die reseruatum
est sumat. Sanguis tñ non reseruat pp
effusionis piculū. Quia aūt effect⁹ pas/
sionis illius seu influentie ad nos conti/
nue proueniūt seu in nos descēdunt: iō
statuit ecclesia vt excepta die predicta q̄/
tidie in ecclijs missa celebretur. ¶ Ter/
tia regula seruanda in celebratione mis/
se dicitur modi: qui consideratur aut re
spectu calicis: aut respectu luminis: aut
respectu indumentoruz. Si respectu ca/
licis ⁊ tūc aduertēdū ē vt dic̄ Ric.ar.iij.
q.i.iij.q nō licet celebrare in calice lapi
deo ppter eius ineptitudinē: nec ligneo
ppter humiditatē. nec vitreo ppter fra/
gilitatē. nec ereo vel d auricalco. quia ob
vini virtutem eruginem colligeret ⁊ vo
mitū puocare posset. sed debet esse calix
de auro vel de argento. Et si qs tā paup
est q non possit habeř calicez aureū vel
argenteū habeat stagneū: vt patz exp̄sse
de ꝯsecra.di.i.c.vasa.⁊.c.⁊ calix. ¶ Se
cundo considerat mod⁹ in celebratione
misse respectu luminis. Nam sacerdos
nō debz celebrare sine igne seu lumine
⁊ hoc primo ppter ecclie cōstitutionē: q̄
reprehēdit celebrātes sine igne. ex̄ d ce/
le.mis.c.vltimo. Secūdo pp ipsi⁹ ignis
significationē. Significat eniz dilectio/
nis feruorē p quem xp̄s p nobis passus
hoc sacr̄m instituere voluit. Etiam eius
lumē ⁊ calor significāt q sacr̄m opatur i
celebrante digne: ⁊ suscipiente augmen/
tum illuminationis in intellectu: ⁊ feruo
rem caritatis in affectu. ¶ Tertio consi
deratur modus celebrandi respectu in/
dumentoruz. Nullus vtiqꝫ celebrare dz
sine vestibus ab episcopo benedictis. de
quibus sic dicit de cōsc.di.i.c. vestimēta
Uestimēta ecclesie qb⁹ dño ministratur
⁊ sacrata esse debent ⁊ honesta: quib⁹ in
alijs vsibus nō debēt frui qꝫ ecclasticis

⁊ deo dignis officijs: que nec ab alijs debent contingi aut offerri: nisi a sacratis hoibus: ne vltio que Balthasar regem ꝑcussit sup hoc transgredie͂tes veniat ⁊ corruet eos faciat ad ima. Et vt dicit gl. in.c.se.sup verbo polluuntur. Ex veste alicuius dn͂e vel alterius non debet fieri casula vel alius ornatus ecclesie. Que at̄ ⁊ quot sint vestes ille que requiru͂tur ad celebrationem misse refert Inno. in lib. de offi. misse. ꝑte.i.c.x.d. Sex sunt indumenta coia epis ⁊ presbyteris. videlicet amictus. alba cingulū. stola. manipulꝰ. ⁊ casula. In multis tn͂ locis inualuit consuetudo vt cingulꝰ no͂ bn͂dicat̄. Quicu͂q₃ ergo celebraret sine hmo͂i vestibꝰ grauiter peccaret. Sint ergo sacerdotes diligentes ⁊ solliciti: ne omittant quicq₃ de his que ordinata sunt ab ecclesia.

¶ Qd̄ illoru͂ que reqrunt̄ in celebratōe q̄da͂ significant ꝑtine͂tia ad icarnatione͂: q̄da͂ ad passione͂: q̄da͂ v̓o ad resurretōe₃

Caplm̄ .ij.

Secundu͂ mysteriu₃ de missa declara͂ndu͂ est de eius significatione: in quo videre d̄bemus quid significent illa que requiruntur ad misse celebrationem vltra ea que requiruntur ad essentia͂ sacri. Et rn͂det Ri. vbi.s̄. arti.iiij.q.iiij. ꝙ per illa significantur tria. ¶ Primo queda͂ ꝑtinentia ad incarnatione₃. ¶ Secundo quedam pertine͂tia ad passionem. ¶ Tertio queda͂ ꝑtine͂tia ad resurrectione₃. ¶ Primo significat̄ quedam pertinentia ad incarnationem ⁊ natiuitate͂ xp̄i. Na₃ sacerdotis calciatio incarnationis est representatio. In persona enim filij dei dr̄ in psal. In idumea extendam calciamentum meum. i. humanam naturam: qua₃ assuma₃. Unde sacerdos cum xp̄m representet missam non debet dicere discalciatus. Amictus in capite representat diuinitatem amicta͂ humanitate. Caput enim xp̄i est deus. Alba camisia nouitatem vite significat qua͂ xp̄us habuit ⁊ docuitꝰ ⁊ tribuit in baptismo. ꝫona siue cingulus significat xp̄i iustitia₃. iuxta illud ꝓpheticum. Et erit iustitia cingulu₃ lumborum eius. Manipulus positus in leua per quam vita presens designatur significat ꝙ xp̄us in via manipulum portauit virtutu₃ ⁊ meritoru₃. Stola que collo sacerdotis incu͂bit significat obedientiam. quam xp̄us ꝓpter salutem humani generis subijt factus obediens vsq₃ ad morte͂. Casula q̄ alijs vestime͂tis supponitur xp̄i caritate₃ significat: que omnes alias v̓tutes excellit. Introitus sacerdotis ad altare adue͂tu͂ christi significat: ⁊ introitus misse desiderium aduentus eius significat. Et id̄ in missa solemni non debet intrare sacerdos quousq₃ iceptus sit introitus misse: quia ante xp̄us fuit desideratus q₃ veniret. Et quia in adue͂tu xp̄i fuit aperta vena misericordie. ideo post introitum subditur. Kyrieleison: qd̄ interpretatur: dn͂e miserere: qd̄ nonies dicit̄ computando ibi. xp̄e el̄: vt per misericordiam xp̄i noue͂ associemur ordinibus angeloru͂. Post hoc subiungitur: Gloria in excelsis deo ad representandum hymnu͂: que₃ angeli pastoribus nato domino concinerunt quem sacerdos inchoat: quia angelum magni consilij representat. Et chorꝰ co͂cinendo prosequitur: quia subito facta ē cu͂ angelo multitudo militie celestis laudantium ⁊c. Orationes autem que subsequu͂tur representa͂t oratio͂es quas xp̄s post suam natiuitatem fecit pro populo. Epistola que premittitur eua͂gelio significat predicationem precursoris Baptiste. Graduale significat lamentum penitentie: quia Joannes penitentia₃ predicabat. Et quia post luctu͂ sequitur consolatio iuxta illud Math.v. Beati qui luge͂t quonia͂ ⁊c. Ideo pꝰ graduale ca͂tatur alleluia: quod significat ineffabile gaudium angelorum ⁊ hominu͂ in eterna felicitate laudantium deum. Diaconus suscipiens codicem euangelij benedictionem a sacerdote postulat ad significandum ꝙ nullus debet predicare nisi mittatur. Lectio enim euangelij predicationem christi significat. Et debet legi in loco magis eminenti q₃ epistola. iuxta illd̄

Sup mōtem excelsū ascēde tu qui euā/
gelizas syon: ⁊ quia corde creditur ad iu
stitiam. ore autē cōfessio fit ad salutez vt
ostendat ecclesia ꝙ euangelij verbū cor
de recipit. mox post euangeliū fidei sym
bolum ore decantat: quod tamen sacer/
dos incipit vt significet ꝙ xp̄s ore ꝓprio
xp̄ianaʒ fidē docuit. Offertorium quod
cantaṫ significat sacerdotem oblaturum
sacrificium laudis. Qui anq̄ dicat ore/
mus: p̄mittit dn̄s vobiscū. ad significan
dū qꝛ nisi dn̄s sit nobiscū ad salutē nr̄aʒ
orare nō possumꝰ. ¶ Scd̄o significanṫ
ī missa q̄dā ꝑtinētia ad xp̄i passionē. Nā
pꝰ offertoriū fit silētiū ⁊ dn̄r orationes ta
cite: ad r̄presentandū illud tp̄s quo xp̄s
non ambulabat palam inter iudeos cuʒ
eum interficere cogitarent. quia tamen
appropinquante passione iterum palam
ambulauit: ad hoc significandum excla
mat sacerdos. Per omnia secula secu/
lorū. Prefatio aūt est q̄dā grāꝝ actio ⁊
diuine laudis cōfessio: representans illā
gratiaꝝ actionē quaʒ sancti reddūt xp̄o
in celo. Sanctus representat laudē quaʒ
sibi cecinerunt pueri hebreorū in dn̄ica
palmarum. eleuatio corꝑis xp̄i rep̄ntat
eleuationē xp̄i in cruce. Demissio depo/
sitionem eius de cruce. positio suꝑ palaʒ
inuolutionem in syndone munda. pala
eniʒ syndonē representat. ideo dicitur d
cōse. di. i. c. consulto. Cōsulto oium con
stituimus vt sacrificiū altaris non in se/
rico panno aut tincto quisq̄ celebrare p̄
sumat: sed in puro lintheo ab ep̄o conse
crato terreno. s. lino procreato: atq; con
texto. sicut corpus dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i in syn
done linea munda sepultuʒ fuit hec ibi.
Cum aūt sacerdos dicit. Nobis quoq;
pctō ribus. representat cōtritionez ⁊ con
fessionē latronis alterum increpantis. ⁊
misericordiam petentis: eo ꝙ Centurio
⁊ qui cū eo erant reuertebanṫ ꝑcutientes
pectora sua. Quādo sacerdos exclamās
dicit Pater noster. ⁊c. reductio ē ad me
moriaʒ illius clamoris: queʒ emisit xp̄s
in hora mortis di. Pater in manus ⁊c.
Altare crucē significat. Calix sepulchrū
Patena lapidem quo sepulchrum fuiṫ
clausuʒ. ¶ Tertio significantur in missa
quedam pertinentia ad xp̄i resurrectio/
nē. Nā cuʒ sacerdos dicit. Pax domini
⁊c. Insinuat ꝙ vna sabbatorū stetit ih̄s
in medio discipuloꝝ suorum. ⁊ dixit eis.
Pax vobis. Et quia tūc dedit eis ꝑtātē
remittendi peccata: Ideo chorus excla
mat. Agnus dei ⁊c. quod ter repetiṫ ad
significanduʒ ꝙ petimus nobis dimitti
peccata cogitationis. locutionis. ⁊ opera
tionis ꝑ quorum remissionē veniemꝰ ad
eternā pacē. Post coio significat gaudi
uʒ apl̄oꝝ de xp̄i resurrectiōe. Ite missa
ē. rep̄ntat illd̄ qd̄ dictū ē apl̄is pꝰ ascensio
nem in celum. s. hic Ih̄us qui assumptꝰ
est ⁊c. Deo grās: representat apostolos
regressos in hierusalē cum gaudio ma/
gno vnanimiter perseuerātes in ozone.
Significat etiā ꝙ ꝓ beneficio redēptio/
nis nostre cuius mysterium representaṫ
in missa debemus esse in cōtinua grārū
actiōe. Si quis v̄o quereret: cur nō dr̄.
Ite missa ē. in qualibet missa. Respōdet
Boñ. di. xiij. quarti. in declaratōe littere
ꝙ quedaʒ misse celebranṫ specialiter ad
honorē sanctoꝝ. ⁊ quia ipsi sunt beati: ⁊
coram deo. ideo in talibus licētiatur po/
pulus ⁊ dicitur. Ite ⁊c. quasi festinate in
gredi in illam requiē. Quedaʒ misse spe
cialiter celebranṫ ad salutē viuoruʒ ⁊ qꝛ
non sumus certi de salute nostra: iō de/
bemus cōtinue solliciti esse: ne per nr̄aʒ
ignauiā in nobis misse efficacia deꝑeat.
Ideo diciṫ in missa. Benedicamꝰ dn̄o.
Quedā misse specialiter dicūṫ ad regem
defunctorū. ⁊ in illis diciṫ. Requiescant
in pace. Si aūt adhuc aliquis quereret.
quis adinuenit rituʒ celebrandi missam
cum tot conditionibus. audiat. Rica. d.
in declaratione lr̄e. di. xiij. q̄rti. Missaʒ
beatus Petrus apl̄us primꝰ oium An/
tiochie diciṫ celebrasse: s̄m qd̄ dic̄ Ago.
lib. ij. de sacramentis ꝑte. viij. c. vltio. Et
de ɔse. di. i. c. Iacobꝰ. dr̄. Iacobꝰ frater
dn̄i s̄m carnē: cui primū tradita est hie/
rosolymitana ecclesia. ⁊. Basilius cesa/
riensis episcopꝰ tradiderunt nobis misse

celebrationē.i.misse celebrande ordinez
ꝭm glo.ibidē.Et post alij alia addiderūt
ad solēnitatē ꝛ decorem. vt habet̄ di.xi.
c.Ecclesiasticarum.

¶ An sit melior missa sacerdotis boni
ꝙ̄ mali. ꝛ an sit de obligatione audire
missam: ꝛ q̄liter missa sit audiēda hūilr
reuerenter ꝛ deuote. Capl̄m.iij.

T Ertiū mysteriū declarandū de
missa dicit̄ auditio.in quo con/
siderabimꝰ adhuc tria videlicz
Primo meliorationez.Secundo obli
gationē.Tertio deuotionez.¶ Primo
ꝯsideremꝰ meliorationē.vtrū melior sit
missa boni sacerdotis ꝙ̄ mali.Et qbus/
dam videt̄ ꝙ nō ꝓpter verba Greg. q
i registro ait.Heu in ꝙ̄ magnū laqueū
incidunt qui diuina ꝛ occulta mysteria
plus ab alijs sanctificata fieri posse cre/
dunt: cū vnꝰ idē spūs sanctus ea myste
ria occulte atq̄ʒ inuisibiliter opando sā/
ctificet.Sʒ in cōtrariū ē illud qđ scribit̄
i.q.i.c.ipsi sacerdotes.vbi sic hr̄. Quan
to sacerdotes fuerint digniores: tanto fa
cilius in necessitatibus pro quibus cla/
mant exaudiunt̄.Ad idē facit.c.ibidem
sacerdotes.ꝛ.c.sacroscīā. Rn̄det Tho.
iij.pte.q.lxxxij.ar.vi.c.ꝙ i missa duo sūt
ꝯsiderāda.s.ipsū sacr̄m: qđ est ꝑncipale
ꝛ oratiōes: q̄ i missa fiūt ꝓ viuis ꝛ mor
tuis.Quātū ergo ad sacramētū nō my/
nus valet missa mali sacerdotis ꝙ̄ boni
qa vtrobiq̄ʒ idē ꝯficit̄ sacr̄m. Ad quod
facit.c.cum scriptura.i.q.i.ꝛ.c.significa
stis.ꝛ.c.non quales.ꝛ.c.dn̄s.ꝛ.c.nō no
cet. De oratione autē que fit in missa.di
cēdū ꝙ pōt cōsiderari dupliciter. Uno
mō inquātū habet efficaciā ex deuotiōe
sacerdotis orātis.ꝛ sic nō est dubium ꝙ
missa melioris sacerdotis est magis fru
ctuosa. Alio mō oro pōt considerari in
quātū ꝓfert̄ a sacerdote in ꝑsona totius
ecclesie: cuiꝰ sacerdos ē minister: quod
quidē ministeriū etiā in pctōribꝰ manet
Unde quātū ad h̄ est fructuosa nō soluz
oratio sacerdotis peccatoris ꝛ missa: sed
etiaz oēs alie eius orones quas facit in
ecclesiasticis officijs: i quibꝰ gerit ꝑsonā
ecclesie. Oratiōes tn̄ eius ꝑuate nō sūt
fructuose. Greg. ergo loqt̄ de veritate sa
cramēti i aucte ꝑallegata ad partē ꝯriaz
Ex q̄ Bo.di.xiij.q̄rti.sē.ar.i.q.iiij.d. Si
qs libētiꝰ audiat missā melioris sacerdoꝶ
credo ꝙ bene facit: dū tn̄ credat ipsum
in substantialibꝰ nō supexcedere pecca
torē: alioqn periculose erraret. ¶ Secū
do ꝯsideremus misse obligationē. de q̄
sic loqt̄.c.missas.de conse.di.i. Missas
die dn̄ico secularibus audire totas spāli
ordine ꝑcipimꝰ: ita vt āte benedictiōez
sacerdoꝶ egredi populꝰ nō ꝑsumat. Ubi
circa tria dubitare cōtingit. ¶ Primo
vtrū clerici ꝛ religiosi teneant̄ seruare h̄
statutū: qa dicit̄ secularibꝰ. Et respōdet
Jo.an.in rosario. sup dicto.c. ꝙ si ad h̄
tenent̄ laici: multo magis ꝛ clerici: qui
totaliter dediti sunt diuino cultui.vt patz
xij.q.i.c.duo sunt gn̄a. ¶ Scđo dubitat̄
vtrū eadez sit obligatio audire missam
alijs diebꝰ festiuis: que ꝛ diebus dn̄icis
Et dicēdū ꝙ sic: qa de similibꝰ idē ē iudi
ciū. Nā statutū de auditiōe misse factuz
fuit vt saltē ꝓ illo tēpore vacaret̄ diuinis
Ex q̄ ꝑcipit̄ ꝙ tota missa audiat̄.vt pʒ in
ꝑallegato.c.missas.ꝛ in.c.oēs fideles.ꝛ
in.c.cuz ad celebrandas. Sed alia festa
ab ecclia precepta sunt supaddita diebꝰ
dn̄icis: vt in illis vacet̄ diuinis.ideo po/
pulus in illis festis predictis audire mis
sas tenet̄. Et hoc colligit̄. ex his q̄ dicūt̄
extra de parrochijs.i.c.vt dn̄icis diebꝰ
ꝛ festiuis. ¶ Tertio ꝯtigit dubitare vtrū
peccet qui non audit missam a proprio
parrochiano. Et dicūt cōiter doc. ꝙ nō
dūmodo nō fiat ex cōtemptu: ꝛ ꝓprius
sacerdos nō requirat. q si reqreret indi
screte ꝛ indebite nō esset audiēdꝰ: puta
si reqreret impediēs deuotionē ꝛ salutē
parrochianoꝶ: puta si requireret aliquē
parrochianū: vt audiret missā suā: duz
ille vellet pegrinari: vel ꝓ iplēdo aliquo
voto: vel ꝓ cōsequēda aliqua indulgen
tia. Nā requisitio sacerdotis in tali casu
irrōnabilis esset ꝛ iniusta. Similiter ēt
cuz populus ire vellet ad audiēdū v̄bū
dei ab aliquo illō ꝑdicāte: q auctoritatē

habeat predicandi: sicut habere solent religiosi mēdicantes: iniquū pculdubio esset si sacerdotes astringere vellēt suos subditos. vt omisso verbo dei missas audirent in parochia. in quo etiā casu subditi ei nō obediētes meo iudicio nō peccant: qa vt inqt Bern̄. in li. de pceptiōe ꝛ dispēsatiōe. iniquū proculdubio foret si ea que sūt ꝑ sola caritate istituta cōtra caritatē tenerent. sed obseruare statutū de auditione misse in ꝑpria parrochia ē institutū pro caritate. ergo nō debet seruari cōtra caritatē. Esset autē cōtra caritatē si populus cōis ipediret ne posset cibari: ꝛ recreari spirituali doctria: ꝛ maxime qa vt in pluribus ipsi curati ꝛ parrochiani aut non predicant: aut pdicare nesciūt: ꝛ tn̄ vt diximus in sermōe d̄ verbo dei: ꝛ habetur extra d̄ offi. iudicis ordi. c. inter cetera. Inter cetera que ad salutē spectāt populi xp̄iani pabulū v̄bi dei maxime noscit necessariū: quia sicut corpus materiali: sic anima spūali cibo nutritur. Si ergo necessitas corporalis aut temporalis excusat a pctō nō audiētes simpliciter missam. ꝛ ex cōsequēti si illā nō audiāt in parrochia: multo forti⁹ necessitas spūalis excusabit: q̄ vt dictuȝ est inest populo cōi ad audiendū verbū dei. Hortandi tn̄ sunt oēs tā viri q̄ȝ mulieres: vt suos parrochianos reuereant. cōsuetasq; faciāt oblatiōes: ꝛ cum eorū benedictione se trāsferant cū adest legitima cā ad missas alibi audiendum. imo laudarē si ipsi patres sacerdotes cuȝ predicat verbuȝ dei ab aliquo famoso viro surgerēt bono mane: ꝛ celebrata missa populos suos admonerēt vt cōfluerent ad predicationes: ipsiq; ꝑ bono exēplo vna cū illis idem facerēt. qm̄ vt dictum est satis indigent seculares dirigi p v̄bū dei in viam salutis. ¶ Tertio ꝯsiderem⁹ misse deuotionē. Audiēda eteni est humiliter. reuerenter: ac deuote: Sunt tn̄ multi qui dum missa celebrat ponunt se ꝑpe os sacerdotis. ꝓspicientes si de illo passeres exeāt ac musce. Alij sacerdoteȝ preueniūt fortiter clamantes. Gloria in excelsis. Credo. ꝛ similia. Nam dum sacerdos facit pausam postq̄ȝ dixit visibilium ꝛ inuisibiliuȝ. anteqūȝ sequat: Et in vnū dn̄m Ihm xp̄m. ꝛ illi submurmurātes dicūt. Et in vnū dn̄m. ꝛc. Multi adhuc nō curāt audire ea que sacerdos in missa dicit: sed suas oratiōes ꝛ officia genuflexi dicunt: qui tn̄ q̄ȝdiu sacerdos alte loquit aut cantat astare debēt misse cū silentio ꝛ intente audire: vt dicitur de conse. di. i. in. c. aplica. Qn̄ v̄o sacerdos secretas orōnes ꝛ canonē dicit. tūc possunt ꝛ ipsi dicere orōnes ꝛ orare. non tn̄ cū strepitu faciēdo. pis. pis pis. ꝛ turbando mētes sacerdotis. Pleriq; etiā volūt audire missas qualdā peculiares omissa ꝑpria missa diei dn̄ici aut festi precepti. q si scienter id faciūt nō excusant a pctō nisi audiāt missā ꝑpriam. Vn̄ dr̄ ex̄ de cel. mis. c. quidā. Quidā laicorū habent in cōsuetudine vt per singulos dies audiāt euāgeliū: In principio erat verbum ꝛ missas peculiares: hoc est de sctā trinitate: ꝛ de sancto Michaele. ꝛ ideo statutū est vt vlterius hoc non fiat nisi suo tp̄e. Et nisi aliquis velit ꝑpter reuerētiā sancte trinitatis non ꝑ alia deuotiōe audire. Sȝ si voluerint vt misse sibi cantēt de eodē die missas audiāt pro salute viuorū ac etiā defūctoꝝ. hec ibi. Quare vt finē huic sermoni demus audiēde sunt misse cū oī mansuetudine ꝛ feruore. qm̄ sic audiētes ꝯsequūt i h̄ seculo dei grāȝ ꝛ i futuro sempiternā gloriā. in q̄ viuit ꝛ regnat deus p eterna scl'a sclorū. Amen.

¶ Feria quinta in cena dn̄i: de sacro baptismate: p qd̄ efficiūt hoies dei filij ꝑmittētes in illo abrenūciare diabolo ꝛ eius pompis.

Sermo. lxviij.

Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: sȝ ē mūdus tot⁹. Verba sūt redēptoris nr̄i Ioh. xiij. c. ꝛ in euāgelio hodierno. Mōstra dȝ esse mūditia mentis omnib⁹ q p sacrm

baptismi regenerati facti sunt ꝑticipes ⁊
heredes celestis regni dñi ihu xpi. Per
baptismũ nãq filij dei efficimur. in illo
promittentes abrenũciare diabolo: ⁊ oi
bus pompis eius: vt notat de ꝯse. di. iiij.
c. ꝓma igit. ⁊. c. primuz interroget. Q̃m
aũt plerique tãti bñficij imemores: oẽ cor
suũ ad mundana atq terrena ꝯuertunt
ꝑuipẽdẽtes nõ solũ repromissam beati-
tudinem: veꝝ etiã habitã dignitatem ⁊
grãm ꝑ baptismũ. Idcirco de ipo i pñti
sermõe aliq̃ discutiemus: vt intelligẽtes
tanti sacramẽti virtutem ꝑ eminentiã ⁊
sublimitatem: conemur iuxta saluatoris
nostri sniam in v̇bis allegatis ꝓ thema
te lauare pedes. i. mẽtis affectiões mun
dare ab oi inquinamento ⁊ turpitudine
inordinati amoris cuiuscũq boni creati
de ipo itaq baptismate locuturi tria my
steria ꝓponimus declaranda.
Primũ dr diffinitionis.
Secundum obligationis.
Tertium fructificationis.

¶ Quid sit baptism⁹ ⁊ v̇ ei⁹ institutiõe
ac materie determinatione. necnõ ⁊ for
me obseruatiõe. Capl'm. i.

p Rimuz mysteriuz de baptismo
declarandũ dicit diffinitiõis. i. q̊
qd sit baptism⁹ videam⁹. Et lz
Ugo. li. ij. de sacramentis ꝑte. vi. c. ij. dicat
Baptismus est aqua diluẽdis criminibs
sanctificata ꝑ v̇bũ dei. Tñ ꝯuenientior
est diffinitio magistri qui in. iiij. di. iij. ait
Baptism⁹ est ablutio corporis exterior
facta sb forma ꝓscripta v̇boꝝ. Scd̃z. n.
Ric. sup ꝓfata diffinitiõe duplex est mã
baptismi. s. remota: q̃ est aqua. ⁊ ꝓpinq̃
q̃ est ablutio in aq̃. Diffinitio ergo Ugo
nis exꝓmit mãm remotã: ⁊ illa magistri
materiã ꝓpinquã. Pro declaratiõe aũt
clariore hui⁹ ꝑtis: tria adhuc de baptis-
mo ꝯsideremus. Primo eius institutio
nem. Secũdo materie determinationẽ.
Tertio forme obseruationem. ¶ Pri-
mo eius institutionẽ cõsiderem⁹. qñ. s.
baptism⁹ fuit institut⁹. Et aliq dixerunt
ꝙ fuit institut⁹ p⁹ resurrectionẽ qñ xps
dixit aplis Math. vltimo. Euntes do-
cete oẽs gentes baptiçantes eos in noie
patris ⁊c. Alij aũt dicũt ꝙ fuit institutus
ab illo tꝑe quo xpus ipsum sanctificauit
Sz vt. d. Dama. i. iiij. li. c. i. Xps sanctifi
cauit baptismuz qñ fuit baptiçatus. ergo
tũc fuit istitut⁹. Et. glo. sup illud Luc. iij.
Ihu baptiçato. ⁊c. Baptiçat⁹ inquit est
dñs mũdari nõ indigẽs: sz tactu mũde
carnis aquas mũdãs vt vi hẽant abluẽ
di. Sz Ric. i. iiij. di. iij. ar. v. q. i. d. ꝙ xps
baptismi sacrm ꝓmo istituẽdũ isinuauit
secũdo istituit. tertio institutũ obseruari
ꝓcepit. Primũ fecit facto ⁊ v̇bo. Facto
qñ a Iohãne baptiçat⁹ fuit: i quo baptis
mo insinuauit baptismũ fore in aqua fi-
endũ: quia ipe in aqua baptiçatus fuit:
⁊ in noie trinitatis i quãtũ in suo baptis
mo apparuit ꝑsona patris i voce: ⁊ per-
sona filij in carne: ⁊ persona spirit⁹ sancti
in colũbe specie. nec tũc aliquã virtutez
regenerandis contulit aquis: nisi ꝙ ex
tunc ordinata fuit aqua ad hoc vt in ea
institueret regenerationis sacrm. Si tñ
haberet illa aqua q̃ corp⁹ eius tetigit ser
uari deberet cuz maxia reuerẽtia ꝓpter
mundissimã ⁊ sanctissimã carnem quaz
tetigit. Uerbo etiã insinuauit baptismuz
qñ Ioh. iij. c. dixit Nicodemo. Nisi qs
renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto ñ
potest introire in regnum dei. Secũdo
xpus baptismuz instituit qd̃ fecit facto ⁊
verbo. Facto. qñ vt dicitur. Ioh. x. bapti
çauit ꝑ discipulos suos qui de mandato
eius baptiçare ceperunt. Et vt dic̃ Nico.
de lira sequendo Aug. Primo ipse xps
baptiçauit discipłos suos baptismo suo
s. aqua ⁊ spiritu sancto. qd̃ etiam ponitur
de cõsecra. di. iiij. c. qñ ab hierosolymis.
⁊. c. si eos. Deinde verbo instituit quãdo
misit discipulos suos binos ad predicã-
dum ⁊ baptiçandum: de qua missione
habet Luc. x. Tertio xps istitutũ baptis
muz obseruari precepit quãdo p⁹ resur
rectionem dixit discipulis. Euntes. ⁊c.
Scdm̃ s v̇o Tho. i. iij. ꝑte. q. lxvi. ar. ij. c. d.
ꝙ baptism⁹ institutus fuit ante passionẽ
xpi. sed necessitas vtẽdi hoc sacramẽto
indicta fuit post passionẽ ⁊ resurrectiõez

tum quia in passione Xp̄i terminata sūt
figuralia sacramenta: quibus succedit
baptismus ⁊ alia sacramenta noue legis
tum etiam quia per baptismum ꝯfigu-
ratur homo passioni ⁊ resurrectioni xp̄i
in q̄ʒtū morit pctō: ⁊ incipit nouam iu-
stitie vitā. ⁊ ideo oportuit xp̄m pati prius
⁊ resurgere q̄ꝫ hoibus indiceret necessi
sitas se ꝯfigurādi morti ⁊ resurrectioni
Et lʒ apli baptiçassēt vt dictū ē añ passio
nē xp̄i.tñ ſm Ric.vbi.s̄.q.ij.adhuc nō
publicabāt baptismū vt necessariū ad sa
lutē: ⁊ lex nō obligat quousqꝫ sit ꝓmul
gata. ¶ Secūdo cōsideremus circa ba
ptismū mãe ðterminatiōnē. Est.n.baptis
mi mā aq̄.vt ait Ric.i.iiij.di.iij.ar.iij.q.
i.⁊ oēs doc.tā theologi q̄ꝫ canoniste.cō
ꝑhendendo sub aqua ablutionē: que fit
in ea. Et loquēdo de baptismo ſm q̄ di
stinguitur a baptismo sanguinis: ⁊ fla-
minis: de quibus dicemus in sequenti
mysterio. Ratio est ſm Ugo.in.li.de sa
cramentis: quia omne sacramentū simi
litudinem quandam habet ad ipsā rem
cuius est sacramentū. Aqua enī est re-
presentatiua effectuū baptismi ⁊ ratiōe
nature ⁊ ratiōe vsus. Nam aqua est na
turaliter frigida. ratione cuius represen
tat fomitis reppresionem. Est etiam na
turaliter humida hūiditate apta ad ab-
luendū. ratione cuius representat a sor
dibus peccati purgationē. Est etiam na
turaliter diaphana ⁊ clara. rōne cuius
representat gratie illuminationeʒ. Quia
etiā q̄ʒtum ad vsū est multum vtilis: re
presentat sacramentum baptismi esse in
effectu valde vtile. Et quia est ad habē-
dū valde facilis: representat sacramen-
tum baptismi esse q̄ʒtum ad obseruātiaʒ
facile. Et quia etiam q̄ʒtum ad vsuʒ est
multum cōis. representat sacramentū
baptismi q̄ʒtū ad necessitatem esse cōe.
Nec potest esse aliqua artificialis aqua
materia baptismi: sed naturalis tñ: qa
baptismus institutus fuit sacramentum
necessitatis q̄ʒtum ad omnes. Et iō xp̄s
ipsum instituere noluit nisi in aqua: que
faciliter posset haberi. ⁊ cōiter ab oibus
tam pauperibus q̄ꝫ diuitibus. qd̄ nō est
verū de aliqua aqua: nisi naturali. Et si
diceretur q̄ ignis esset conueniens mā
baptismi: qm̄ ſm Dionysiū ⁊ Dama. hʒ
vim illuminādi. Et Johannes baptista
Math.iij. prenuncians xp̄i baptismuʒ
dixit. Ille vos baptiçabit in spū sancto ⁊
igne. Rñdet Tho. q̄ propter ratiōes iā
tactas aqua ⁊ non ignis est materia ba-
ptismi. Dictū vͦ Joh. ſm expositionem
Hiero. refert ad spm̄ sanctū: qui sup di
scipulos in linguis igneis apparuit. vt di
cit: Act.ij. Uel per ignem potest intelli-
di tribulatio. vt Criso. dicit sup Math.
quia tribulatio peccata purgat ⁊ concu-
piscentiam: quare ignis accipitur ibi me
taphorice. Qm̄ aūt vt supius cōmemo
rauimus matera propinqua baptismi ē
ablutio in aqua: vnde baptiçare in gre-
co tantum valet quantum lauare in la-
tino. ſm illud Judith.xij. Descendebat
in vallem Betulie ⁊ baptiçabat se. Pro
pterea apud nonnullos de imersione in
aq̄ dubitat. vtrū.s. sit necessaria. ⁊ rñdet
Tho.i.iij.pte.q.lxvi.ar.vij.c.⁊ Boñ.pte
ij.ar.ij.q.ij.c.⁊ Ric.in.iiij.di.iij.ar.iiij.q.
iij. q̄ q̄ʒuis tutius sit baptiçar p modū im
mersiōis: qa hoc hʒ cōior vsus. Pōt
tñ baptismus fieri p modū aspsiōis vl p
modū effusiōis ſʒ illd Ezech.xxxvi. Ef
fūdā sup vos aquā mūdā. Sic apli bapti
çauerūt tria milia hoiuʒ vna die: ñ imer
gēdo sʒ aspgēdo. Et btūs Laurētius ba
ptiçauit Romanū effundēdo. Qñ ergo
imineret necessitas vel ꝓpter paucitatē
aque: vel ꝓpter debilitatē ministri: qui
non potest sustentare baptiçandum: vel
ꝓpter damnum quod baptiçandus ex
imersione timeret: ⁊ verisimiliter dubi-
taret. pōt baptismus sine imersiōe cele-
brari. quia lʒ ablutio aque sit de necessi
tate sacri. modus tamen ablutionis per
accidēs se hʒ ad sacrm. Scdo vͦ Ric.
vbi.s̄. cum totum corpus non posset ab
lui: Abluenda est pars principalior: vt
caput: ⁊ maxime facies: quia in ea vigēt
sensus. Unde credo q̄ si caput pueri ba
ptiçaretur anteq̄ꝫ pars corporis exeat:

quod aliquãdo faciẽdũ est ꝓpter peri-
culuz mortis. Puer baptiçatus est. Si
ṽo manus vel pes abluat anteq̃ȝ aliqua
pars alia appareat: volunt aliqui dicere
ꝙ puer baptiçatus esset: quia anima est
in qualibet pte corporis tota. Cõmuni⁹
tñ tenetur ꝙ de lege cõi non esset bapti-
çatus. Quis forte diuina pietas in tali ca
su vicem suppleat baptismi. ꝛ ideo semp
qñ piculũ mortis iminet abluẽdum est
illud de puero qḋ põt ablui siue sit parũ
siue sit multũ. hec Ric. Dubitat adhuc
a multis An imersio effusio vel aspsio
debeat esse vna vel trina. Et rñdent doc.
superius noiati ꝙ vnitas vel multitudo
imersionũ non est de substãtia baptismi
sed solum de bene esse. ideo vtrũqȝ licite
fieri põt. s. semel ꝛ ter imergere. qꝛ vnica
imersione significat vnitas mortis xp̄i
ꝛ vnitas diuinitatis. Per trinaȝ autem
imersionem significatur triduum sepul
ture xp̄i. ꝛ ẽt trinitas psonaꝝ. Sed vt. d.
Tho. vbi. s̃. ar. viij. c. diuersis ex causis
ẽm ordinationẽ ecclie qñqȝ istitutus est
vnus modus: quandoqȝ alius. quia eni
a principio nascentis ecclesie quidaȝ de
trinitate male sentiebant: xp̄m purũ ho-
minẽ estimãtes: nec filium dei dictũ ẽm
veritatẽ nature: sȝ tñ ꝓpter meritũ eius
quod precipue fuit in morte. Ideo non
baptizabãt in noie trinitatis. sed in con-
figuratiõe mortis xp̄i. ꝛ vna imersione:
quod reprobatuȝ fuit in primitiua ecclia
statutũqȝ vt baptiçaret in noie patris ꝛc.
ꝛ tunc imergendo. sicut patet de ꝯse. di.
iiij. c. postq̃ȝ vos. ꝛ. c. si qs ep̄s aut p̄sbr.
ꝛ. c. de trina. ꝛ. c. eodẽ modo. ꝛ. c. multi.
Postmodũ ṽo inoleuit quorũdã here-
ticorũ ꝛ scismaticoꝝ error. quia ẽȝ Aug.
sup Joh. male sentiebant de vnitate di-
uinitatis. ideo in detestationem erroris
eorũ fuit statutũ in concilio Tholetano
vt vna tñ fieret imersio. sicut habet de
conse. di. iiij. c. ꝓpter vitãdũ. Sȝ cessante
tali causa cõiter obseruatur in baptismo
trina immersio. vt potest colligi extra de
baptismo ꝛ eius effectu. c. i. ꝛ iõ grauiter
peccaret aliter baptiçans quasi ritum ec
clesie non obseruans: nihilomin⁹ tamẽ
esset baptismus. Occurrit aũt ꝓpter di-
cta dubitare circa talẽ casũ. Quidam exi
stens sup pontẽ nõ potens habere aquã
ad baptiçandũ puerum. ꝛ verisimiliter
timens eũ cito moriturũ intendens ꝓui
dere saluti pueri: ꝓijcit eum in aquã cuȝ
intentione baptiçandi ꝓferẽs verba: in
qbus cõsistit debita forma. postea puer
euadit aliquo casu: vtruȝ talis debeat re
putari baptiçatus. Et aliquibus videtur
ꝙ sic: quia ibi concurrunt debita forma
debita materia: ꝛ debita intentio. Ric. ãt
di. iiij. q̃rti. ar. iiij. cãu. ij. tenet ꝯriũ qm̃ cũ
ꝓpria mã baptismi sit ablutio i aq̃: qḋ aq̃
abluit: primo aqua cooperit. in toto vel
in parte ꝛ postea discooperit vñ pp p̄muȝ
baptismus representat xp̄i sepulturã: ꝛ
ꝓpter secundũ resurrectionẽ: Quis aũt
puer in casu predicto per actũ illius qui
ipsũ ꝓiecit in aquã imergat. nõ tamẽ est
actus ordinatus ex sui natura ad hoc vt
puer abluatur: sed ad hoc vt submergat
Et ideo si aliquo casu puer extrahatur ḋ
aqua puer esset baptiçandus qm̃ illa im
mersio q̃ȝtũ fuit ex sui natura non ordi-
nabatur ad eleuationem pueri de aqua
sed ad submersionẽ. ¶ Tertio circa ba-
ptismũ ꝯsiderem⁹ forme obseruationeȝ
Est. n. forma baptismi: Ego te baptiço i
noie patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. vt ha-
betur extra de baptismo. c. i. Et vt dicũt
doc. nulli licet mutare aliquid q̃ȝtuȝ ad
illud qḋ est de essentia forme. ꝛ si mutat
nihil agit. ꝛ vltra hoc culpa incurritur.
Si aũt aliquid qḋ pertinet ad formã ex
sola determinatione ecclie mutat: nihilo
minus est sacr̃m: sed culpa incurritur.
Verũ. ab aplis qui baptiçabant in noie
dñi Jhu. vt hr̃ Act. viij. c. nõ fuit mu-
tata forma q̃ȝtũ ad intellectũ: qꝛ in noie
xp̄i. tota trinitas intelligit sed soluȝ q̃ȝtũ
ad vocẽ. nec hoc ipsi potuissent nisi ex fa
miliari ꝯcilio spũs sci. ꝛ h̃ fuit vt. d. Tho.
vbi. s̃. ar. vi. ad. i. ar. vt nomẽ xp̄i qḋ erat
odiosũ iudeis ꝛ gẽtib⁹ honorabile red-
deret. nec põt dari baptism⁹. d. In noie
trinitatis nõ exprimendo personas. nec

in noie vnius persone. non exprimendo
alias: qm̄ sacr̄a habēt efficaciā ab insti/
tutiōe xp̄i. ꝛ ideo si pretermittat aliquid
eorum que xp̄us instituit circa aliquod
sacr̄m efficacia caret: nisi ex sp̄ali dispen
satione eius qui virtutē suam sacr̄is nō
alligauit. xp̄us aūt instituit sacr̄m ba/
ptismi dari cū inuocatione trinitatꝪ: ꝛ iō
quicqd deest ad īuocationē plenā trinitatꝪ
tollit integritatē baptismi. Nec obstat ꝙ
in noie vnꝰ ꝑsone intelligat alia sicut in
noie patris intelligit filius. aut ꝙ ille qui
noiat vnā solā ꝑsonā potest habere rectā
fidē de tribꝰ: qꝛ ad sacr̄m sicut requirit
materia sensibilis: ita ꝛ forma sensibilis.
vnde nō sufficit intellectꝰ vel fides trini
tatis ad ꝑfectionē sacramēti nisi sensibi/
libus verbis trinitas exprimat. vnde ꝛ ī
baptismo xp̄i vbi fuit origo sanctificatio
nostri baptismi affuit trinitas sensibilibꝰ
signis. s. pr̄ ī voce. filiꝰ in hūana nā. ꝛ spi
ritꝰ scūs ī colūba. Notādū tñ vt inquit
Tho. vbi. s̄. ar. v. ad. i. ar. qm̄ greci bapti/
zāt ī noie pr̄is ꝛ filij ꝛ sp̄ūs sancti. tñ dicūt
baptizet seruus xp̄i: ꝛ non ego te bapti/
zo. qd̄ ipsi faciūt ad euitandū antiquorū
errorem qui virtutem baptismi baptiste
attribuebāt. d. Ego sum Pauli. ego Ce
phe. ꝛ nihilominꝰ quia in illa forma ex/
primitur actus exercitatus per ministrū
cum inuocatione plena trinitatis: veruꝫ
ꝑficit sacramentū. qm̄ ego nō est de sb̄a
forme. sed ponit ad maiorē expressioneꝫ
intentionis. Nec sufficit v̄ba corde cogi
tar̄ nisi vocalr̄ exp̄māt. qa vt inqt Boñ.
i. iiij. di. iij. ꝑte. i. ar. i. q. ij. c. In vocali ex
p̄ssiōe v̄boꝝ significat ꝑfecta fidei ꝓfes
sio: q̄ ꝯsistit ī v̄bo ꝛ ī corde. Significat
ēt ꝙ regeneratio facta ē ꝑ v̄bū īcarnatū
qd̄ optime significat per verbuꝫ voce in
ductum. Hinc Aug. ait. i. q. i. c. detrahe
Detrahe verbū. aqua quid erit nisi aqua
Accedit verbū ad elemētuꝫ: ꝛ fit sacr̄m
Unde ista tāte virtus aque: vt corpus tā/
gat ꝛ cor abluat nisi faciente verbo. Et
idē Aug. Baptismus inqt est tinctio in
aq̄ j v̄bo vite sanctificata. Propꝫ p̄dicta
vt plenior habeatur cognitio de forma
baptismi. sciendū est s̄m Ric. ꝛ Boñ.
ꝙ forma pōt variari sex modis. Primo
subtrahēdo. Secūdo addendo. Tertio
īterponēdo. Quarto corrūpēdo. Quīto
v̄bū ꝓ v̄bo ponēdo. Sexto trāsponen/
do. ¶ Primo variat forma subtrahēdo.
Et q̄ntū ad hoc sciendū ꝙ si subtrahit
aliqd de eēntia forme nō remāet v̄tus
baptismi. Et qꝛ tota ista ps. In noie p̄ris
. f. ꝛ. s. s. ꝑ quā exp̄mit p̄ncipalis baptizās
ꝛ sanctificat elemētū: ē de eēntia forme.
ideo si de hoc subtrahat aliqd nō rema
net virtꝰ baptismi. In alia aūt ꝑte forme
que ē: Ego te baptizo. sunt aliqua ꝑtinē/
tia ad eēntiā forme. s. exp̄ssio actꝰ bapti/
zādi. ꝛ ꝑsone baptizate. eo ꝙ ī illa termi/
nat baptizādi actꝰ. Unde si aliquod p̄di/
ctoꝝ subtrahat nō remanet v̄tus baptis
mi. Exp̄ssio aūt ministri nō videt eē de
essentia forme: quā xp̄us tradidit in ba
ptismi institutōe. qꝛ a ministro baptismꝰ
nō hꝫ virtutē. ¶ Scd̄o variat forma
addēdo. Et ut ait ri. i. iiij. di. iij. ar. ij. q. iij.
circa hoc cōsideranda sunt duo. vnum
ex parte addētis. aliud ex parte additi.
Si enim addens illud qd̄ addit intēdit
esse de essentia forme volens baptizare
in alia forma q̄ȝ baptizaret ecclesia tol/
litur virtus baptismi. ad quā requirit ꝙ
baptizans intendat facere quod facit ec/
clesia. si etiam illud qd̄ addit est corru/
ptiuū forme nō remanet virtꝰ baptismi
vt si postq̄ȝ dictū ē: ꝛ sp̄ūs sancti: addat
huiꝰ determiatio: creati: vel minoris q̄ȝ
pr̄ ꝛ filiꝰ ꝛ huiꝰ. Si aūt addēs nō inten
dat mutare ritū vl̄ formā ecclie. ꝛ illud
qd̄ addit nō est corruptiuū forme. non
tollit ꝑ hoc virtus baptismi. vnde si ba/
ptizās terminata forma qua vtitur ecclia
supaddit illud: ꝛ beata virgo adiuuet te
aut aliquid consimile. vel si in principio
forme addat nomē ꝓpriū: post hoc ꝓno
men ego. dicēdo: Ego Jo. hes baptizo
te. ꝛc. nō tollit virtꝰ baptismi. ¶ Tertio
variat forma interponēdo seu interrum
pēdo. Et circa hoc aduertēdū ꝙ cū actꝰ
baptizandi sit actꝰ vniꝰ: si fiat interposi/
tio talis que corrumpat vnitatem actus

⁊ maxime si corrūpat ꝯtinuitatē itētiōis baptiçātis nō remāet virt⁹ baptismi. vn̄ si baptiçās postq̄ʒ dixit. Ego te baptiço i noie patris. iterponat vnā lōgā narrationē: vel vadat ad faciēdū aliqđ negociū: ⁊ postea reuertat ⁊ dicat. ⁊. f. ⁊. s. s. nō est puer baptiçat⁹. Si āt iterpositio sit modica: ita. s. ꝙ nō discōtinuet itētionē baptiçātis: necꝫ actū ꝑm vsū cōeʒ ⁊ iterpositū nō sit forme corruptiuū. nō ꝑꝑ hoc ipeditur virtus baptismi. Vn̄ si baptiçans postq̄ʒ incepit actum tussiat. vel dicat taceatis: vel aliqd simile. ⁊ postea ꝑficiat: non ꝓpter hoc impedit virtus baptismi

mū ligauerūt. Fuit aūt tūc vehemēs do
lor eius ꝓpter tria. Prio propter Jude
damnationē. Secūdo ꝓpter suā ligatio
nem. Tertio ꝓpter discipulorum turba-
tionem. ¶ Primo fuit vehemens do
lor xp̄i ꝓpter Jude dānationē. Jp̄e nā-
q̄ʒ turbā duxit ad locum i quo xp̄s ora-
uerat: postq̄ʒ erat cū discipul' suis. Scie
bat enim ipse locum illum: quia frequē
ter conuenerat illuc cum discipulis suis
Dederat autem signum his qui xp̄m cō
prehensuri erāt. d. Quēcunq̄ʒ osculatus
fuero ipse est. tenete euʒ. Hoc aūt signū
ſm glos. dedit eis ne loco xp̄i caperent
Jacobū minorem: qui erat similis xp̄o
in facie. Accedens ergo Judas ad xp̄ʒ
osculatus est eū: ⁊ dixit Aue rabbi. Cui
Jesus. Amice inquit ad quid venisti? q̄i
dicat ſm aliquos. Tu ostendis amicitiā
signo: ⁊ proditionem agis de facto: Uel
melius scd̄m alios. O Juda amice mi
quem ego dilexi: quem ad apostolatum
vocaui. cui familiarem me dedi. cuiꝰ pe-
des in cena laui. cui nūq̄ʒ displicui: oscu
lo me tradis? Cur ista contra me facis?
O amice mi Juda: cui si ad penitentiā
redire volueris: veniam suʒ prestare pa-
ratus. Cur me derelinquis? Cur a tuo ꝓ
posito malo animum tuum nō reuocas
Amice mi si adhuc me amicum habe-
re volueris: licet me tradas in manꝰ ini
micorum meorum: reuertere tamen ad
me ⁊ ego suscipiā te. O vere benignissi-
mū ⁊ māsuetissimū dn̄m: q licʒ doleret
de iniuria quam sibi Judas inferebat:
magis tamē ac magis affligebat de dā-
natione eius. Nam licet xp̄s q videbat
omnia dolore non modico afficeret qn̄
Judas cōcepit aīo illū vēdere: quando
Judas ad principes sacerdotuʒ accessit
⁊. xxx. argenteos in manu recepit: qn̄ a
cena exiuit: ⁊ ad colligendum cohorteʒ
⁊ ministros sollicitus ꝓperauit. insuper
suo fetido ore ausus est proditorie oscu-
lari faciem ih̄u decoram. ⁊ os eius pre-
ciosissimū. plus tamē angustiabat cum
videbat Judam propter suā obstiationē
fore damnandū. Sed hic dubitat vtrū
si Judas non tradidisset xp̄m ⁊ iudei n̄
crucifixissēt eū fuissʒ humanū genꝰ redē
ptū. Et rn̄det Alex. i. iij. volumie sūme.
q. xvij. mē. iiij. ar. ij. ꝙ sic. q2 i tali cāu so-
la volūtas patiēdi suffecisset ad redēptio
nē siue ad liberationeʒ. ideo non excusat
Judas a pctō: neq̄ʒ iudei. Et si dicatur
Ro. viij. Proprio filio suo n̄ pepcit deꝰ
sed pro nobis omnibus tradidit illū. Et
ysa. liij. Tradidit in morteʒ aīam suaʒ:
ergo sicut pater ⁊ filius non peccauerūt
a sili nō peccauit Judas neq̄ʒ iudei. rn̄
det Tho. iij. pte. q. xlvij. ar. ij. ad. iij. ar. ꝙ
eadē actio diuersimode iudicat i bono
vel i malo ſʒ ꝙ ex diuersa radice ꝓcedit
Pater. n. tradidit xp̄m passiōi ex carita
te. qꝺ itelligi pōt. vno qdeʒ modo ſʒ ꝙ
sua eterna voluntate preordinauit passio
nem xp̄i ad humani generis liberatio-
neʒ. ſm illud ysa. liij. Dominus posuit i
eo iniquitatem omnium nostrū. Scd̄o
nō ꝓtegendo eū a passione: sed exponē-
do persequētibꝰ. vt Aug. dicit. Jpse v̄o
filius tradidit seipsū passioni ꝓpter hu-
militatē: ⁊ ex obedientia factus ꝓ nobis
obediens vsq̄ʒ ad mortē. vt dicit Phil.
ij. Judas cooperatus est passioni xp̄i ex
cupiditate ⁊ iniquitate. Pilatus ex hu-
mano timore. Et pharisei ex liuore ⁊ inu
dia: ideo xp̄i vituperant. ⁊ potissimū in-
gratissimus. Judas: de quo sic exclamat
Bern̄. O Juda mercator pessime. o ꝓ-
ditor auarissime: cur nō petiuisti a m̄re

triginta illos argēteos? Et q2 paupercu/
la erat aut mendicasset aut seipsam po/
tius vendidisset: dedissetqз tibi precium
ne filiū suū ꝓderes innocētē. ¶ Scdo
fuit vehemēs dolor xpi pp suā cōprehē
sionē ⁊ ligationē. qn̄.s.a ministris illis
ligatus fuit. Ad qd plenius intelligēduз
querendum prius nobis est. vtrum ipse
filius dei benedicti volēs passionē susti
nuit. Et rn̄deo ꝙ sic. quod patet triplici
ter. ¶ Primo ex scripture cōfirmatōe
Unde ysa.liij. dicit. Oblat⁹ est quia ipse
voluit. ¶ Scdo ex ꝓnūciatōe. Prenū
ciauit qdē passionē suā qn̄ dixit. Mat.
xvj. ꝙ oportet ire hierosolymā ⁊ multa
pati a seniorib⁹ ⁊ scribis ⁊ ꝓncipib⁹ sacer
dotū: ⁊ tertia die resurgere. Et Math.
xvij. c. qn̄ post trāsfiguratōeз ꝓcepit di/
scipul' suis. d. Nemini dixerit visionem
donec fili⁹ hois a mortuis resurgat. Et
iteꝝ Math. xx. qn̄ assūpsit duodeci di/
scipulos suos secreto: ⁊ ait ill'. Ecce ascē
dim⁹ Hierosolymā ⁊ fili⁹ hois tradetur
ꝓncipib⁹ sacerdotū ⁊ scribis. ⁊ cōdēna/
būt eū morte. ⁊ tradent eum gentibus
ad illudendū ⁊ flagellandum ⁊ crucifi/
gendum. ¶ Tertio patet ꝙ voluntarie
xps se obtulit passioni ex facti ꝓbatione
Nam iudeos ⁊ eos qui cuз ipsis erant
solo verbo ṽtute sua in terram ꝓstrauit
Quippe cū interrogasset eos quē q̄rit̄.
Illiqз rn̄dissent. iesum Naçarenum. vt
eis dixit. Ego sum: abierunt retrorsum
⁊ ceciderūt i terrā. vt sic declararet ṽt⁹
diuinitat̄ eius. Ob qd Aug. sup Joh. in
quit. Ubi nunc militum cohors. Ubi ter
ror ⁊ murmur armorum. Una vox tur/
bam odijs ferocem: armisqз terribilem
sine telo vllo ꝑcussit. repulit. strauit. De⁹
eni latebat in carne. ⁊ sempiternus dies
ita mēbris occultabatur humanis vt lā
ternis ⁊ facib⁹ quereret a tenebris. hec
ille. Et vt Criso. sequit̄. Demum ne quis
dicat qm̄ ipse iudeos ad hoc induxit vt
ipsum occiderent: seipsum in manibus
eoꝝ tradēs. manifeste ostendit eis oia q̄
sufficiebant eos reuocare. Sed q2 per/
manebant in malicia ⁊ nullā habebant
excusationē: tūc seipsum in manib⁹ coꝝ
tradidit: ideo iterum interrogauit eos
postq̄ a terra surrexerūt. Et illi rn̄de/
rūt sicut pri⁹. Quib⁹ ipse dixit. Dixi vob̄
q2 ego sum. si ergo me querit̄ sinite hos
abire. Tūc Symō Petrus gladio per/
cussit Malcū seruū pōtificis: absciditqз
auricu ā eius dexterā. Siquis aūt que/
reret v̄ n̄ gladi⁹ erat Petro. Criso. dicit
ꝙ audiens iudeos contra xpm conspi/
rasse armauerat se. Theophilus ṽo ait
ꝙ habuerat ipm in cena pro vsu agni.
Sз xps auricula illi⁹ sanata vt Lucas
refert Petrū caritatiue redarguit dicēs
Mitte gladiū tuuз in vaginā. An pu/
tas q2 nō possum rogare patrem meū:
⁊ exhibebit mihi mō plusq̄. xij. legiōes
āgeloꝝ. Ubi Hiero. Quasi dicat. Non
idigeo. xij. aploꝝ. auxilio. ēt si oēs me d̄/
fenderēt: q possuз hr̄e. xij. legiōes ange
lici exercit⁹. Un̄ legio apud veteres sex
millib⁹ hoium cōplebat̄. De. xij. legioni
b⁹. lxxij. millia angeloꝝ fiunt i quot ge/
nus hoiuз lingua diuisa ē hec ille. Sub
didit xps. Qūo ergo implebūtur scrip/
ture ꝓphetaꝝ. Calicē quem dedit mihi
pater nō vis vt bibam illū. Deide dixit
turbis. Tanq̄ ad latronē exijstis cum
gladijs ⁊ fustibus comprehendere me.
Quottidie apud vos eram docēs in tē/
plo: ⁊ nō me tenuistis. Sed hec ē hora
vestra ⁊ ptās tenebraꝝ. hora vestra dicit
.s. vobis cōcessa ad me comprehēdēdū:
⁊ ptās tenebraꝝ: quia diabol⁹ tenebraꝝ
ꝓnceps eos ad hoc incitabat. Tunc illi
cōprehenderūt iesuз: ⁊ ligauerūt eum.
O flebile spectaculū. o dolēdum maluз
o lachrymabile factū videre illos i xpm
seuientes. Nā vt pie possumus contem/
plari irruerūt in eum frementes ⁊ rugiē
tes leonum more. Alij ceperunt eū per
capillos suos: ⁊ violenter in terrā proie/
cerunt. Alij gratiosas manus suas capiē
tes retro verterunt. Alij funibus duris
illas ligauerunt. Alij cathenam collo
eius iposuerunt. Alij cōtumeliosis ṽbis
iniuriabant̄ sibi. Alij deniqз pugnis ⁊
pomis suorū ensium percusserunt eum

Quid vides o aīa meā. Quid audis.
Quid loquor. de quo dicimus ꝙ tanta
patiebaṫ. ꝙ ligatus erat: ⁊ tam viliter
oppͣssus ⁊ fatigatus: nōne ipse est iesus
dei ⁊ virginis filius. Nōne rex hoīum ⁊
angeloꝝ. Nōne creator. gubernator re-
dēptor glorificator. ⁊ bn̄factor tuꝰ. Cur
igiṫ nō ploras: cur non clamas ad syde
ra. O iesu mi salus anime mee. amice ꝓ
pter me miseram peccatricem tam dire
vinctus es ⁊ cathenatus. Emolli cor tu-
um ad pietatē: ⁊ cōmiserationem: ⁊ se-
quere illū meditatione deuota quocūqꝫ
de cetero ꝑget. ¶ Tertio fuit vehemēs
dolor xp̄i ꝓpter discipuloꝝ turbationem
Discipuli eteni talia que in xp̄m fiebant
cōspiciebant: ⁊ ex hoc territi fugierunt
eo relicto. ⁊ hoc p̄dixit Zacharias ꝓphe
ta. xiij. c. Percutiā pastorem ⁊ dispergē
tur oues gregis. Sꝫ h̄ incidit q̄stio. Utꝝ
prophete predixerunt mortem xp̄i ⁊ pas
sionē. Et r̄ndeo ꝙ sic. Nam Lactā. lib.
iiij. iducit verba Sibylle. d. Et i manus
impias ifideliū postea veniet. dabūt au
tem deo alapas incestis manibus. ⁊ im
purato ore expuent venenatos sputos.
Dabit vero ad verbera simpliciter sctm̄
dorsum. ⁊ colaphos accipiēs tacebit: ne
quis agnoscat ꝙ verbū sit. vel vnde ve-
niat vt inferis loquaṫ: ⁊ corona spinea co
ronetur. Ipsa eniꝫ insipiēs gens deum
tuū nō cognouisti: sed spinis eum coro-
nasti: ⁊ horridū illi fel miscuisti. hec ibi.
Sed exp̄sse adhuc sancti ꝓphete passio
nē xp̄i multipliciter prenūciarunt. Dicit
nāqꝫ ysa. v. c. Incuruabiṫ hō ⁊ humilia-
biṫ vir. Glo. Rabbi Salomon dicit. In
clinabitur homo ⁊ humiliabitur altus
vel robustus virorū. Et idē exponēs il-
lud Deuter. xxxij. Deū qui te genuit dere
ligsti. dicit in hebreo. Thessi. i. debilitas
⁊ obliuisceris deum. Moho ele ele mo
lelecha. i. vulneratum vel occisuꝫ tuum
vel afflictū. Et Treñ. i. c. Hieremias di-
xit. Plorās plorauit in nocte ⁊ lachry-
me illiꝰ i maxilˀ eiꝰ. Glo. Rabbi Moy
si hꝫ. Plorans erit. s. ipsa Hierusaleꝫ: ⁊
plorare faciet deuꝫ sanctuꝫ. Et Treñ. iij

Hieremias inq̄t. Dabit percutienti se
maxillam saturabiṫ opprobrijs. Quibus
verbis cōsonat dictū Michee. v. c. In
virga inquit ꝑcutiēt maxillā iudicis isrˀ
i. xp̄i. Nā ysa. xxxiij. dicitur. Adonai iu-
dex nr̄. Adonai dator nr̄. Adonai rex
nr̄. ipse aūt saluabit nos. Et ysa. liij. c. de
xp̄o passuro ita locutus est. Dn̄e qs cre
didit auditui nostro. i. passionis xp̄i my
sterio: qđ ego ⁊ alij ꝓph̄e audiuimus a
spiritu sancto? Et brachium dn̄i cui re-
uelatū ē? quasi dicat. paucis. Et ascēdet
sicut virgultū corā eo. s. xp̄s coram deo
patre: ⁊ sicut radix. s. sursum fructificās
de terra sitienti. i. de virgine nō humec-
tata vel fecundata humano semine. Et
nō est ei spēs neqꝫ decor. s. in passione ⁊
vidimus eū: ⁊ non erat aspectus: ⁊ desi-
derauimus eū despectū ⁊ nouissimū vi
rorū: virū dolorū ⁊ scientē infirmitatē:
⁊ quasi abscōditus vultus eiꝰ: ⁊ despectꝰ
s. pre verecūdia. vnde nec reputauimus
eum. Uere languores nostros ipse tulit
⁊ dolores nostros ipse portauit: ⁊ nos
reputauimꝰ euꝫ quasi leprosuꝫ ⁊ ꝑcussū
a deo ⁊ humiliatū. Ipse autē vulneratus
est ꝓpter iniq̄tates nostras. ⁊ attritꝰ est ꝓ
pter scelera nostra. Disciplina pacis no-
stre suꝑ eum ⁊ liuore eius sanati sumꝰ.
Oēs nos quasi oues errauimus. vnus-
quisqꝫ in viam suaꝫ declinauit: ⁊ dn̄s po
suit in eo iniq̄tateꝫ oiuꝫ nostrū. hec ille
Qđ aūt p̄dicta ꝓph̄ia ad litterā intelli-
gaṫ de xp̄o patet ꝑ Rabbi Moysen q
hoc tenet vt dicit Nico. de lira. De tribu
latione ēt xp̄i exponunt doc. iudei. illud
ysa. xj. Timoris dn̄i. quod sequitur ad il
la verba. Requiescet suꝑ eū sp̄us timoris
dn̄i. ⁊c. Nā i li. zanhedri iꝑhec. i. distin.
helecy taliter scriptū est. Uaharibo. i. ⁊
molestabit euꝫ in timore dn̄s. Ibi dicit
Rabbi Alexandri docet ꝙ honoraret
eum dn̄s precepto tribulationum ⁊ tor-
mentoꝝ. Et Dauid in psal. xxj. qui đ xp̄o
f̄m Nico. de lira intelligitur in persona
xp̄i ita dicit. Deus deus meus. i. pr̄ rōne
diuinitatis ⁊ ratiōe humanitatis. respice
in me. s. positū in afflictione: quare me

dereliquisti.s.in manib⁹ iudeoꝝ. longe a salute mea.s.corpali. vba delictorum meorū.i.populi que sua fecit sustinendo ꝓ eis penā. Deus me⁹ clamabo ꝑ diem s.circa horā nonaȝ.⁊ nō exaudies: quia oratio illa ꝓcedebat vt dictū est q̃ntum ad suā materiā a voluntate sensualitatis ⁊ nō ad insipiētiā mihi.s. hoc contingit ꝙ non sum exauditus: imo magna fuit sapia sic redimere genus humanū. Tu aūt in sancto habitas.i.oia sancte facis In te sperauerūt patres nostri: ⁊ liberasti eos.s.de seruitute egypti ⁊ captiuitate Babylonis. Que liberatiões fuerunt quedā figure liberationis hominū ꝓpt mortē meā facte. Ego aūt sum vmis.i. visus abhoiabilis: ⁊ nō hō.s.non vtens rōne q̃ntū ad opinionē iudeorū q dicebāt eū demoniacū opprobriū hominuȝ s.maiorū: ⁊ phẽoꝝ.⁊ abiectio plebis.s. populi cōis. Omnes videntes me derriserūt me. locuti sunt labijs: ⁊ mouerunt caput.s.dicentes. Sperauit in domino eripiat eum saluū faciat eū.qm̄ vult eū Qm̄ tu es qui extraxisti me de ventre.s. sup naturam fecisti me nasci de virgine Spes mea: qꝛ i xp̄o fuit spes future glorie q̄ ad corp⁹. In te ꝓiect⁹ suȝ ex vtero i.tibi in supposito vbi vnit⁹ a cōceptionis principio. de ventre matris mee de⁹ meus es tu.i.deū meum te cognoui.qꝛ aia xp̄i ab instanti conceptionis fuit repleta vtutib⁹. Ne discesseris a me: qm̄ tribulatio proxima est: ⁊ nō est qui adiuuet. Circundederunt me vituli multi: tauri pingues.s.iudei petulantes.⁊ auari obsederūt me. Aperuerunt sup me os suū: sicut leo rapiens ⁊ rugiens. Sicut aqua effusus sum: ⁊ dispsa sunt oia ossa mea.i.discipuli. Factū est cor meuȝ tanq̃ cera liq̄scēs in medio ventris mei. Aruit tanq̃ testa vtus mea ⁊ lingua mea adhesit faucibus meis.⁊ in puluerē mortis deduxisti me. Qm̄ circūdederūt me canes multi: consiliū malignantium obsedit me. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos. dinumerauerūt omnia ossa mea Ipsi vo ꝯsiderauerūt ⁊ inspexerūt me. diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestē meā miserūt sortem. Et iteꝝ ps.ij. quē apli act.iiij.c.de xp̄o intelligenduȝ testati sunt: de eius passione ita inquit. Quare fremuerūt gentes ⁊ populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terre i. Herodes: qui vocabatur rex Galilee Marci.vj.⁊ Math.xiiij. Et pōti⁹ Pilatus qui tenebat pro tunc locum imperatoris. Unde Centurio sub eo constitut⁹ vocat regulus Joh.iiij. Et principes cōuenerūt in vnū aduersus dn̄m ⁊ aduersus xp̄m ei⁹. Ad hoc etiā ē prophia illa zach.xij. dicens. Uidebunt in quē trāsfixerūt. Sunt ⁊ alie ples de xp̄i passione ꝓphie: q̄s omittim⁹ breuitatis cā: ⁊ ad discipulos reuertimur i captiōe xp̄i pterritos ⁊ fugiētes. Neq̧ credēduȝ est id fuisse sine angustia cordis magistri sui etiā ⁊ sine fletu ac planctu ipsorū. Puto etenim ꝙ postq̃ viderūt turbaȝ xp̄m ligantē ab illo aliquātulū elongati fugiendo cū eiulatu ⁊ suspirijs dicebāt O mgr̄ clemētissime oi melle suauior: quō videm⁹ i te seuire maliciā iudeorū heu ⁊ nos miseri qd faciem⁹ tā gratiosū prēȝ amittētes? Reliqm⁹ oia vt sequeremur te: ⁊ nūc certificati sum⁹ ꝙ pn̄tia tua ꝑuabimur: qm̄ occidēt te phci. His ⁊ silib⁹ q̄relationib⁹ discipuli mesti magistrū solū in ꝑsequētiū manib⁹ ac crudelissime eū tractantiū dereliquerunt. Qō xp̄s vehemēt doluit in deductiōe ꝓpter discipuli negationē: ꝓpter Anne interrogationē.⁊ ꝓpter alape ꝑcussionē.

¶ Primi articuli dolor tertius.

Tertius dolor quē xp̄s pro nobis pctōribus supportauit dicit deductōis. qn̄ vt habet Joh.xviij vinctus ductus est ad Annā primum.i. ꝑmo. cui⁹ causa subdit. Erat enim socer Caiphe.⁊ qꝛ eundo ad domuȝ Caiphe habebant transire ante domū isti⁹ Anne.iō intrauerūt domū ei⁹ ob ipsius reuerentiam. Beda vero dicit: quia forte diuinitus factū est: vt qui erant affines sanguine sociarent in scelere. Tunc aūt fuit vehemens dolor xp̄i propter tria.

Primo ꝓpter negationem. Secundo
ꝓpter interrogationem. Tertio propter
percussionē. ¶ Primo fuit vehemens
dolor ille ꝓpter negationē qñ a discipu/
lo negatus fuit. Ut etiam inquit Johes
sequebat ihm Symon Petrus ⁊ ali⁹
discipul⁹. i. Johes ſm Aug. Discipulus
aūt ille erat notus pontifici. ⁊ introiuit
cū ihu in atriū pontificis. Petrus autē
stabat ante hostiuz foris: quem Johes
introduxit. Cui ancilla hostiaria dixit.
Nūquid ⁊ tu ex discipul' es hois istius?
Dicit ille. Non sum. Erat aūt Simon
Petrus stans: ⁊ calefaciens se. ⁊ ibi se
cundo ministris dixit. Nō suz. Et tertio
rñdit cognato illi⁹: cui⁹ abscidit auricu/
lam dicēti. Nonne ego te vidi in horto
cum illo? Sz dubitat hic de hac nega/
tiōe Petri: eo q̄ videt diuersimode ab
euangelistis narrari. Nam Matheus
dicit secundā negationē factā ad vocem
ancille. Et Johes dicit ad vocē mistro/
rū ad ignē stantiū. Similiter Mathe⁹
dicit tertiā negationem factam ad vocē
illoꝝ qui stabant. ⁊ Johes ad vocē co/
gnati illius: cuius Petrus abscidit au/
riculam. Rñdet Nico. de lira sequēdo
Aug. de consensu euangelistarū. q̄ pn/
cipalis intentio euangelistaruz erat ex/
primere trinā Petri negationē. ⁊ i hoc
omnes conueniūt. De ꝑsonis autez ac/
cusantib⁹ siue de negatōis loco nō erat
principalis intentio. ⁊ probabile est q̄
multi ad v̄ba Petri circa eū ⁊ ꝯsimilia
verba dicebant: improperādo ei magi/
strum suum. ⁊ ideo vnus euangelistaꝝ
exprimit vnā ꝑsonam accusantē. ⁊ alius
aliam. vnde ſm veritatem istorie prima
negatio fuit facta ad hostiarie vocē pn/
cipaliter. Secunda ad vocem illoꝝ qui
stabant ad ignem. fuerunt tamen exci/
tati ab alia ancilla. ⁊ tertia facta est mul
tis eum accusantibus: inter quos prin/
cipalis erat cognatus illius: cuius Pe
trus absciderat auriculam. De hac aūt
negatiōe Petri Criso. in sermōe ita ait
Idcirco aūt diuine ꝓuidentie secretum
ꝑmisit. vt primus ipse laberet Petr⁹: q̄
erga peccantes duriorē sniam ꝓprij ca
sus intuitu tēperaret. Petrus eni orbis
terraꝝ doctor ⁊ magister peccauit. ⁊ ve
niam impetrauit. vt hec indulgētie nor
ma ⁊ regula iudicātibus preberetur Id
circo non angelis arbitror cōmissaz sa/
cerdotij ptātē: ne cum ipsi minime pec/
carent: in peccatoribus sine misericor/
dia iudicarent. homo passibilis sup̄ ho/
mines ordinat: vt duz ipse in alijs suas
recolit passiones mitē apud eos se prebe
at ⁊ benignū. hec ille. Scōm aūt Nico.
de lira. qdā voluerūt tenere q̄ Petr⁹ n̄
negauit xp̄m ex timore mortis: sed ex
amore nolens ab eo separi. Sciebat. n.
q̄ si dixisset se eē discipulū xp̄i stati fuis/
set eiectus ⁊ separatus ab eo. Sed hoc
patet essei alsū ꝓpter v̄bū xp̄i. qui pre/
dicens Petro q̄ eum esset negatur⁹: ⁊
videns q̄ esset de se multū p̄sumēs sub
didit. Spirit⁹ quidē promptus est: caro
aūt infirma. Et q̄ negatio sua ex timo/
re ꝓuenerit testatur Rabanus: qui ait.
Palam corā omnib⁹ negauit. q se ma
nifestari expauit. Et ō hoc Leo papa sic
dicit. Ob hoc autē hesitare ꝑmissus est:
vt in ecclesie principe remediū peniten/
tie reconderetur: ⁊ nemo auderet de sua
v̄tute ꝯfidet. Et Hiero. sic refert. Scio
quosdā pio affectu, erga apl'm Petruz
locum hunc ita interpretatos: vt dicerēt
Petrum hominem negasse nō deū. ⁊
eē sensum. Nescio hoiem: qr scio deuz.
hoc q̄ꝫ friuolū sit prudens lector itelligit
Si eni iste nō negauit. ergo mētitus est
dñs: qui dixerat. Ter me negabis. Et ite
rum Leo papa in quodā sermone sic lo
quit Felices o apl'e sancte lachryme tue:
que ad diluendā culpā negatiōis virtutē
sacri habuere baptismatis. Affuit enim
dextera dñi ihu xp̄i q̄ labentē te pri⁹ q̄ꝫ
deijcereris exciperet: ⁊ firmitatē standi
in ipso cadendi periculo recepisti. Cito
itaqꝫ ad soliditatē redijt petra tanq̄ꝫ re/
cipiens fortitudinē: vt qui tunc i xp̄i ex/
pauerat passione. i suo post supplicio nō
timeret. Et Greg. i. iij. moral'. ita scribt.
Ideo intus ⁊ caritatis calore Petrus

torpuerat. ⁊ ad amorez pristis vite quasi ad ꝑsecutorū prunas infirmitate estuā-te recalebat. Ex quibus constat ꝙ Petrus ex timore magistrū negauit quem tamen ipse pie respexit: penitentēq; misericorditer ad se recepit. ¶ Secūdo fuit vehemens dolor xpi propter interrogationem. Interrogabat nanq; eum pontifex Anna de discipulis suis: ⁊ de doctrina eius. Secūdū Criso. interrogabat eum velut seditiosum: ⁊ nouarū rerum factorem redarguere volens. Sed hic dubium oritur. vtruz iste Anna ⁊ ceteri ꝑsecutores xpi cognouerunt eum. Et ꝙ nō: probari posset ex vbo apli. i. Cor. ij. c. dicens. Si cognouissent nunq̄ dn̄m glorie crucifixissent. Et de hoc etiā Act. iij. c. Petrus loquēs iudeis dixit. Scio ꝙ ꝑ ignorātiaz fecistis: sicut ⁊ principes nostri. Verūtn̄ Tho. iij. pte. q. xlvij. ar. v ⁊ Ric. in. iij. di. xvj. q. v. c. dicūt ꝙ iudei nō cognouerūt xp̄z ꝑꝑ ignorātiā crassā ⁊ affectatā: qm̄ euidētia signa habebant aduētus eius: ⁊ videbāt miracula: q̄ fiebāt ꝑ ipsūz sed ꝑꝑ odiū ⁊ inuidiam noluerunt eū recipere. Ideo Ioh. v. xp̄us dixit. Si nō venissem ⁊ eis locut⁹ nō fuissem peccatū non haberent. ¶ Tertio fuit vehemēs dolor xp̄i, ꝑpter percussionem. Narrat. n. euangelista ꝙ pharis eo rn̄dit Ego semꝑ docui in synagoga ⁊ in tēplo: quo omnes iudei conueniūt ⁊ in occulto locut⁹ sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt quid locut⁹ suz ipsis. Ecce hi sciūt que dixerim ego. Hoc autē cuz dixisset vnus assistens ministrorūz dedit alapā ihu dicens. Sic respondes pontifici? O admiranda patientia mansuetissimi ihu. ꝑcussus in faciem ictu graui: manu furibunda: adeo vt s̄m quosdaz dentes oris eius remouerent: ⁊ os sanguinem expueret: nihil tamē contumeliose locutus est illi: sed sic magis innocentiā suā defendit dicens: Si male locut⁹ sum testimoniū ꝑhibe d̄ malo. si aūt bene: cur me cedis? Ubi Aug. ait. Quid ista responsione verius: mansuetius: iustius. Sed hic dubitat an xp̄s sic respondendo bene fecerit. cū ipse dixerit Math. v. Si quis te ꝑcusserit in maxillā dexteram prebe ei ⁊ alterā. Ipse aūt hoc non fecit sed magis ꝑcutientez se correxit. Ad qd̄ rn̄det Aug. ꝙ illud preceptum non dat absolute. sed magis s̄m preparationem animi. quia homo debet habere animū preparatum ad hoc faciendum vbi videret hoc expedire ad honorez dei ⁊ vtilitatem ecclesie: alias autem non. imo aliquando expedit iniuriantibus respōdere ad ipsorū ⁊ aliorum instructionem sicut fecit hic xp̄s: qui licz ita respōderit tamen non solum alteram maxillā iterꝫ ꝑcussuro: sed totum corpus figendum parauit in crucis ligno.

Quod xp̄s vehemēter doluit in contradictione propter falsam testificationem propter publicam criminationem: ⁊ ꝓpter sibi factam derisionem.

Primi articuli dolor quartus.

Quartus dolor quem xp̄s sustinuit in passione pro nobis dicit contradictiōis: quādo a domo Anne ligatus missus ē ad domum Caiphe pontificis: in qua vehemēter doluit ꝓpter tria. Primo propter falsam testificationē. Secundo propter publicam criminationem. Tertio propter derisionem. ¶ Primo fuit vehemens dolor xp̄i ꝓpter falsam testificationē. Ut enim dicit Mathe⁹: Principes sacerdotum ⁊ omne consilium querebāt falsūz testimoniū cōtra ihm: vt eum morti traderēt: ⁊ nō inuenerūt: cū multi falsi testes accessissent. Refert eni Nicodemus in euangelio suo ꝙ cuz multi surrexissent aliquis eorum dicebat. Ego vidi xp̄z miracula facientem. Alter asserebat. Et ego vidi eum. ⁊ audiui verba veritatis predicātē: ⁊ similia. Plerīq; locuti sūt spiritu sancto mouente linguam eorum contra voluntatem suā. Nouissime autē venerunt ⁊ duo falsi testes: ⁊ dixerunt Hic dixit. Possū destruere templū dei

⁊ post triduuz redificare illud. Sed hic
oritur questio quomodo isti dicūt falsi
testes. qm̄ Ioh. ij. xp̄us dixerat. Soluite
templum hoc. ⁊ in tribus diebus excita
bo illud. Ad quod rn̄det Hiero. super
Math. quem sequit Nicolaus de lira
ꝙ illa v̓ba que dixit xp̄us intelligunt ꝺ
templo corpis sui. vt ibidē dicit. Et hoc
sonāt v̓ba ibidem posita que xp̄us dixit
non precipiendo sed predicendo eis q̄d
essent facturi. Unde sensus est. Soluite
i. soluetis templuz hoc. s. corpus meū p
mortē. ⁊ i trib⁹ dieb⁹ excitabo illud p re
surectionē. ⁊ non destruā dixit vel pos-
sum destruere. Inquit ergo hiero. Fal-
sus testis est qui non eodem sensu dicta
intelligit quo dicūtur. possent etiam dici
predicti falsi testes ex falsa intentione:
quia intendebāt ꝓcurare mortē inno-
centis. ¶ Secūdo fuit vehemēs dolor
xp̄i propter publicā criminationē. Naz
cum taceret ⁊ nihil responderet ad ea q̄
sibi obijciebāt: quasi responsione indi-
gna: princeps sacerdotū q ex impatien-
tia de tribunali surrexerat ait illi. Adiu-
ro te p deum viuuz: vt dicas nobis si tu
es xp̄s filius dei. Dicit ei ih̄s. Tu dixisti
Ad quod respondet propter reuerentiā
diuini nominis inuocati. Et subdidit.
Uerumtamē dico vobis ammodo vide
bitis filiū hominis sedentē a dextris dei
⁊ venientem i nubibus celi. Tunc prin-
ceps sacerdotum scidit vestimenta sua
dicēs. Blasphemauit. quid adhuc ege-
mus testibus: Audistis blasphemiam
Quid vob videt. Ubi hiero. ait. Ponti
ficem quem ꝺ solio sacerdotali furor ex
cusserat: eadem rabies ad scindendas
vestes prouocat. Et Criso. in omel. in-
quit. Hoc fecit vt accusationez redderet
grauiorem: ⁊ quod verbis dicebat: fa-
ctis extolleret. Qui aūt erant cum pon-
tifice frementes dixerunt. Reus ē morꝫ
Ubi Origenes ait. Quantū putas fuit
erroris ipsam principalē omniū vitā reā
mortis pronunciare. ⁊ p tantorū resur-
gētiū testimonia nō respicere fōtē vite:
de quo in omnes viuētes vita fluebat.

hec ille. Quāuis v̓o falso illi violēta mor
te dignū acclamassent xp̄m: tn̄ dubium
hic incidit. vtrū i ipso necessitas fuit ad
moriendū morte naturali. Et respōdet
Ric. in. iij. di. xvj. ꝙ i ipso fuit necessitas
moriendi quātum ad humanā naturaz
que necessitas non. fuit cōtracta nec ꝓ-
pter peccatū debita: sed fuit voluntarie
assumpta. Uoluntarie eni filius dei ta-
lem assumpsit naturaz humanā: ꝙ nisi
eam miraculose cōseruaret: necessariū
erat ꝙ corpus eius resolubile ⁊ mortale
senio defecisset: Quis valde diu duras-
set propter excellentissimaz complexio-
nem. Fuit ergo i eo necessitas morien-
di ratione nature assūpte relicte suo re-
gimini naturali. nō tn̄ fuit necessarium
illum mori morte qua mortuus est. nisi
p compatione ad diuinā preordinatio-
nem. Sz adhuc nōnulli dubitant vtrū
necessitas moriēdi i xp̄o subiecta fuerit
eius volūtati humane. Et quidā tenent
ꝙ sic. Primo qꝛ ẜz Ansel. in li. cur. de⁹
homo. Sapiētie ⁊ iusticie dei repugnat
cogere mortē pati sine culpa illuz quem
iustum ad eternam fecit beatitudinem.
sed homo xp̄s nunq̄ꝫ habuit culpam. ⁊
fuit factus iustus ad eternam beatitudi-
nem. ergo repugnasset sapiētie ⁊ iusticie
dei ꝙ xp̄s mortē sustinuisset si noluisset
Alij v̓o contrarium asserunt. qm̄ mori
ex conditione nature. ⁊ posse mori nūq̄ꝫ
aliqua creata v̓tute. repugnare videt.
sꝫ in xp̄o fuit necessitas moriendi ex cō
ditione nature. ergo cū voluntas huma
na sit creata non potuit illa volūtate fie-
ri imortalis: Rn̄det Ric. ad istaz. q. vbi
ṡ. q. iij. ꝙ vt tactū est aliqui dicunt ꝙ ne
cessitas moriēdi i xp̄o subiecta fuit volū
tati humane. Dicūt eni ꝙ p compatōez
ad necessitatem moriendi xp̄s inquātū
hō tenuit mediū inter statum innocētie
⁊ nature lapse. In p̄mo eni statu nec nā
nec volūtas suberat necessitati morien-
di. sed in nobis tam natura q̄ꝫ volūtas
subsunt necessitati moriendi: nō sic in-
telligendo ꝙ necessarium sit voluntatē
mori: sꝫ quia corpus a morte preseruari

nō potest. In natura autem humana
xp̄i natura suberat necessitati moriendi
sed voluntas preerat ita ꝙ nō potuisset
mori nisi voluisset. Cui opinioni videtur
cōcordare Dama.li.iij.c.xix. dicens. ꝙ
non precedebant in dn̄o voluntatē na/
turalia. Nihil enim coactū in ipso consi
derat: sed omnia volūtaria. Alij autem
dicunt cōtrarium: quia ille solus potest
mutare cursum ⁊ legem nature: qui na/
turam istituit ⁊ ordinauit. cum ergo i na
tura humana xp̄i fuit necessitas morien
di ex conditione nature. ergo per aliquā
volūtatem creatam tanq̄ per causam
efficiētem nō potuisset ꝓseruari a mor/
te. si tamē ex deliberatiōe mori noluis/
set: diuina voluntas eum a morte ꝓser/
uasset. Huic opinioni secūde magis q̄
prime Ric. inherere videt: licet vtraqꝫ
sit sustētabilis. Nihilominus ꝓpter di/
cta alia suboritur questio. Utrum xp̄s ꝑ
volūtatem separauerit miraculose aīam
suā a suo corpore. an vero fuerit separata
vi afflictionū ei illatarum. Et respondet
Ric. vbi.s̄.q.iiij. ꝙ xp̄s mortuus fuit ꝑ
violentiā afflictionū ei illataꝝ: cōcurrēte
vehemētia doloris cōpassionis q̄ mortē
accelerauit. Un̄ ⁊ Petrꝰ Act.ij. dixit iu/
deis de xp̄o. Hūc ꝑ manus iniquorū
affligētes iteremistis. Et.c.iij. Auctorem
vero vite interfecistis. Et si argueret ex
dicto Aug.in.iiij. de trini.c.xiij. vbi ait.
Lōga morte cruciabant ligno suspensi.
Un̄ latronibꝰ vt iā morerent ⁊ de ligno
ante sabbatum deponerent crura ꝯfra/
cta sunt. xp̄s aūt qꝛ mortuus inuentꝰ est
miraculo fuit. ergo si fuit mortuus mira
culo: non ꝑ violentiam mortuꝰ est affli/
ctionū illataꝝ. Rn̄det Ric. ad quartum
ꝙ ibi Aug. accipit miraculū ꝓ mirabili:
qꝛ mirabat Pilatꝰ ⁊ sui quō ita cito eēt
mortuꝰ eo ꝙ cām acceleratōis mortꝭ eiꝰ
nō ꝯsiderabāt. Cuiꝰ accelerationis cau/
sa fuit vehemētia doloris cōpassionis: ⁊
tenerrima ꝯplexio: quā hēbat. ⁊ ꝑterea ꝑ
totā noctē fuerat afflictꝰ: ⁊ in crucifigen
do eū crucifigētes grauiꝰ extēderūt mē/
bra eius q̄ illoꝝ qui crucifixi fuerūt cū
eo: quia plus eum odiebāt. Fuit tn̄ aliq̄
modo mors illa miraculosa: qꝛ nisi dispē
satiue diuia potētia ꝓhibuisset btitudinē
anime xp̄i in suū corpus redūdare: cor/
pus xp̄i nulla interueniēte morte glorifi
catū fuisset. Nō si fuisset factū nulla vir
tute creata potuisset illa aīa a corꝑe suo
seꝑari. hec Ric. Ex q̄bus oībus colligi/
mus dn̄m nr̄m iesuꝫ xp̄m pro caritate
sua voluisse venire aīe sue corpus passi/
bile ⁊ mortale: vt sic pro nobis pctōribꝰ
patiēdo ⁊ moriēdo ꝓ nr̄is debitis satis/
faceret. Iudei aūt criminabant eū fore
reū mortis tanq̄ malefactorē: seducto/
rē ⁊ blasphemū. ¶ Tertio fuit vehemēs
dolor xp̄i ꝓpter derisionē. qn̄. s. vsqꝫ ma
ne dimissus ē i manus seruoꝝ vilissimo
rum q̄ expuerūt i faciē eius. ⁊ colaphis
eū ceciderunt. Alij aūt palmas i faciem
eiꝰ dederūt. d. Prophetiza nob xp̄e q̄s
ē q̄ te ꝑcussit. Et vt inq̄t Marcꝰ velaue
rūt faciē eiꝰ. ⁊ hoc fecerūt s̄m aliquos:
ne vidētes dignissimaꝫ faciē illā pietate
vicerēt. O ihu bn̄dicte q̄ dura nox hec
est: in q̄ ꝑncipio vsqꝫ ad finē quietē ne/
scis. sꝫ nūc vno mō: nūc alio corpore ⁊
aīo fatigaris. O amantissime iuuenis q̄
tū me pctōrē dilexisti: quem cū tot labo
ribꝰ passionibus ⁊ cruciatibus redime/
re voluisti. O mens humana cur tā du/
ra es vt dn̄o tuo cōpati negligas: q̄ pro
cōpassione tua sputis deturpat. alapis ce
ditur. ⁊ ab indignissimis personis vili/
ter ꝑtractat. Heu me quid erat inspice/
re illos seuientes in eum. alios trahen/
tes capillos eius: nōnullos sudariū leuā
tes spuere i os eius: quosdā importunis
vocibꝰ clamare in aures eius: hos pu/
gnis ꝑcutere pectꝰ eiꝰ: illos extēsa manu
verberare collū eius. O iesu mi q̄tum
nos dilexisti. Sed nos miseri te nō dili/
gimꝰ. Uince o humanū cor vince torpo
rē tuū genus humanū. ⁊ oēm affectum
tuū porrige iesu xp̄o. Ecce ꝙ iam appro
piquat dies. ⁊ mors de ꝓximo pro amo/
re tuo sibi parat. Sed vbi es o Maria
mater. Ubi habitas. An ignoras q̄ cir/
ca dilectissimuꝫ filium tuum geruntur.

Dicunt namq3 quidā φ Johes euangelista dimisso iesu i domo Caiphe cucurrit versus bethaniā ad domū Magdalene. vbi virgo remanserat qñ xp̄s cum discipulis suis venit hierusalem ad cenā faciendā: ꝛ ibi clamans ad hostiū a virgine orante: tremente ꝛ attonita audit⁹ est. Aduocauit mox Magdalenā3. d. Surge filia ꝛ videam⁹ quid nobis de filio meo significat. Apta fuere hostia dom⁹: ꝛ intrauit Johes eiulans. flens ꝛ lachrymans. dicensq3: Heu me veneranda mater ꝙ durus tibi nūcius aduenio. ꝛ cum pre singultibus vix loq valeret. īterrogabat a virgine collachrimāte. Ubi est filius meus. vbi est iesus meus. Quid actum est de filio. Uiuit adhuc an iudei interfecerunt eū. Heu me dolentē nimiū. Et Johes rñdere poterat atq3 dicere. nondū mortu⁹ est. s3 puto hodie morti erit tradēdus. Cōprehēderunt enī illū in nocte ministri iudeoꝝ ꝛ detinēt eum vinctū in domo Caiphe: asseruntq3 necꝫ illi ph̄ei ꝛ scribe debere morti adiudicari. O ꝙ gelidum tūc factū est cor illud virgineū: quātoue dolore repleta fuit anima eius. Que statim exiuit domum cū Johe ꝛ Magdalena alijsq3 comitantib⁹ Hierusalem festina petens. Cum aūt ītrauit ciuitatē transeuntes quosdā īterrogabat. d. illud Cāt̄ iij. Nū quē diligit aīa mea vidistis filiu3 meū vnicū. Et illi interrogabāt. qualis est dilect⁹ tuus. Et illa. Dilectus me⁹ candidus ꝛ rubicundus: filius meus pulcher ꝛ decorus: sanctus: morigeratus: virtutibus redimitus: gratia plenus: etatis. xxxiij. annorum: ꝛ mihi carissimus. O fili mi iesu vbi te inueniā. Circuibo ciuitatē ꝑ vicos ꝛ plateas vt te queram. vt te inueniam. vt te videam. vt cōplectar vt alloquar priusq̄ moriaris. Perrexit tandē vsq3 ad domū pōtificis vbi multitudinē cōgregatā inuenit. qm̄ ad Pilatū iesus xp̄s mittendus erat. Tempta bat ad filium ꝑperare: ꝛ nō ꝑmittebat. Clamabat altisona voce. Fili mi ihesu: Jhesu fili mi. Audiebat tunc forte filius lamentantē matrē ꝛ adaugebat angustia mentis eius. Nam quāto inter eos amor erat vehementior: tanto vtriusq3 dolor compassionis intensior. Compatiebatur vtiq3 mater filio: cōpatiebatur filius compassiue matri. Sed vt deuotius hāc p̄tē exoluamus q̄rendū ē. vtru3 virgo gloriosa magis dilexerit filiū suu3 ꝙ aliq̄ alia mater filios suos. Ad quod ego rñdeo φ sic. ꝛ ꝓbo hoc multiplici rōne. Prio rōne claritatis. Clare enim virgo cognoscebat. ꝛ certissima erat φ a filio sūme diligebat. ꝛ cū firmiter crederet ip3 eē deū in suo vtero incarnatū. sciebat illū eam diligere pre ceteris creaturis ꝛ humanis ꝛ angelicis: quare cor eius inflāmabatur vt illum diligeret: a quo sciebat magnopere se fore dilecta3. ¶ Secūdo hoc ꝓbo rōne sanctitat̄. Diligebat v̄go filiū suū copiosissime: que3 plenū sanctitate gratia oiq3 virtute diligendū cēsebat. ¶ Tertio hoc ꝓbo rōne totalitatis. Fuit eni3 beata virgo ita m̄ r̄ xp̄i vt ab ea sola spū scō cooperāte corpulētam substantiam acciperet. Quare amor qui debet esse patris ꝛ matris ad filiū: erat in virgine sola ad xp̄m ab ea genitū. ¶ Quarto hoc ꝓbo rōne diuturnitat̄. Amor enim quāto diuturnior tanto vehementior. Cum ergo filiū suu3 virgo dilexerit ꝑ annos. xxxiij. absq3 vlla ꝑturbatōe. ꝯsequens est φ eū diligebat ī etate florenti iam cōstitutū vltra ꝙ dici possit. ¶ Quinto hoc ꝓbo rōne familiaritatis. Nūq̄ enim īuētus est aliquis filius qui ita blande: ita reuerēter ita dulciter: ita familiariter cōuersaretur cum parentibus suis: sicut xp̄us faciebat cum virgine matre. Nō enim dubitare quispiam posset φ ꝑ tot annos quibus xp̄s cum matre conuixit nō fuerit liquefactum cor eius in amorem illius a quo totiens vocari matrem se sensit: quem ꝛ ipsa filiū sepe noīabat. Quare firmiter teneo φ virginis amor ad xp̄m vincebat omnem amorem quorūcūq3 parentum: qui tenerrime filios suos diligunt aut dilexerunt.

¶ Qđ xp̄s in presentatione vehementer doluit ꝓpter accusationem. ꝓpter flagellationē. ⁊ ꝓpter coronationem.

Secundi articuli primus dolor.

Secundi articuli primus dolor iesu xp̄i dicit presentatiōis. Cū eni Pilato fuit presentat⁹ doluit vehementer. ⁊ precipue ꝓpter tria. Primo ꝓpter accusationez. Secundo ꝓpter flagellationē. Tertio ꝓpter coronationē. ¶ Primo doluit vehementer ꝓpter accusationē. Ad quod intelligendum cōmemorandū est qđ euangeliste tradunt. videlz. ꝙ mane adductus fuit iesus a domo Caiphe ad domū Pilati ꝑsidis in ꝑtoriū. Erat autē pretoriū locus vbi audiebant ⁊ examinabant rei: ⁊ ipsi nō introierūt iudei in pretorium: vt nō ꝯtaminarēt ex igressu dom⁹ hois gentilis: sed manducarent pasca. i. azimos panes: qui a iudeis ꝑ dies. viij. comedebātur. O impia cecitas. alienigene iudicis pretorio cōtaminari timebāt: ⁊ fratris innocentis sanguinē nō timebant. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras ⁊. Quā accusationez affertis aduersus hoiem istū? Responderūt. Si nō esset hic malefactor: nō tibi tradidissem⁹ eū. Ubi Aug⁹. Interrogent atq̧ rn̄deant ab imundis spiritibus liberati. ceci vidētes. mortui resurgentes: vtrum sit malefactor. Addiderūt etiā qđ Lucas dicit Hunc inuenimus subuertentē gentem nostrā. ⁊ ꝓhibentē tributa dari Cesari. ⁊ dicentē se xp̄m regē esse. Dixit eis Pilatus. Accipite eū vos: ⁊ ꝑm legē vestram iudicate eum. quasi dicat. si sufficit vr̄a examinatio: sufficiat ⁊ vestra sententia. Nā vt dicit Nico. de lira. Romani aliq̄ minora iudicandi ꝑmiserant iudeis retinentes sibi penā mortis: ⁊ causam sanguinis. Ideo ꝑ hanc rn̄sionez ihibebat ne xp̄o mors inferret. Et ideo illi intendentes eum morti adiudicari rn̄debant Nobis nō licet iterficere quēq̧. Introiuit ergo iteruz in pretorium Pilatus. ⁊ interrogauit iesum. Tu es rex iudeorū? Ubi queritur. quare Pilatus sic eū interrogabat. Et rn̄det Nico. đ lira. ꝙ cū iudei accusassent eum de tribus videlz. quia subuerterat gentez. ⁊ prohibuerat tributa dari Cesari. ⁊ dixerat se eē regez. De duob⁹ primis Pilatus non curauit inquirere. Non de primo: quia ipse gentilis erat: ⁊ non iudeus. non etiā de secundo: quia sciebat illud esse falsuz. sed tm̄ de tertio: eo ꝙ romāi nomē regiuz a iudeis abstulerāt. Rn̄dit iesus. A temet ipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me? q. d. Cōcepisti hanc opinionē de me ꝑ temetipsuz? Ubi Criso. Ait. Nō ignorās interrogat: sed ab ipso accusari iudeos volens. vnde sequit euangelista. Rn̄dit Pilatus. Nūquid ego iudeus sū? Gēs tua ⁊ pontifices tui tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Rn̄dit iesus. Regnū meū non est de hoc mundo. Quasi dicat. nō quero tꝑalem dn̄ationē. Dixit ei Pilat⁹ Ergo rex es tu? Rn̄dit iesus. Tu dixisti quia rex suz ego. Ego in hoc natus suz: ⁊ ad hoc veni in mundo: vt testimoniū ꝑhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocē meā. Dicit ei Pilatus Quid est veritas? Et nō expectato rn̄so exiuit ad iudeos. ⁊. Ego nullā in eo iuenio cām: ⁊ vt liberaret eum de furore ipsoꝝ. ꝓposuit ꝑm cōsuetudinez quā habebant. s. i solennitate pasce vt vnū reuz morte peterent liberādū: an vellent xp̄z esse illū: vel Barrabā: qui in carceribus ꝓpter maleficia sua detinebat: ⁊ populo erat odiosus. Clamauerūt aūt omnes. Non hūc sz Barrabā. O quali gladio feriebatur tūc cor ꝟginis matris quādo audiebat horribiles illos clamores iudeorū petentiū potius liberationē Barrabe latronis q̄ filij sui innocentissimi. Dixit Pilatus iudeis. Quid igit faciam de iesu: q dicit xp̄us? Dicūt oēs. crucifigatur. Et ille quid inquit mali fecit? Rn̄derunt. Cōmouit populum ꝑ vniuersaz iudeam incipiens a galilea vsq̧ huc. Quare Pilat⁹ misit iesuz ad Herodez galilee tetrarchā: qui illis diebus hierosolymis erat. Et cum iesus benedictus nullum verbū coram eo dixisset spreuit

illum Herodes cū exercitu suo: ⁊ illu/
sit idutū veste alba ⁊ remisit ad Pilatū
Pilatus aūt ↄuocatis principibꝰ sacer/
dotū dixit eis volens eripe xp̄m de ma/
nibus eoꝝ. Ego nullā cām inuenio in
homine isto ex his in q̄bus eū accusatꝭ.
Sed neq̄ʒ Herodes. Nam remisit eū
ad nos: ⁊ ecce nihil dignū morte actū ē
ei. At illi clamabāt. Nos legē habemꝰ ⁊
ƀm legē debet mori. Dixit eis Pilatus.
Corripiā eū ⁊ dimittā. O Pilate si in/
nocens est: cur corripies? Si reus: cur
dimittes. O q̄ʒ laboriosa fuit mors iesu
xp̄i tam diu, malignis cōsilijs: crimina
tionibus: accusationibus: ⁊ clamoribus
exq̄sita. Scḋo doluit xp̄us vehemēter
ꝓpter flagellationē. qm̄ vt refert Mar
cus Pilatꝰ tradidit iesuʒ militibꝰ flagel-
lādū. Ut. n. doc. dicūt ligauerūt illi iesuʒ
denudatū ad colūnā quādā ⁊ flagellaue
runt eum a planta pedis vsq̄ʒ ad v̇ticeʒ.
Et vt ait Greg. naçāçenus: caro xp̄i fla/
gellata post liuores sanguinē ex oī parte
scaturiebat: quo etiā terra sub pedibꝰ ie/
su ⁊ columna ipsa atq̄ʒ flagella madefie
bant. Et vt arbitror post crudelem illam
flagellationē cū soluissent eū pre debili/
tate nimia ⁊ doloris imensitate in terrā
cecidit sanguine suo irrigatā dn̄s noster
iesus. Sʒ hic theologi querunt. vtrū in
xp̄o fuit vera doloris passio. Et q̄daʒ: lʒ
nō dicere voluerint: ꝙ nō arguētes di/
cunt primo ex dicto Hilarij. d. in. x. li. de
trinitate. Uirtus corpis sine sensu pene
vim pene in se desenientis excepit. verꝰ
aūt dolor nō ē sine sensu pene. ergo ⁊c.
¶ Scḋo adducūt dictū Dionysij: q̄ ad
Joh̄eʒ euāgelistam ita scribit. Absit vt
ita insaniā vt credā sanctos aliq̄d pati ƀʒ
corpis passiones: sed solū credo nos iu/
dicare ipsos sentire. Si ergo sancti non
sentiūt passiōes nisi ƀʒ iudiciū: ⁊ nō ƀʒ
experiētiaʒ. ergo patiendo nō habēt do/
lorē verū: ⁊ ꝑ ↄsequens multo minꝰ nec
sanctꝰ sanctoꝝ xp̄s. ¶ Tertio conanť ꝓ/
bare opinionē suā exēplo Moysi q̄ ie/
iunauit. xl. diebꝰ. ⁊. xl. noctibus sine ali
qua corporis lesione ꝓpter continuam
ↄtemplationē. Si ergo ꝑfectio cōtēpla/
tionis aufert passionem ⁊ sensuʒ famis:
pari rōne videť ꝙ aufert sensuʒ doloris
in carne passibili. Sed in xp̄o fuit con/
tinua contemplatio ⁊ ꝑfectissima. ergo
videť ꝙ nulla fuit in eo doloris expien/
tia. Sed cōtra hāc opinionē est omnis
scriptura sacra. Un̄ in p̄os i ꝑsona xp̄i
diciť. Afflictus sum ⁊ hūiliatus sum ni/
mis. Et iterū. Ego sum pauꝑ ⁊ dolens.
Et iterū. Suꝑ dolorē vulnerū meorum
addiderūt. Propterea dicūt the. di. xvi.
tertij libri. ꝙ vera doloris passio fuit in
xp̄o qm̄ i eo fuit caro passibil' ⁊ ꝑforabil'
Fuit etiā virtus sentiendi ƀm quā aīa cō
patiť corpori leso. Et qm̄ hec duo veruʒ
dolorē faciūt. s. vera lesio ⁊ verus lesiōis
sensus. ⁊ hec duo vere fuerūt i xp̄o indu
bitanter tenēdum est ꝙ in ipso vera fuit
doloris passio. Ad dictum aūt Hilarij
rn̄detur ꝙ ƀm quosdam dictum illud
retractauit. Uel pōt dici ꝙ Hilarius in
v̇bo p̄dicto nō excludit sensum doloris
a xp̄o ƀm humanā naturā: sed ƀm diui/
nā. Un̄ illa v̇ba referenda sunt ad ꝑso/
nā xp̄i. Uel ut magister sen. expōit diceť
possumus ꝙ Hilarius nō vult ostēdere
xp̄m nō habuisse verū dolorē: sed n̄ ha
buisse causam doloris: qm̄ passus est ꝑꝑ
delicta nr̄a. ¶ Ad scḋm v̇o. s. v̇bū Dio
nysij dicit Bon̄. in. iij. di. xvi. ar. i. q. i. ꝙ
Dionysiꝰ nō vult diceť nec sensit ꝙ btūs
Joh̄es ⁊ alij sancti nō expianť dolorē in
tormētis: sed vult cōmēdare cōstantiaʒ
mētis q̄ non magis cōmouebať ex expe
riētia sensus q̄ʒ cōmoueretť ex sola cōsi/
deratione ⁊ iudicio rōnis. ¶ Ad tertiuʒ
v̇o q̄d obijciebať de Moyse dicēduʒ ꝙ
etsi dulcedo cōtēplatiōis quodāmodo
ip̄m reficeret ⁊ a sensibꝰ exteriorib ꝰ ab/
straheret. adeo vt naturales v̇tutes q̊dā
modo cōsopiret: vt nō ita cōsumerenť:
⁊ cibū regrerēt. tn̄ ꝙ tanto tp̄e ieiuna/
uit sine sui lesione hoc fuit per speciale
beneficiū ⁊ diuinū miraculū. ⁊ ideo non
hʒ locū in ꝓposito: quia xp̄s i passione
sua nō exercuit miracula potētie: sed po/
tiꝰ vsus ē armis patiētie. ¶ Tertio doluit

vehementer xp̄s ꝓpter coronationē q̄n
milites duxerūt eum in atriū pretorij.⁊
induerūt eum purpura:⁊ imposuerunt
capiti eius coronā spineā:⁊ circundede/
runt eū.⁊ veniebant ad eū illudentes:⁊
d.Aue rex iudeoꝝ.⁊ expuebant in eum
⁊ dabant ei alapas:⁊ percutiebant caput
eius.Et caput illud angelicis spiritibus
tremendum:vt Bern̄.ait.spinarum dē
sitate pungebat.Nā corona illa de iun/
cis marinis ad modum spinaꝝ accutis
erat confecta.vt dicit Nico.de lira.At
Pilatus fecit ih̄m sic coronatū ⁊ pur/
pura vestitū velut cōtēptibilē ⁊ abiectuꝫ
exire dixitq̄ꝫ iudeis.Ecce homo.quasi
dicat.punitus est ideo debet vobis suffi
cere.At illi magis clamabāt.Crucifige.
crucifige eum.Et pꝰ multa addiderunt
Si hunc dimittis nō es amicus cesaris
Omnis eni qui se regem facit ꝯtradicit
cesari.Et cum talia agitarentur misit ad
Pilatuꝫ vxor eius.d.Nihil tibi ⁊ iusto
illi.Quasi dicat.nullo mō eū cōdēnes:
sꝫ magis dimitte.Multa eni sū hodie
passa ꝑ visum ꝓpter eum.quia vt dicit
Rabanus diabolus apparuerat ei mo/
uens eam terroribus ad liberationem
xp̄i:volens sic impedire hoīum saluteꝫ.
Sed dubitatur vtrū visio predicta facta
fuerit in somno vel vigilia.Et respōdet
Nico.d̄ lira q̄ꝫ hoc nō habetur expresse
creditur tn̄ magis q̄ꝫ fuerit in somno.

¶ Qō xp̄s in sentētiatione vehemēter
doluit ꝓpter onerationē:ꝓpt̄ associatio
nem ⁊ propter lamentationem.

Secundi articuli dolor secundus.

Ecundus dolor secundi articuli
dicitur sententiationis.Uidens
namq̄ꝫ Pilatus nō posse iudeo
rum furorem sedare nec mitigare qn/
 īmo audiebat eos magno cuꝫ tumultu
clamantes.Si hūc dimittis nō es ami/
cus Cesaris.accepta aqua lauit manus
corā populo.d.Innocēs ego sum a san/
guine iusti huiꝰ.Uos videritꝭ.Ubi Re/
migius ait.Mos erat apud antiquos
vt cū vellet quis ostendere se imunē esse
ab aliq̊ crimine:accepta aqua lauar̄ ma
nus suas corā populo cōsueuerat.Et re
spondens vniuersus populus dixit:Sā
guis eiꝰ super nos ⁊ super filios nostros
Quare Pilatus humano timore vic/
tus pro tribunali sedens ſm ordineꝫ cu
rie sue sn̄iam iniustā ꝯtra ih̄m ꝓtulit vt
crucifigeret.Tūc amātissimꝰ noster ih̄s
cruciatus ē propter tria.Primo ꝓpter
onerationeꝫ.Secūdo ꝓpter associati/
onem.Tertio propter lamentationem
¶ Primo cruciatus est propter one/
ratōeꝫ.quādo.s.crux onerosa ⁊ dura hu
meris suis fuit iposita.Tūc eni cū d̄ do/
mo Pilati versus mōtē caluarie duce/
ret anq̄ꝫ deuenisset ad locū:vt dr̄ i qua/
dā historia:aflicta ⁊ mesta mater eiꝰ ob
uiā illi processit:volens illum tangere ⁊
amplecti.Quā vt filius aspexit merore
ꝯfectā:cecidit fatigatus sub cruce.Ipsa
etiā mater dulcissima quasi mortua i ter
ram ruit.Ob qd̄ in loco illo in huius fa
cti memoriā capella a fidelibus cōstru/
cta fuit:que sancta Maria de spasmo
nuncupat̄.Tandem iudei angariauere
hominē.Cyreneū noīe Simonē vt tol
leret crucē ih̄u.Qm̄ vt aiunt quidā cuꝫ
sepius temptasset ih̄s illā portare ꝑ de/
bilitate ferre ampliꝰ nō valebat.Curre
o anima mea curre velocit̄ ⁊ humeros
tuos subijce illi cruci:i qua ih̄s dei filius
oꝑabitur salutē tuam:imo oīum saluan
dorum.Sꝫ hic doc.querūt.quare xp̄s
benedictus pati voluit mortem crucis
Et respōdet Tho.iij.ꝑte.q.xlvj.ar.iiij.q̄ꝫ
hoc fecit ꝓpt̄ septē rationes.¶ Prima
rō est ꝓpter exēplū virtutis.Dicit enim
Aug.in li.lxxxiij.q.Sapiētia dei homi/
nē ad exēplū q̊ recte viueremꝰ suscepit
Pertinet autē ad vitā rectā ea que non
sunt metuēda nō metuere.Sunt auteꝫ
homies q̄ q̄ꝫuis mortē ipsam nō time/
ant:genꝰ tn̄ mortis horrescunt.Ut ergo
nullū genꝰ mortis recte viuenti homini
metuendū esset:illius hoīs cruce osten
dendū fuit.Nihil eni erat inter oīa gnā
mortꝭ illo gnē execrabiliꝰ ⁊ formidabiliꝰ

Secunda ratio est.quia hoc gen⁹ mortꝫ
maxime conueniens erat satisfactioni ꝓ
peccato primi parētis. Unde Aug. dicit
in quodam sermone de passione. Con/
tempsit Adam preceptum accipiens ex
arbore: sed quicqd Adaꝫ ꝑdidit: xp̄us
in cruce inuenit. Et Ambro. de xp̄o ita
ait. De parentis protoplasti fraude facta
ꝯdolēs qn̄ pomi noxialis morte morsu
corruit. ipse lignuꝫ tunc notauit damna
ligni vt solueret. Hoc opus nostre salu/
tis ordo depoposcerat multiformis ꝓdi
toris ars vt artem falleret ⁊ medelaꝫ fer
ret inde hostis vnde leserat. Et iterum
ecclesia dicit. Omnipotens eterne deus
qui salutē humani generis i ligno crucis
constituisti: vt vnde mors oriebat inde
vita resurgeret: ⁊ qui in ligno vincebat i
ligno quoqꝫ vinceretur. ¶ Tertia ratio
est quia vt dicit Criso⁹ in sermōe de pas/
sione. In excelso ligno: ⁊ non sub tecto
passus est: vt etiā ipsius aeris nā munda
retur. Sed ⁊ ipsa terra simile beneficiuꝫ
sentiebat decurrentis de latere sanguinis
stillatione mundata. Et idē Criso. super
Joh. inquit. Audiens suspēsionem intel
ligas in altū: vt sanctificaret aerem qui
sanctificauerat terram ambulando i ea.
¶ Quarta ratio est. quia per hoc ꝙ xp̄s
in cruce moritur ascensum nobis parat
in celum. vt Crisosto. dicit. ¶ Quinta ra
tio est. qa hoc competit vniuersali salua/
tioni totius mundi. Nam figura crucis
vt ait Gregori. naçāçenus a medio con/
tracta in quattuor extrema partita. signi
ficat virtutē ⁊ prouidentiam eius qui in
ea pependit vbiqꝫ diffusam. Criso. etiaꝫ
dicit ꝙ in cruce expansis manib⁹ morit
vt altera manu veterē populū: altera eos
qui ex gentibus sunt trahat. ¶ Sexta ra
tio est. qa per hoc genus mortis diuerse
virtutes designant. Unde Augu. dicit in
li. de gratia veteris ⁊ noui testi. Non fru
stra tale genus mortis elegit: vt latitudi/
nis ⁊ altitudinis ⁊ longitudinis ⁊ profū
ditatis: de quibus apl̄us loquitur magi
ster existeret. Nā latitudo est in eo ligno
quod transuersū desuꝑ figit. hoc ad bōa
opa ꝑtinet: qa ibi extendunt man⁹. Lō
gitudo est in eo ligno: qd̄ vsqꝫ ad terraꝫ
trahitur: quo crux stat sistit ⁊ perseuerat
quod longanimitati tribuit. altitudo est
in ea ligni ꝑte: que ab illa que transuersa
figitur versus sursū relinquit. hoc est ad
caput crucifixi: quia bene sperantium su
perna expectatio est. Jam vero illud ex
ligno qd̄ fixū occultat. vnde totuꝫ illud
exurgit significat profūditatem gratuite
gratie. Et sicut etiā Augu. dicit suꝑ Jo.
Lignū in quo fixa erant membra patiētꝭ
ad cathedram fuit magistri docentis.
¶ Septima ratio ē: qa hoc gen⁹ mortꝫ
plurimis figuris rn̄det. Ut enim Augu.
dicit in sermone de passione. In diluuio
aquarū humanum genus archa lignea
liberauit. De egypto dei populo recedēte
Moyses mare ṽga diuisit: ⁊ Pharao
nem prostrauit: ac populuꝫ dei redemit.
Idem Moyses lignum in aqua misit ⁊
amaritudinē eius in dulcedinem cōmu
tauit. Ex lignea virga de spirituali petra
salutaris vnda profertur. Et vt Amalech
vinceret: contra virgā Moyses expan/
sis manibus extendit. Et lex dei arche/
testamenti credit lignee vt his omnib⁹
ad lignū crucis ꝑ quosdā grad⁹ veniat.
¶ Secundo cruciat⁹ ē xp̄s ingenti do/
lore ꝓpter associationē. Associat⁹ nanqꝫ
est cū duobus latronibus sicut ꝑdixerat
ysa. liij. c. Et cuꝫ sceleratis deputatus est
Ubi doc. querūt vtrū hoc cōueienter sit
factū. Et rn̄dent ꝙ in hoc alia fuit inten
tio iudeoꝝ: alia ordinatio dei. Qn̄tū enim
ad intentionem iudeoruꝫ sic dicit Criso.
Duos latrones vtrinqꝫ crucifixerūt: vt
eorū suspitionis fieret ꝑticeps. sed non
ita euenit. Naꝫ de illis nil dicit. huius au
tē vbiqꝫ crux honoratur. Reges diade/
mata deponentes: assumūt crucē in pur
puris ⁊ diadematibus maximis in mēsa
sacrata. vbiqꝫ terrarū crux emicat Qn̄tū
vero ad dei ordinationē xp̄s cum latro/
nibus crucifixus est. Primo qa vt dicit
Hiero. sup Math. Sicut ꝓ nobis ma/
ledictū crucis fact⁹ est. sic pro omniuꝫ sa
lute inter noxios quasi noxi⁹ crucifigit

Secundo vt dicit Leo papa in s̄mone de passione. Duo latrones vnus ad dexteram: alius ad sinistram crucifiguntur vt in ipsa patibuli specie denotaretur illa que ĩ iudicio ipsius hominũ omniũ facienda est discretio. Et Aug. dicit super Ioh. Ipsa crux si attendas tribunal fuit In medio enĩ iudice ↄstituto: vnus qui credidit liberatus: alter qui insultauit damnatus ẽ. iam signabat quid facturus est de viuis ⁊ mortuis: alios positurus ad dexteram: ⁊ alios ad sinistram. Tertio s̄m Hilariũ duo latrones leue ac dextre affigunt: omnẽ humani generis diuersitatem vocari ad sacramentuꝫ passionis dñi ostendentes. sed quia per diuersitatẽ fideliũ atqꝫ infideliũ fit oĩuꝫ s̄m dexteram ⁊ sinistrã diuisio. vnus ex duobus ad dexterã situs fidei iustificatione saluatur. ¶ Tertio cruciatus est xp̄s acerbo dolore ꝓpter lamentationẽ quando vt meminit Lucas: sequebatur illum multa turba populi ⁊ mulierum que plangebant ⁊ lamentabantur eum. Cum quibus etiã ipse compatiendo predixit futurã illius ciuitatis calamitatem ⁊ desolationẽ. Sed doc. hic querunt. cur ihus xp̄us in hierusalem pati voluit. Et respõdent ꝙ hoc conuenieñter factũ est multiplici rõne. ¶ Primo qdẽ. qꝛ hierusalem erat locus a deo electus ad sacrificia sibi offerenda: que quidem figuralia sacrificia figurabant xp̄i passioneꝫ que est verum sacrificium. iuxta illud Eph. v. Tradidit semetipsum oblationẽ ⁊ hostiam deo in odorẽ suauitatis. Secundo quia virtus passionis eiꝰ ad totũ mundum diffundenda erat: ideo in medio terre habitabilis pati voluit. i. in hierusalem. Unde dicit̃ ĩ psalmo. Deus aũt rex noster ante secula opatus ẽ salutẽ ĩ medio terre. i. hierusalẽ: que dicit̃ esse terre habitabilis vmbilicus. ¶ Tertio qꝛ hoc maxie cõueniebat humilitati eiꝰ vt. s. sicut turpissimũ mortis genus elegit: ita etiã ad eius humilitateꝫ pertinuit ꝙ ĩ loco tam celebri cõfusioneꝫ pati nõ recusauit. Unde Leo papa dicit in sermone ephie. Qui formã serui susceperat bethleem preelegit natiuitati. ⁊ hierosolymam passioni.

¶ Qđ in crucifixione xp̄us vehementer doluit ꝓpter potationem. ꝓpter conclauationem. ⁊ ꝓpter eleuationem.

¶ Secundi articuli dolor tertius.

Tertius dolor secũdi articuli dr̃ crucifixionis. quãdo crucifixerunt eũ ĩ monte caluarie. vbi nimio dolore agitatꝰ ẽ ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter potationẽ. ¶ Scđo ꝓp ↄclauatõem. ¶ Tertio ꝓpter eleuationem. ¶ Prio nimio dolore agitatꝰ est xp̄us ꝓpter potatõeꝫ qꝛ vt inqt Matheus. Dederũt ei vinũ bibere cũ felle mixtuꝫ. Ubi q̃rẽdũ ẽ q̃re illo vino sic amaro potauerũt eũ. Et dicit Nic. de lira. ꝙ aliq dicũt id factũ fuisse. vt citiꝰ xp̄s moreret̃ ⁊ sic milites eiꝰ custodia citius expedirẽtur: qui debebãt eum custodire quousqꝫ expirasset. Sed ipse Nico. aliter dicit. Nã legit̃ in quodaꝫ libro hebraico: qui apud eos intitulatur liber iudicũ ordinarioꝝ: ꝙ quia Salomon dixerat ꝓuer. xxxi. Date siceram merentibus: ⁊ vinũ his qui amaro sunt animo vt bibant ⁊ obliuiscantur egestatis sue. ⁊ ideo seniores iudeorũ statuerant vt cõdemnatis ad mortẽ daret̃ vinũ aromaticũ ad bibẽdũ: vt facilius tolerarent passionem. In hierusalem autem erant matrone deuote ⁊ compassiue: que hoc vinum ⁊ siceram. potum inebriatiuũ dabant ex deuotione. Iudei ergo ex nimia crudelitate moti tale vinum datum pro xp̄o ⁊ alijs duobꝰ latronibus acceperũt sibi s̄m ꝙ dictũ erat Amos. ij. Uinũ damnatoruꝫ bibebãt: ⁊ loco eius posuerũt acetũ cum felle mixtũ. Talẽ potum cũ gustasset ihs noluit bibere. Nec cõtradicit Marcus cuiꝰ textus habet. Et nõ accepit: qꝛ non accepit ad bibendũ: sed ad gustandũ solũ vt sic impleret̃ in eo qđ dictũ ẽ in psalmo. Et dederũt ĩ escã meaꝫ fel. ⁊ in siti mea potauerũt me aceto. ¶ Scđo mł'to dolore fatigatꝰ est xp̄s ꝓpter cõclauationẽ. quando. s. cruce iam parata atqꝫ

dispositа: ⁊ in terra collocata ſm cōem
opinionē exuentes nequā illi magno i-
petu dn̄m iesum xp̄m ad terrā ꝓiecerūt
vt clauis eū cōfigerent. Et licet euange
liste non oīa dicant: quia tm̄ essentialia
scribere curauerūt: nihilominꝰ v̄isimil'r
credere possumus: ꝙ ita nudatus ⁊ ge-
nuflexus iesus vt se sup̄ crucē extēderet
oculis ad celū leuatis ī corde suo dixit.
Suscipe scē pater eterne me dilectū fili-
um tuū quē tibi offero ī sacrificiū ima-
culatū ꝓ salute humani generis. ⁊ remis
siōe pctōꝝ. Ecce iam nō offerūtur tibi
legalia sacrificia hircoꝝ: aut agnoꝝ: vel
similiū. sed caro inocentis mei filij tui.
Triginta ⁊ tres anni elapsi sunt quibus
hanc crucē semp̄ aspiciēs in illā mori ꝓ
humani generis redemptione cōcupiui
⁊ desideraui. Tandē ꝓijciens se sup̄ cru
cem: manus suas ⁊ pedes liberalissimo
gestu extendit. Acceperunt autē clauos
crucifixores: ⁊ ꝯfixerūt eū. Malleoꝝ
aūt ictꝰ ⁊ sonitꝰ audiri poterāt a virgine
matre: cuiꝰ cor clauis illis accutissimis:
qui manus ⁊ pedes ossa ⁊ carnes filij
sui rumpebant configebatur. Crucifixi
sunt etiā cum eo duo latrones: quos ple
riqꝫ voluerunt tenere fuisse cruribus al-
ligatos tm̄. Sed ego dico ꝙ fuere ꝯcla-
uati. q: vt inquit Aug. super Joh. Pen
dentes in ligno: clauis ad lignum ma-
nibus cō fixi: ꝓducta morte necabātur
Scripsit aūt ⁊ titulū Pilatꝰ ⁊ posuit sup̄
crucē. Erat aūt scriptū. Jh̄us naçarenꝰ
rex iudeoꝝ. litteris hebraicis grecis ⁊ la
tinis. Ubi queritur a doctoribus cur hac
triplici ligua deo volente titulꝰ ille fuerit
scriptus. Et rn̄det Criso. Credibile est
multos gentiles simul cū iudeis ꝓpter
festū cōuenisse. ⁊ ideo vt nullꝰ ignoraret
nō in vna lingua. sed in tribus scripsit.
Et Aug. dicit. Tres lingue ibi pre cete-
ris eminebāt. hebraica ꝓpter iudeos in
dei lege gloriantes. greca ꝓpter gentiuꝫ
sapientes. latina ꝓpter romanos m'tis
ac pene oībus tunc gentibus imp̄antes
Theophilus v̄o ingt. Significat aūt su
perscriptio triplici sermōe signata dn̄m
esse regē practice. philosophice. necnon
theologice. Nā ꝑ latinas lr̄as figuratur
practica: eo ꝙ romanū iperiū potētissi-
mū satisqꝫ officiosuꝫ in expeditionibus
fuit. Per grecas v̄o philosophia figura
tur. Greci nāqꝫ erga naturaliū specula-
tionē insudauerūt. Demuꝫ ꝑ hebraicas
theologia portēdit dū iudeis est credita
reꝝ diuiaꝝ agnitio. Dicebāt ergo Pila
to pontifices iudeoꝝ. Noli scribere rex
iudeoꝝ. sꝫ q: dixit Rex sum iudeorum.
Rn̄dit Pilatꝰ. Qđ scripsi scripsi. Mi-
lites aūt diuiserūt sibi vestimēta sua ⁊ tu
nicam mittentes sortem. erat aūt tunica
incōsutilis. i. sine sutura desup̄ contexta
ꝑ totū: sup̄ quā miserunt sortes. Et licet
⁊ Marcus dicat ꝙ sortes miserunt sup̄
eis. s. alijs idumēꝭ xp̄i. tn̄ ſm Nico. de
lira. illud debet itelligi ꝑ synedochen. i.
sup̄ aliqd eoꝝ. i. sup̄ tunicam. ¶ Tertio
vexatus est iesus multo dolore qn̄ crux
fuit eleuata a terra. ⁊ posita in foramine
atqꝫ plantata: in qua iā natus erat fruc-
tus nr̄e saluatōis: anteqꝫ in monte cal-
uario defigeret. Jn ipso aūt motu ⁊ ele-
uatione crucis: ac plantatione pondus
corpis ꝑ tres clauos vel quattuor ſm
quosdā sustinebat. Jdeo mēbra illa đbi-
litata icredibili cruciabant dolore. Sed
⁊ tūc mestissima mater filiū intuens con
tēptibilē. cōfusibilem. despectū. deformē
grādi angustia plenū. plagis attrituꝫ in
medio latronum pendētem. adiutorio
Magdalene ⁊ Johis qꝫtū potuit cruci
ꝓpinquā se fecit. Ubi mutataꝫ cernens
aspectus filij sui venustatem ⁊ elegātiaꝫ
cōsideransqꝫ qꝫ graui supplicio detine-
bat: lamētabiles voces emittebat. Hoc
aūt exp̄ssit Joh. qn̄ dixit. Stabat auteꝫ
iuxta crucē iesu mater eiꝰ: ⁊ soror matris
eius Maria Cleophe. ⁊ Maria mag-
dalene. Sꝫ dubiū hic ē. quia Luce. xxiij
dicit. Stabāt omnes. noti eius a longe.
Sed dicit Nico. de lira. sequēdo Aug.
in li. de cōsensu euāgelistaruꝫ. ꝙ in tāto
interuallo erāt. vt ⁊ iuxta dici possent: q:
in cōspectu eius presto aderāt: ⁊ a lon-
ge respectu turbe ꝓpinquius circūstātis

cum Centurione ⁊ militibꝰ. Pretereun-
tes aũt blasphemabãt eũ mouentes ca-
pita sua ⁊ dicentes: Vah qui destruis tẽ-
plũ dei: ⁊ i triduo illud reedificas. Sal
ua temetipsum. si filius dei es descende
nunc de cruce. Similiter ⁊ principes' sa-
cerdotũ illudentes cum scribis ⁊ seniori
bus dicebãt. Alios saluos fecit: seipsum
non potest saluũ facere. Ihs aũt in tot
psecutionibus ⁊ maledictis dixit v̓bum
illud primum in cruce omnis patientie
exemplũ. Pater dimitte illis: q: nesciũt
quid faciunt. ope implẽs quod v̓bo do-
cuit quãdo dixit. Orate ꝓ psequentibus
⁊ calumniantibus vos. Improꝑabant
etiã ei latrones q crucifixi erãt cum eo
Lucas v̓o dicit ꝙ vnus tm̃ blasphema
bat: quẽ alius reprehendit. Sed Augu.
in libro de consensu euangelistarũ. dicit
ꝙ Iohes loquitur in plurali ponẽs plu
rale ꝓ singulari sm̃ vsitatum loquendi
modũ. Vel potest dici sm̃ Hieronymũ
ꝙ primũ vterq; blasphemauerit. dein-
de vnus credidit in xp̃um. ⁊ priorez ne-
gationẽ sequẽti cõfessione emendauerit
Unde Hieronymꝰ sequit̃ In duobꝰ la-
tronibus vterq; populꝰ ⁊ gentiliũ ⁊ iu-
deoꝝ p̓mo dominũ blasphemauit: post
ea signoꝝ multitudine alter exterritus
egit' penitentiã. ⁊ vsq; hodie iudeos icre
pat blasphemãtes. hec ille. Dixit ergo la
tro penitẽs. Domine memẽto mei dum
veneris in regnũ tuũ. Respiciẽs autem
Ihs bñdictꝰ huiꝰ latronis ꝯtritionem
fidem. spem atq; caritatẽ. rñdit ei secun
dum verbum: quod in cruce ꝓtulit. d.
Hodie mecũ eris i paradiso. O felix ꝓ
missio. O breuis tante felicitatis adim
pletio. Nullus ante latronẽ hoc verbuz-
audiuit. Promissa siquidẽ fuit patribꝰ
⁊ ꝓphetis eterna vita p xp̃m: sed nulli
sicut latroni ita breui spacio designata.

¶ Ad inspectione xp̃s vehemẽter do-
luit ꝓpter querelationem. ꝓpter recor-
dationẽ. ⁊ ꝓpter cõmendationem.

Secundi articuli dolor quartus.
Quartus dolor secundi articuli
dicitur inspectionis. Cũ eni de
cruce ĩspexisset matrẽ asprimo
dolore vulneratũ est cor eius ⁊ p̃cipue
ꝓpter tria. Primo ꝓpter querelationẽ
Secundo ꝓpter recordationem. Ter-
tio propter cõmendationem. ¶ Prio
doluit propter querelationẽ. Audiebat
nanq; querelas matris ingemmentis
⁊ dicẽtis sibi vocabulũ illud qd̓ p trigin
ta ⁊ tres ãnos cũ tanta dulcedine vtri-
usq; cõmemorauerat. In passione vero
illud ꝓferebat cum corde pleno dolore
merore ⁊ amaritudine. Poterat ergo
v̓go illa sanctissima lamentari ⁊ dicere.
Fili mi aie mee olim ꝯsolatio ⁊ gaudiũ
nũc aũt gladius penetrabilior oi mucro
ne accutissimo. Fili mi quẽ nouẽ mẽsibꝰ
i vtero tenui: quẽ paruo lacte paui: quẽ
totiens infantẽ ⁊ paruuluz pãnis inuol-
ui: in cuna reposui. ⁊ amorosis ample-
xibus strinxi inter vbera mea. ⁊ oscula-
ta sum. O q̃ infelix mihi ⁊ tibi facta est
dies ista. Et quis poterit mederi vulne-
ribus doloꝝ meoꝝ: ⁊ mitigare angustiã
miselle matris tue: cum inspiciã te filiũ
meũ vt leprosũ factũ: q speciosus eras
pre filijs hominũ. vt maleficum ⁊ reũ
cum iniquis deputatum? Qui sanctus
sanctorum es: vt fatuum ⁊ stultum cer-
no: in quo recõditi sunt omnes thesau-
ri sapientie dei: vt hostez ⁊ omniũ inimi
cum: qui omnibus affabilis benignus
⁊ humanus semper astitisti. ⁊ super oia
velut oblituz mei vidue matris tue. Nã
ecce iam moriens: ⁊ nil mihi dicis. Et
quid faciam ego sine te filio meo? Quo
diuertam? Ad quem confugiaz: Tu mi
hi pater. tu mihi frater. tu mihi blandus
filius eras. tu mee' diuitie. tu mee deli-
tie. tu mea glia. O me desolatã: q̃ tantũ
filiũ i cruce video deficere. O amantissi
me fili loquere mihi matri tue: loquere
vt audiaz vocẽ tuam cigneo canore dul-
ciorẽ. Loquere inquã vt sic saltẽ audiẽs
verba tua patientior fiam ad toleran-
dã que me cruciat' pro amore tuo penaz

Nõ deneges mihi quod postulo. Exaudi me et verbo tuo consolare ne deficiam in hac tribulatiõe. O fili mi lumẽ oculorum meorum condescẽdisti latroni misericorditer loquẽs ei. Acquiesce itaque vocto matris tue et dic mihi quid factura sim. Cui me orphanam derelinquis? His vel similibus querelis pulsabat mestissima mater aures aflictissimi filij sui: qui non minorem penam experiebat i mẽte propter teneritudinem matris quam sentiebat in corpe a planta pedis usque ad capitis verticẽ vulnerato. Ideo scdm quendam deuotũ: tacitus in suo corde dicebat carmẽ illud vulgare siue ei⁹ sententiã. Matre mia benedicta molto te vego aflicta. El tuo lacrimare e vna sagitta. Che il cor mio ha passato. Non piãgere o matre mia. El tuo lacrimare e pena mia. Supporta fin chio sia da morte resuscitato. ¶ Secundo doluit xpus propter recordationem. In talib⁹ Nãque mysterijs recordabat: et in seipso conferebat dicẽs. O mea mater quõ oia gaudia que de me suscepisti conuersa sunt tibi i merorem et luctum? Ubinam sunt angeli in mea natiuitate cantantes? Ubi pastores ad presepe venientes? Ubi orientales reges in cuna me adorantes? Ubi grata p. xxx. et tres annos vtriusque conuersatio et familiaritas? Ubi tot et tanta de me predicta miracula: propter que oia letabatur cor tuũ? Heu me nunc vides tantũ filiũ tuũ factũ in derisum omni populo. et abiectissimã mortẽ pati. Tertio doluit xps propter cõmẽdationem qñ apiens os suũ mellifluũ dixit ei. Mulier ecce filius tu⁹. s. Iohẽs euãgelista: qui secũ iuxta crucem astabat. Et vt doc. dicunt nõ vocauit eam materno noie: sed cõi ne ex teneritudine nois materni: si exprimeret aggrauaret animus eius. Deinde cõmendans eam discipulo dixit. Ecce mater tua. q. d. Deputo te ad eius obsequiũ. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã. s. curã et diligentiam. O quot dolorum aculeis punctũ fuit tunc cor virgineum ex vna parte: cum mulieris non matris audiuit vocabulum: licet ex pte altera aliqualiter consolaret: quia filius amantissimus eius ihs eam cõmendauerat dilecto discipulo. Ideo Aug. ait. sup hoc passu Ioh. Ex illa hora. etc. Hec nimirũ est illa hora: de qua ihs aquã cõuersurus i vinũ dixerat matri. Quid mihi et tibi est mulier? nõdum venit hora mea. Tũc eni diuina factur⁹ non diuinitatis: sed infirmitatis matrem velut incognitã repellebat. Nunc autem humana iam patiens ex quo fuerat factus hõ: affectu cõmendabat humano. Moralis igit insinuat locus et exemplo suo instruit preceptor bonus: vt a filijs pijs impendat cura parentibus tanquam lignũ illud vbi erãt fixa mẽbra morientis esset cathedra magistri docentis.

¶ Quod xps vehemẽter doluit in clamatione propter mũdi horrorẽ: propter sui cõfusionẽ: et propter patris derelictionem.

¶ Tertij articuli primus dolor.

Primus dolor tertij articuli de clamationis. Ostendit eni i clamore suo imensitatem doloris et potissimũ propter tria. Prio propter mũdi horrorem. Scdo propter sui cõfusionẽ. Tertio pp patris derelictionẽ. ¶ Prio ondit xps imensitatẽ doloris in mundi horrore. quando. s. insensibiles creature crudelitatẽ q̃ in ipsũ fiebat horrẽtes mõ suo patienti ihu compati vise sunt. A sexta nanque hora tenebre facte sunt super vniuersam terrã vsque in horã nonã. Et vt Lucas inquit. Sol obscuratus est. et velum templi scissum est in duas partes: a summo vsque deorsũ. et petre scisse sunt. terra mota est. Ubi apparet pturbatio corporũ supiorũ primo. deinde inferiorum. Qualiter autem fuit illa tunc solis eclipsis doctores varie sũt opinati. Hieronymus nanque dixit quod ille tenebre fuerunt facte p retractionẽ radiorum solis diuina virtute. Origenes autem dixit quod hoc factũ ẽ p iterpositionẽ nubiũ dẽsa. Sed in hoc magis credẽdũ est Dionisio ariopagite: qui dicit i epla ad Policarpum hoc fuisse per interpositionem lune

īter terrā ⁊ ſolem: ſicut fit ī ecclipſi ſolis.
Et ibidē dicit ꝙ ipſe hoc vidit tunc exi/
ſtens in Egypto: vbi eſt aeris puritas.
Uidit igit lunā ab oriente aſcendentem
ꝟſus meridiē ⁊ ſupponētē ſe ſoli. Hier.
aūt ⁊ Origeň. non loquūtur de illa eccli
pſi aſſerēdo ꝙ ſic fuerit vt dicunt ſed ꝙ
potuit ſic fieri. Quare ſequendo Diony
ſiuz dicimus ꝙ illa ecclipſis non potuit
eſſe naturalis: ſed miraculoſa. ⁊ hoc mł/
tipliciter. ¶ Primo quia luna erat. xv.
⁊ tūc diſtat a ſole ꝑ diametrū celi. Eccli
pſis aūt ſolis nō pōt fieri naturalif niſi
tpe ꝯiūctiōis ſolis ⁊ lune: propter quod
dicit Diony. ꝙ mirabaf. quia non erat
tēpus ꝯueniēs ad talē ꝯiūctionē. ¶ Se
cūdū miraculū fuit. qꝛ tranſacta ecclipſi
luna rediJt ad orientē: ita ꝙ in veſpere
fuit ī oriēte ſole exiſtēte in occidēte: ⁊ ſic
orbes eorū ſunt ad priſtinū ſtatum reſti/
tuti. ¶ Tertiū miraculuz fuit. quia pars
orientalis ſolis primo fuit obſcurata: ⁊
iteꝝ vltimo illuminata. contrario autez
modo fit ī ecclipſi naturali. ¶ Quartū
miraculū fuit ꝙ luna fuit imobils ſub
ſole ꝑ tres horas. In naturali ꝟo ecclip
ſi ꝯtinue mouef ſub ſole: vt etiam refert
Criſo. ¶ Quintū miraculū fuit. qꝛ illa
ecclipſis abſtulit lumē vniuerſis partibꝰ
terre: licet aliq̄ hoc velint intelligi tm̄ de
terra Iudee. Uerūtn̄ vt apparet ex dictꝭ
Dionyſij fuit in Egypto: fuit in grecia: ⁊
fuit Rome: ⁊ ſic in alijs mūdi partibus
Unde Oroſiꝰ ait. Cum dn̄s patibulo
affixus eſt maximo terremotu ꝑ vrbem
Romā facto: ſaxa in montibus ſciſſa:
maximarūq; vrbiū plurime partes pluſ
ſolita concuſſione ceciderūt. Eodemq;
die ab hora diei. vj. ſol in totū obſcuratꝰ
eſt. tetra nox ſubito obducta friſē: adeo
vt ſtellas tūc diurnis horis vel potius in
illa horrenda nocte toto celo viſas fuiſſe
referaf. Euſebiꝰ etiā in chronica aſſerit ſe
legiſſe ꝙ tūc in Bithynia que eſt ī Aſia
fuit magnus terremotus: ⁊ maior ſolis
obſcuratio ꝙ̄ nunq̄ fuerit: ⁊ ꝙ dieſ ho
ra ſexta in tenebroſam noctem verſus
ſit. ita vt ſtelle viderenf in celo: ⁊ ꝙ ī Ni
cea que eſt vrbs Bithynie multas edes
terremotus ſubuerterit. De illius ecclipſ
miraculo Diony. in ep̄la ad Apolopha
niū q̄ ſecū erat in Egypto illo tempore
poſtea ſic ſcripſit. Cū reperimꝰ qꝛ ⁊ erat
notiſſimū ſolē pati moleſtias nō debere
aio ad te vaſte peritie ſacrarium: adhuc
neſcimꝰ tante rei myſteriū. Quid inquā
ſpeculū doctrine Apolophani his ſecre
tis aſcrib: atq; tu mihi ore diuino: ⁊ nō
humani ſenſus ſermone? O bone Dio/
nyſi diuinarum ꝑmutationes ſunt rerū
In hiſtoria vero ſcholaſtica legitur ꝙ
ph̄i ad hoc adducti ſunt vt dicerēt. Aut
deus nature patitur: aut ordo nature ꝑ/
uertitur. De turbatiōe corpoꝝ inferiorū
clara ſunt oīa. Tm̄ de velo ſciendum eſt
ſm Nico. de lira. ꝙ erat iuxta templum
inter ſanctū ⁊ ſanctum ſanctoruz. Cuiꝰ
ſciſſio ſignificauit ipletionē veritatis in
morte xp̄i: que latebat in figuris veteris
teſtamenti. ¶ Secundo fuit imēſus do
lor xp̄i. ꝓpter ſui cōfuſionē: quando ꝯſi/
derabat q̄ ꝯfuſibiliter patiebatur: quia
precedēti dominica ab oī populo ita ve/
nerabiliter fuerat ſuſceptus. Erat eteniz
paſſio eiꝰ ignominioſiſſima: ⁊ deſpecta
valde: de qua alias deo dante ſuo loco
dicemꝰ. ¶ Tertio imēſus fuit dolor xp̄i
ꝓpter pr̄is derelictionē. Jō clamās cir/
ca horaz nonā voce magna dixit. Hely
hely lamaçabathani? Quod eſt interp̄/
tatū. hely. i. deus meus. lama. i. quare ça
bathani. i. dereliquiſti me? Ubi gloſa di/
citur deus eum deſeruiſſe in morte: q̄a
poteſtati perſequentium eum expoſuit.
Subtraxit. n. protectionē: ſed non ſoluit
vnionem. Quidam autē illic ſtantes. ſ.
milites Romani ſm Hiero. idioma he
braicū ignorantes dicebant. Helyaz vo
cat iſte. At ⁊ mater verba illa audiens ⁊
intelligens: illorumq; vim conſiderans
vndiq; experiebatur merorem.

¶ Qō xp̄s vehementer doluit in pota/
tione propter amaricationez: ꝓpter pec
catoꝝ obſtinationez: propterq; matris
lamentationem.

¶ Tertij articuli ſecundus dolor.

Ecũdus dolor tertij articuli d
citur potationis: quando iteruꝫ
clamās dixit. Sitio. oblataqꝫ fu
it ori eius spongia potu amarissimo re
pleta. Tunc doluit xp̄us propter tria.
Primo ꝑpter amaricationem. Secun
do ꝑpter peccatoꝝ obstinationē. Tertio
ꝑpter matris lamentationem. ¶ Pri-
mo doluit xp̄s propter amaricationem:
quia spōgia illa ori eius sic apposita ama
ricauit labia ⁊ eius linguā. Quare iteruꝫ
clamās dixit. Cōsūmatū est. s. totū iam
corpus meum doloribus ⁊ passionibus
circūdatū est. Nam lingua q̄ sine lesiōe
hucusqꝫ fuerat reseruata. modo amari-
tudine est repleta. Uel cōsūmatū est my
stice intelligendo opus redemptionis
humane. ¶ Secūdo doluit vehemēter
xp̄s ꝑpter peccatoꝝ obstinationē. Non
eniꝫ minꝰ sitiebat peccatoꝝ salutē: q̄ꝫ cor
poris sui i cruce extensi ⁊ fatigati recrea-
tionē. Dicebat eteni sitio. i. salutem oiuꝫ
qꝛ pro oībus patior: pro oībus sanguinē
meū pr̄i offero: pro omnibus morior.
Uenite ad me oēs corde cōpūcti: ⁊ emē
datiōe ac correctiōe vestra recreate mē-
tē meā. O q̄ꝫ grauis tūc illiꝰ animuꝫ do
lor vrgebat cū videbat innumeros esse: q
a peccatꝭ ad penitentiā nunq̄ꝫ redirent:
quibus nec passionis sue virtus propter
eorū duritiaꝫ esset in aliquo profutura.
Ut. n. dicūt theologi licet xp̄i passio suf-
ficiētissima fuerit pro salute oium. tamē
illiꝰ effectū non cōsequūt illi qui peccata
deponere nolūt. Quare cū omnibꝰ ꝓsit
sufficiēter: nō tamē omnibꝰ efficienter.
Unde sicut erga xp̄m crudeles fuerunt
illi qui eum potauerunt felle ⁊ aceto: ita
pctōres qui ad penitentiā redire nolunt
Audite illum audite o peccatrices aie:
pro vobis clamat amorosissimus. Ih̄s
pro vobis dicit: Sitio. Cur ergo saxea
corda nō rūpitis? Cur tam clementissi-
mo dn̄o nō ꝯpatimini: Hinc Bern̄. ait
Ascendit in altum crucis vt ab omnibꝰ
videret: voce magna clamauit: vt ab oi-
bus audiretur. clamori lachrymas ad-
didit: vt ei homo compateretur. Qui ad
iesus vocē nō excitat: ad clamorē nō cō
pūgitur grauior est terra ⁊ fetidior sepul-
chris. ¶ Tertio doluit xp̄s vehementer
propter matris lamentationem. Potu-
it igitur tūc virgo benigna filium audiēs
in cruce dicentem. Sitio. multis singul-
tibus lachrymis ac suspirijs dicere. Heu
heu me. quid video? Quid audio: O
vniuerse creature celi ⁊ terre admirami
ni paupertatem filij mei. Ipse enim qui
diuinitatis sue potentia satiat angelos:
pascit etiam ꝓuidentia sua volucres celi
⁊ pisces maris: bestias ac vniuersa pe-
cora campi: atqꝫ hominibus cunctis q̊t
tidianum panem distribuit. clamat in
cruce. Sitio. ⁊ denegatur sibi paululum
aque: imo tribuitur sibi potus amarissi-
mus. O fili fili fili mi amorosissime: cur
tibi de meo pectore lac illō porrigere nō
valeo: qd̄ totiens dum paruulus eras
suxisti? O fili mi cur non possuꝫ tibi mi
nistrare in cruce sitienti cibum ⁊ potuꝫ:
quem colo ⁊ acu ita diligenter dum i eta
te ifantili eras acquirebā? Poterat etiā
tūc illa feruentissima Magdalena ⁊ ip
sa flendo dicere. O magister care: o ma
gister bone. Et cur ego indigna tua di-
scipula in hac tanta necessitate tibi sub-
uenire nō possum? O damnata seuitia
iudeorum: cur tanto furore inflāmaris
aduersus dn̄m ⁊ magistrū meuꝫ? Que
omnia ipsi domino Jesu ad doloreꝫ ac-
cedebant.
¶ Qd̄ xp̄s vehemēter doluit cognoscēs
generalē scandaliçationē. iudeoꝝ ingra-
titudinē. ⁊ multoꝝ incōpassionem.
¶ Tertij articuli tertius dolor.
Ertiꝰ dolor tertij articuli dicitur
cognitionis. Doluit etiam sum-
mopere iesus noster amorosissi
mus ꝑpter suam scientiā ⁊ cognitioneꝫ:
quia vt inquit sapiens Ecclesiastes. i.
Qui addit scientiā: addit ⁊ dolorem. Et
licet oia xp̄s cognosceret presentia pre-
terita ⁊ futura. Uerūtn̄ in cruce positus
cognoscebat ⁊ cōsiderabat precipue tria
vnde tristabat atqꝫ dolebat. ¶ Primo
generalē scandaliçationem. ¶ Secūdo

iudeorum ingratificationez. Tertio mul
torũ incompassionez. ¶ Prio cogno
scebat generalẽ scandaliçationem. Ui
debat vtiqz ꝙ virgine matre dumtaxat
excepta in qua sola vt doc. dicũt reman
sit fides diuinitatis sue: ceteri omnes a
fide defecerãt. nam apostoli ꝛ oẽs disci
puli videntes ignominiã crucis: putaue
runt eum purum hominẽ ꝛ non deum
¶ Secundo ꝯsiderabat xp̃s ꝛ cogno
scebat iudeoꝝ ingratificationẽ: de quoꝝ
igratitudine dolens in seipso: dicebat il
lud quod ecclesia hodie decantat. Po
pule meus quid feci tibi: aut in quo ꝯtri
staui te? R̃nde mihi. Ego ꝑpter te fla
gellaui Egyptũ cũ primogenitiꝭ suis: ꝛ tu
me flagellatum tradidisti. Ego te eduxi
de egypto demerso Pharaone in ma
re rubrũ: ꝛ tu me tradidisti ꝑncipibꝰ sa
cerdotum. Ego ante te preiui in colũna
nubis: ꝛ tu me adduxisti ad pretorium
Pilati. Ego te paui mãna per desertum
ꝛ tu me cecidisti alapis ꝛ flagellis. Ego
dedi tibi septꝝ regale: ꝛ tu modo capiti
meo coronam spineam. Ego propter te
Chananeorum reges percussi: ꝛ tu per
cussisti arũdine caput meuz. Ego te ex
altaui magna virtute: ꝛ tu me suspẽdisti
in patibulo crucis. ¶ Tertio cognosce
bat ꝛ cõsiderabat xp̃s in cruce multoꝝ
incõpassionẽ. Sciebat eteniz quotquot
futuri erant qui non solum sibi compati
nõ debebant: verũ etiã ꝛ crucem ipsam
ꝛ passionẽ ipsius forent derisuri. Uerbũ
nanqz crucis vt apostolus inquit per
euntibus quidẽ stulticia est. O quot in
numerabiles vt sic dicam viri ꝛ mulie
res inter xp̃ianos reperiunt: qui hodie
passionẽ xp̃i recolentes nec minima pie
tate flectunt: nec curant dare operã vt in
cõmemoratione tanti mysterij: ꝛ si non
oculis corporis: saltem oculis mentis
fleant ꝛ lachrymentur. Quinimo multi
sunt qui aut luxuria aut auaritia aut su
perbia excecati dñm ih̃m xp̃m habent
in derisuz: rursus sibi crucifigentes filiũ
dei. pro quibus omnibus ipse mitissimꝰ
dominus sua caritate dolore attrahe
batur vehementer.
¶ Qđ xp̃us vehementer doluit dũz in
clinato capite emisit spiritũ. ꝛ de lamen
tatione matris eius.

Tertij articuli dolor quartus.

Quartus dolor tertij articuli dꝫ
separationis. Doluit dominꝰ ih̃s
xp̃us dum clamans ad patrez
dicens: In manus tuas dñe cõmendo
spm̃ meuz. inclinato capite tradidit spi
ritũ. Ubi criso. ait. Per hoc ꝙ moriens
vocẽ emisit magnã. aptissime se verum
deuz esse ostẽdit. Quũ homines cũ mo
riunt vix tenuẽ vocez emittere possunt.
Caput aũt inclinauit: vt ex modo mori
endi oñderet ꝙ moriebat ex obediẽtia
patris. Cõprobata aũt fuit veritas morꝭ
eius vt patet ex textu euãgelij. Judei. n.
quoniã parasceue erat. i. dies veneris: in
cuius vespa incipit solẽnitas sequentis
sabbati: vt nõ remanerẽt in cruce corpa
sabbato: Erat eniz magnus dies ille sab
bati: ꝛ propter se: ꝛ ꝑpter pasce solẽnita
tẽ: rogauerunt Pillatum vt frangerent
crucifixorũ crura: ꝛ de cruce tollerentur
eoꝝ corpora. Uenerũt ergo milites ꝛ fre
gerũt crura latronũ. Ad ih̃m autẽ cum
venissent vt viderũt euz iam mortuũ nõ
fregerunt eius crura. Sed vnus militũ
lancea latus eius aperuit: ꝛ cõtinuo ex
iuit sanguis ꝛ aqua. Sanguis ad nr̃am
redẽptionẽ. Aqua ad peccatoꝝ ablutio
nem. Sciendum tamẽ ꝓm Tho. iij. pte
q. lxvj. ar. iiij. in r̃nsione ad tertiũ argu
mẽtũ Qđ aqua illa nõ fuit humor fle
umaticꝰ vt qdã dixerũt. sed aq̃ miracu
lose grediens a corpore mortuo: sicut
ꝛ miraculose ꝓdijt sanguis ad cõprobã
dũ veritatẽ dñici corporis contra Ma
nicheoꝝ errorẽ vt. s. p aquã que est vnũ
ex quattuor elemẽtorũ numero: corpus
xp̃i vere fuisse compositum ex quattuor
elementis: Per sanguinem vero osten
deretur esse cõpositum: ex quattuor hu
moribus. Itaqz post tot labores crucia
tus ꝛ penas rex angelorum ꝛ domi
nus in crucis supplicio fuit extinctus.

O quale nouum. Quo merito pro amore et pietate tanti domini omnes homines lugere debent senes et iuuenes. mulieres et viri. Moueri siquidem debent eorum corda: cum intuentur mortuum inter latrones benignum ihesum et matrem semiuiuam inter brachia Magdalene et Iohannis ac aliarum mulierum deuotarum cadentem. O quam durus esset qui temperaret a lachrymis videns virginem illam iuxta crucem interfectum filium lamentantem. Puto quod pre lachrymis et clamoribus precedentibus rauce facte fuerant fauces eius. tamen voce qua poterat clamans dicebat. O fili mi vita angellorum: quomodo extinctus es: et amplius non loqueris O fili mi lumen occulorum meorum: quis mihi det vt moriar pro te? O fili mi in cuius conceptu partu et ortu tantam suscepi leticiam. quomodo omnia mihi versa sunt in tristiciam. O pater eterne defleo et plango vnigenitum filium tuum ac meum et pre dolore quasi deficio. Adiuua me: et quasi dolore mortue mihi succure O gabriel angele. Et vbi sunt verba que mihi dixisti? Dixisti namque mihi. Aue. i. sine ve. et hodie circumdederunt me angustie vndique. Dixisti mihi quod eram plena gratia et hodie plena sum tot tribulationibus. Dixisti mihi quod eram in mulieribus benedicta: et hodie sum a iudeis maledicta Dixisti mihi quod erat benedictus fructus ventris mei: et ecce fructus est hodie crucis maledictum. O me miseram tot penis atrocissimis agitatam. Fleuit ergo hodie christus saluator noster in cruce. Fleuit mater eius Maria peccatorum omnium aduocata. Fleuit Magdalena. fleuit Iohannes fleuit Petrus. fleuere discipuli ceteri. fleuit sol dum obscuratus est fleuit terra dum contremuit. fleuit templi velum dum scissum est. fleuerunt saxa dum sunt scissa. fleuere sepulchra dum sunt apta. Plange ergo et tu o popule christiane: et dum passionem christi commemoras? age ei quas potes totis viribus gratias: vt sic ipse participes nos efficiat meritis sanctissime passionis sue: qui cum patre et spiritusancto viuit et regnat deus per immortalia seculorum secula. Amen.

¶ Sabbato sancto. de sepultura corporis christi: et eius morte. quam semper animo reuoluere debemus. Sermo. lxx.

Erat enim magnus dies ille sabbati. Scribuntur hec verba Ioh. xix. c. Deuotissimus hic dies sabbati pia deuotione a nobis est recolendus: in quo domini nostri ihesu christi mors occurrit non imerito contemplanda. Diximus namque in precedenti sermone quantis doloribus agitatus christus crucem pro nobis conscendit. ibique tradidit spiritum. Nunc vero ad declaranda sue mortis mysteria dirigendus est stillus. Neque enim quicque aut deuotius aut conuenientius meditari hodie fideles possent. Propterea magnus dicitur dies iste sabbati: non solum secundum litteralem intellectum iudeorum: verum etiam secundum mysticum spiritualemque intellectum. Magnificauit enim illum christus benedictus per mortem et sepulturam suam. de qua loqui volentibus tria mysteria se ingerunt declaranda.

Primum est ex parte carnis.
Secundum ex parte anime.
Tertium ex parte sepulture.

¶ An caro christi fuerit mortua. et an fuerit a diuinitate separata et vtrum per mortem carnis sit mors attribuenda persone verbi. Capitulum. j.

Primum mysterium declarandum de morte christi est ex parte carnis Circa quam tripliciter dubitare contingit. Primo circa mortificationem. Secundo circa separationem. Tertio circa attributionem. Primo contingit dubitare circa mortificationem. vtrum s. per separationem anime a corpore

xpi.caro eius fuit mortua. Et q sic pz. quia in symbolo dicit de xpo q mortu9 est et resurrexit. Et hoc cãtat ecclesia cũ dicit. Ipse enĩ verus est agnus: qui abstulit peccata mũdi: qui mortem nostrã moriendo destruxit: et vitam resurgendo reparauit. Dominus autez Boñ. di. xxi. tertij ar. ij. q. ij. dicit q caro illa fuit mortua: eo q caruit vsu et cõplemẽto vite res eni corporalis nõ ẽ viuificabilis nisi ab aliqua forma spirituali ipsam cõplente et sibi pportionabili. Qñ ergo i ipsa separatione anime. caro xpi caruit huiusmõi forma. ideo vere mortua fuit Et q̃uis haberet diuinitatẽ vnitaz. non tamẽ ab ea viuificabat: nõ pter defectũ a pte viuificãtis: sz pter improportionem a parte viuificabilis. Secundo contingit dubitare circa separationem. Utrum scilicet in morte caro xpi fuerit a diuinitate sepata. Et respondent doct. q non. Unde Leo papa in sermone inquit. Tanta est vnio dei et hoĩs: vt nec supplicio posset dirimi nec morte disiũgi Et Aug. contra Felicianum. Xps in sepulcro carnem suam nõ deseruit. Que vba magister sen. ponit in littera di. xxi. tertij. Quare autem nõ fuit diuinitas a carne sepata fm Boñ. vbi. s. ar. ij. q. ij. põt eẽ ratio triplex. videlz liberalitas ex pte assumentis. dignitas ex pte assũptibilis. et vtilitas ex pte assumptiõis. Liberalitas inquam ex parte assumentis. quia quãdo deus dat aliquod donũ. nõ subtrahit illud sine culpa. Si ergo nl'la culpa interuenit: nõ decuit diuinã liberalitatem carnem quaz sibi liberaliter vnierat a se separare. Dignitas etiam ex pte assumptibilis fuit in causa: quia sicut caro illa propter sui dignitatem non debuit videre corruptionẽ: ita nec ipsaz decuit a verbo separari. Utilitas autem ex parte assumptionis ad hoc ipsum faciebat. Ad hoc eni fiebat illa vnio diuinitatis ad humanã naturam et carnis ad animam. vt procuraret nostra salus. Et quoniam separatio anime a carne ordinabatur ad hoc vt nostra salus procuraretur: separatio aũt carnis a diuinitate ad nihil vtilis erat. Ideo firmiter est tenendum q nunq̃ diuinitas fuit a carne illa sanctissima sepata. Tertio contingit dubitare circa attributionem. Utruz s. propter mortez carnis sit mors psone verbi attribuenda. Et respondent doc. theologi q absq dubio concedendum est filium dei pro nobis fuisse mortuum prout in symbolo dicitur. Quod etiam Ambrosius expresse testat. d. Tantum fuit peccatum nostrum vt saluari non possemus: nisi vnigenitus dei fili9 moreretur pro nobis debitoribus mortis. Hoc autem sibi vere attribuit: non fm naturam diuinã. sz fm humanam. non p essentiam. aut p inherentiam: sed per idiomatum cõmunicationem. et hoc i nullo derogat diuine dignitati: et multum consonat pietati. Nullum eni verbum maioris dignationis et clementie resonare põt in aurib9 cordis nostri q̃z q vnigenit9 dei filius p nobis sit mortuus. qd vt predictum est intelligi debet non fm naturã diuinã sed humanã per idiomatum cõmunicationẽ: qz vt ingt Augu. quem magister inducit in textu. Si quis dixerit atq crediderit deum passum anathema sit.

¶ An anima xpi fuerit a carne sepata etiam separata diuinitate: et an post instans separatiõis sit effecta impassibil'. et an ex benignitate descẽdit ad inferos

Capl'm. ij.

Ecundũ mysteriũ declarandũ de morte xpi ẽ ex parte anime Circa quã adhuc contingit tripliciter dubitare. Primo circa separabilitatem. Secundo circa impassibilitatem Tertio circa benignitatẽ. ¶ Primo ɔtingit dubitare circa sepabilitatem An. s. anima xpi a carne separata fuerit etiaz separata a diuinitate. Et respondet mgr sniarũ. quẽ sequũt ceteri theologi di. xxi. q sicut nuq̃ fuit diuinitas sepata a carne ita nec ab anima. Unde Joh. Dama. inquit. Si mortuus ẽ vt homo

⁊ sancta illa aia ab eius corpe diuisa est.
diuinitas tñ inseꝑabilis ab vtroqꝫ per/
mãsit. Rõ aũt huiusmodi inseꝑabilitat̃
ꝺm Boñ. vbi.s̃.ar.i.q.i.põt eẽ triplex.
¶ Prima. qꝛ deũ nõ decebat. q indis/
solubili matrimonio animã illã sibi co/
pulauerat. Unde sicut non decet virum
relinquere vxorẽ: sic non decuit verbuꝫ
ab anima separari. ¶ Scđa ratio ẽ. qa
nobis nõ expediebat: eo ꝙ si facta fuis/
set separatio. anima illa non habuisset
potentiam ad eripienduꝫ genus capti/
uum: nec mediatricis effectum ad recõ
ciliandum ⁊ neutrũ erat nobis expedi/
ens. ¶ Tertia ratio est. qa anime illi nõ
congruebat. tum quia erat innocentissi/
ma: tũ quia erat beatissima. Quia enim
beatissima erat nolebat a verbo separa/
ri. ⁊ quia innocentissima non poterat cõ
tra voluntatem suam separari ab eo
quia iam punita fuisset sine culpa Hinc
Dama: ait. Anathema sit q dicit verbũ
deposuisse quod semel assumpsit. Sꝫ cõ
tra hoc aliqui instant obijcientes illud
Joh. x. Potestatem habeo ponẽdi ani
mam meã: ⁊ iterũ sumẽdi eam. ergo si
iste sermo est persone filij dei: videt̃ ꝙ
filius dei animã deposuit i morte. ergo
i morte anima fuit a v̾bo separata. Ad
hoc respondet Aug. ꝙ verbum illud est
ꝑsone filij dei ratione carnis assumpte.
Erat enĩ in potestate eius separare aiam
a corpe. ⁊ iterũ corpi illam reunire. Jõ
aliud est ibi deponẽs: aliud vnde depo/
nit. deponẽs est virtus diuina vnde de/
ponit est corpus. ¶ Secũdo contingit
dubitare circa impasibilitatẽ. vtrum aia
xp̃i post instãs seꝑatiõis impassibilis sit
effecta. Ad qđ r̃ndet Boñ. vbi. s̃. ar. ij.
q. i. ꝙ ex certitudine auctoritatis hoc nõ
ẽ determinatũ. sicut etiã magister tãgit. i
iij. di. xviij. Uerũtñ probabile est ⁊ rõni
magis ꝯsonũ ꝙ statiꝫ pꝰ seꝑationẽ ha/
buit impassibilitatẽ. Si enĩ nõ patiebat̃
aia xp̃i nisi dispensatiue: ⁊ ꝑꝑ nostrã sa/
lutẽ. si iã non erat tempꝰ ⁊ locꝰ merendi
iam aia xp̃i nõ debebat nec poterat pati
Nec solũ de aia xp̃i ꝓbabile ẽ ꝙ statim
post seꝑationẽ a corpe facta sit impassi/
bilis: sed etiã de qualibet aia viri sancti
in qua non reꝑitur reatus alicuius pc̃ti.
Et si diceretur: cur caro xp̃i nõ fuit im/
passibilis facta ante resurrectioneꝫ: sicut
⁊ anima. Respõdet Boñ. ꝙ hoc fuit ex
duplici causa. Prima quidem: quia aia
ꝓpinquior erat glorie q̃ꝫ caro. Erat enĩ
beata ꝺm aliquã sui ꝑtẽ. Secunda vero
causa: quia dilatio impassibilitatis in
carne faciebat ad fidei nostre confirma
tionẽ. videlꝫ vt ostenderet̃ xp̃us veracit̃
passus ⁊ mortuus fuisse. non sic dilatio
impassibilitatis in anima. Jdeo magis
dilata fuit impassibilitas corporis q̃ꝫ im
passibilitas aie ex dispensatione diuina.
Tertio ꝯtingit dubitare circa benignita
tẽ vtꝝ. s. ex benignitate aia xp̃i descendit
ad iferos. Et ꝙ sic pꝫ. qa i symbolo apl̃o
rũ dicit̃. Descẽdit ad inferos. Et Act. ij.
Hunc deus suscitauit solutis doloribus
inferni. Et Joh. Dama. ait. Descẽdit ad
inferna aia deificata: vt queadmodum
his qui in terra sunt: ita ⁊ his qui i tene/
bris ⁊ vmbra mortis sedent superluce/
scat. Sciendũ tamẽ ꝺm Boñ. di. xxij. q.
iiij. tertij li. ꝙ nomine inferni aliquãdo
itelligit̃ pena. aliquando locꝰ pene. ⁊ ꝺm
hoc dupliciter potest aliquis dici descẽ/
dere ad inferos: aut quia descendit ad
penã: aut qa descendit ad locum pene.
Primo modo non cõuenit xp̃o. Jn eo
enim nõ fuit pena damni: nec fuit pena
sensus. ¶ Secũdo modo cõpetit xp̃o
Descendit enĩ q̃ꝫtum ad illã parteꝫ in q̃
erant illi qui detinebant̃ merito peccati
primi parentis: que quidẽ pars ꝯsueuit
limbus appellari. Ad illã inquã parteꝫ
descendit non compulsus necessitate: sꝫ
sua voluntate ⁊ ꝑtãte. Ratio autẽ quare
voluit descendere ad eripiendos illos q
detinebant̃ ibi compediti cum etiã pos/
set facere hoc non descendendo: fuit du
plex. videlꝫ ꝓpter ꝯsolationẽ vinctoꝝ:
⁊ ꝓpter ꝯfusionẽ aduersariorum ꝓpter
ꝯsolationẽ vinctoꝝ: quia magna fuit eis
consolatio de p̃ñtia ipsius aie ihu xp̃i:
⁊ maxima fuit dignationis ostensio in

hoc ꝙ ipse ꝑsonal'r voluit descēdere ad eos. Fecit ēt hoc ꝓpter cōfusionē aduersarioꝝ vt ipsi demones cōfunderent ex sua pñtia. ⁊ sicut vicerat eos in terra i natura assūpta: sic aīa ei⁹ de eisdē triūpharet apud iferos de eisdē ipsos iuitos expoliādo. Descēdit itaqȝ aīa illa ad ꝯsolādos scōs p̄res. ad letificādos: ⁊ btificādos. Viderūt naqȝ ꝗ̄ primū ill' se pñtauit diuinitatē ei⁹. vñ i loco ifernali existētes hūerūt ꝑadisuȝ ⁊ aꝑtā dei visionē: q̄ nō ē aliō ꝗ̄ vita eterna. Sȝ adhuc qs q̄rere posset vtrū aīa xp̄i morā cōtraxit in iferno vsqȝ ad horā resurrectiōis. Et rñdet Boñ. vbi. s̄. q. iij. ⁊ Ric. vbi. s̄. ar. ij. q. ij. ⁊ Tho. iij. ꝑte. q. lij. ꝙ sicut xp̄us vt nr̄as penas i se susciperet voluit corp⁹ suū i sepulchro poni: ita ēt voluit animā suā ad ifernū descendere. corp⁹ aūt eius māsit i sepulchro ꝑ diē integruȝ: ⁊ duas noctes ad cōprobādā veritatem mortis sue. Vñ ēt tantūdeȝ credendū est animā ei⁹ fuisse in inferno: vt simul anima eius educeret de iferno. ⁊ corp⁹ de sepulchro Exquo Aug. xviij. li. de ci. dei. c. xliij. ait Propheta i vētre ceti triduo fuit. ⁊ tñ illū significauit in ꝓfundo inferni triduo futuꝝ q dñs est oīum ꝓphetarū. Et i li. de fide ad Petrū de aīa xp̄i loquēs dicit. Ipa de iferis die tertio reuertēte idē deus s̄m carnē qua in sepulchro iacuit de sepulchro resurrexit. Sȝ nōnulli arguūt: qꝛ Luce. xxij. xp̄s dixit latrōi. Ho die mecū eris i paradiso. ergo videtur ꝙ aīa xp̄i illa die qua mortuus est fuit i paradiso. ⁊ sic descendens ad infernū nullā morā ibi cōtraxit. Ad qō rñdet Aug. exponens verbum predictū ꝙ nomine paradisi nō intelligit ibi locus empyrei nec loc⁹ paradisi terrestris: sed ipsa aꝑta ⁊ clara visio ipsius dei. De hoc vero descensu xp̄i ad inferos sic pulchre loquit Aug. in quodā sermone. Mox vt xp̄us spiritū tradidit vnita sue diuinitati anima ad infernoꝝ ꝓfunda descēdit. Cūqȝ tenebrarum terminum quasi quidā depredator splendidus ac terribilis attigisset aspicientes eum impij ac tartaree legiones territi inquirere ceperunt. d. Vñ est: iste taȝ fortis: tam terribilis tā splendidus: tam preclarus? Mundus ille q nobis subditus fuit: nunꝗ̄ nobis talem mortuum misit: nunꝗ̄ inferis talia munera destinauit. Quis ergo iste qui sic intrepidus nostros fines ingreditur: ⁊ non soluȝ nostra supplicia non veretur verum etiam ⁊ alios de vinculis nostris absoluit? Ecce ipsi qui sub nostris solebant suspirare tormentis insultant nobis de perceptione salutis. Et non solū iam nihil verent: sed insuper nobis minant. Nunꝗ̄ hic sic mortui supbierunt nec aliqñ sic leti potuerūt eē captiui. Vt quid huc istum adducere voluisti o p̄nceps noster: Perijt omnis leticia tua. i luctum cōuersa sunt gaudia tua: duȝ tu xp̄m suspendis in ligno ignoras quanta damna sustineas in inferno. Post istas crudelium voces infernalium: ecce innumerabiles sanctorum populi lachrymabili voce clamabant. Aduenisti redēptor mundi. aduenisti quem desiderantes quottidie expectabam⁹. Descēdisti ꝓ nobis ad inferos. noli nobis deesse: cuȝ reuersus fueris ad superos. Ascende domine ihesu inferno spoliato ⁊ auctorem mortis suis vinculis irretito: ⁊ redde iā leticiam mundo. Sucurre inquiunt: iaȝ seuas extingue penas: ⁊ miserando resolue captiuos: dum hic es absolue reos cum descenderis defende tuos. hec ille. O ꝗ̄ ingenti leticia animarum in limbo existentium tunc mentes perfuse sunt cum viderunt benignissimum ihesum tam diu expectatum: tam diu desideratum: tam diu deniqȝ acclamatum. Viderunt inquam animam eius ⁊ diuinitatem: cui erat vnita. Viderunt christum redemptorem mediatorem ⁊ glorificatorem suū. neqȝ locus ille etiaȝ luce corporali ex presentia anime christi illustratus vt Ric. vbi. s̄. ad primum articulū. dicit erat eis amplius penosus. Expectauerūt ergo vt predictū est anime ille sancte cum summa leticia i eodē loco tempus resurrectionis christi.

¶ Qualiter xp̄s depositus fuit de cruce ⁊ de afflictione matris eius: necnō ⁊ de eius sepelitione. Capl'm .iij.

Tertiū mysteriū declarandum de morte xp̄i est ex ꝑte sepulture. Ad quā pie volētes attēdere tria cōsiderare debem⁹. ¶ Prio subuētionē. ¶ Scd̄o afflictōez. ¶ Tertio sepelitōez. ¶ Prio ꝯsiderare debemus subuētōez: q̄lr .s. Joseph ab aramathia ⁊ Nicodem⁹ licētia a Pilato obtēta: deposuerūt xp̄m de cruce. Ipsi .n. q erant discipuli occulti ih̄u ferētes secū istā venerūt ad crucē. ad cui⁹ pedes iacebat mesta mater cū Maria magdalēa: ⁊ Maria iacobi: ⁊ matre filioꝝ Zebedei: ⁊ euāgelista Johē. ceterisqꝫ mulieribus q̄ secute fuerāt Jesum a galilea ministrātes ei. vt Mathe⁹ refert: Cū autē Joseph ⁊ Nicodemus virginē reuerenter salutassent lachrymātibus oculis ei dixerūt Venimus o mater mesta: vt filiū tuū ⁊ magistrū nostrū deponam⁹ de cruce: recōdamusqꝫ vt moris est honorifice: i sepulchro. O pietas cōmendabilis horū viroꝝ nobiliū: o deuotio digna laudum Joseph ab aramathia: qui a Pilato petijt vt sepelire posset ꝑciosū corpus iesu Sed si quis quereret q̄re ꝓ hui⁹ licētia null⁹ ex .xij. accessit. sed solū iste Joseph Rn̄det Criso. ꝙ nullus audebat sicut iste: qui insignis iudeoꝝ erat. ⁊ Pilato notus. Dicebat etiā ille Joseph ab aramathia: ex quo iā dixerat. vt ait Beda ipsa est ciuitas: que ꝑmo Regis. dr̄ ramatha de q̄ fuit Samuel. ¶ Scd̄o ꝯsiderem⁹ afflictionē. Surgēs Maria mr̄ cū anxietate multa brachia extendebat vt dilectum filium tangere posset. Et cū auulsi fuerunt claui de manibus ⁊ pedibus suscepit cum cōtristantium auxilio eum inter brachia sua. indeqꝫ in terram positū adorabat eum. Deinde cū multa caritate dolore mixta contractabat sua scissima mēbra. tāgebat caput. ⁊ spineā coronā extrahebat ab illo. osculabatur illud multipliciter ꝑforatū: ⁊ cruore respersū. atqꝫ dicebat. O caput dignū diademate ⁊ corona imꝑiali: q̄ꝫ turpiter coronatū te vidi hucusqꝫ corōa spinea. inspiciebat liuidā faciē: ⁊ i illā merēs ⁊ ruēs osculabat eā atqꝫ subdebat. O decora facies ⁊ speciosa nimis: ex qua ꝑ tot ānos tātū gaudiū suscepi: quō fcā es vt leprosa. Suscipiebat deinde perforatas man⁹ amorose osculās illas referēs semꝑ pijssima v̄ba cōpatiēde q̄rele. Sic ēt ⁊ lat⁹ apertum tāgebat manu osqꝫ illi applicabat. Fili inqͥt mi q̄ꝫ dira fuit crudelisqꝫ man⁹ illa: q̄ te lancea perforauit. nec puto posset aliqs plene inuestigare q̄liter v̄go ꝺpositū de cruce filiū dolēter lamētabat. Magdalēa ēt ⁊ Joseph ⁊ Nicodem⁹: ceteriqꝫ astātes pre cōpassiōe flebāt ⁊ ipsi. ¶ Tertio ꝯsiderem⁹ sepelitionē q̄liter hora cōpletorij iā iminēte Joseph ⁊ Nicodem⁹ instabāt vt corpus sepelirēt. Quare Nicodem⁹ ꝓtulit mixturā myrrhe ⁊ aloes q̄si libras cētū: ⁊ lꝫ tali vnctōe a putrefactiōe ꝯseruatiua xp̄s nō indigeret: qm̄ corp⁹ ei⁹ corrūpi non poterat nec debebat tm̄ Nicodem⁹ hoc nō intelligēs ex deuotiōe sua ad vngēdū corp⁹ xp̄i tulit vnctionē ꝑdictā. Acceperūt ergo corp⁹ iesu: ⁊ ligauerūt cū lintheis .i. pānis lineis īuoluerūt cū aromatib⁹: sicut mos ē iudeis sepelire. Erat aūt i loco vbi crucifix⁹ ē hort⁹. ⁊ i horto monumētū nouū: i quo nōdū q̄sqꝫ positus fuerat. Ibi ergo ꝓpter ꝑasceuē iudeorū. qꝛ iuxta erat monumētū posuere iesū: q̄ oīa in mysterio facta sunt. Nā vt īquit Tho. ꝑte .iij. q. lj. ar. i. sepeliri voluit xp̄us rōnabilr̄. ꝑmo qdē ad cōprobādā veritatē mort̄. Nō .n. aliqs in sepulchro ponit̄ nisi q iā v̄e mortu⁹ est. Vn̄ Pilat⁹ vt hr̄ Marci .xv. anteq̄ꝫ ꝯcederet xp̄m sepeliri diligēti inquisitione cognouit eum eē mortuū. Scd̄o qꝛ ꝑ hoc ꝙ xp̄us de sepulchro resurrexit dat̄ spes resurgendi ꝑ ip̄m his q sunt in sepulchro. ꝭm illud Joh. v. Oēs q in monumētis sunt audiēt vocē filij dei. ⁊ qui audierint viuent Tertio ad exēplum eorum qui ꝑ mortē xp̄i spiritualiter moriuntur peccatis: qui s. abscōdunt̄ a conturbatione hominū

Unde dicit Col.iij. Mortui estis et vita vestra abscondita est cum xpo. Mod' etiã sepeliẽdi rationabilis fuit. Nam in horto sepultus est ad designandum q̄ p mortem et sepulturã ipsius liberamur a morte: quã incurrim' ppter peccatũ Ade in horto padisi cõmissũ. In aliẽa etiam positus ẽ sepultura: vt dicit Aug. in quodã sermone. qa p aliena moriebatur salute. et etiã ppter abundantiam pauptatis p nobis suscepte. Nam qui domuz in vita nõ habuit vt Theophil' refert: post morté quoq in alieno sepulchro recondit. et nudus existens a Joseph coopitur. Erat insuper monumẽtũ nouũ. vt Hiero. ait. ne post resurrectionem ceteris corpibus remanentib' surrexisse alius fingeretur. Et vt Aug. dicit Sicut in Marie virginis vtero nemo ante illũ: nemo post illũ conceptus est: ita in hoc monumento nemo ante illuz nemo post illum sepultus est. Aduolutum etiã fuit saxum magnũ ad monumenti hostiũ: vt sic appareret oĩmoda veritas sepulture sue. Quare vt participes simus mortis et sepulture xpi: sepeliamus et nos vitia nostra atq pctã: sicq consurgem' cũ ipso accipiẽtes hic grãm et in futuro btãm gloriam Amẽ.

¶ Dominica resurrectionis dñi nostri ihu xpi. de iocunditate particulari: generali. et maternali resurrectionis eius.

¶ Sermo.lxxj.

Ec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. Scr bũt hec v ba ps cxvij. Sicut amara fuit credẽtibus i ihm xpm passio eius: ita iocũda d bet eẽ resurrectio illi'. Propterea gaudere vnusqsq et letari debet ac iocũdari cũ audiuit vere ex mortuis xpm surrexisse Hoc eni docet nos et istruit sancta mr ecclesia dũ sepius replicat pphéticũ dictũ a nobis assumptũ p themate. In diuinis nanq officijs diurnis nocturnisq horis huius temporis exultanduz esse predicat p victoria p gloria. proq magnificẽtia xpi resurgẽtis. Letabundum profecto nouũ ab angelo nũciatũ est: cum dixit. Surrexit nõ est hic. Surrexit inquã ille q p amore nostro pati et mori nõ recusauit: vt nos mortuos peccato resuscitaret ad vitam. Qua ppter vt diem istũ cum spirituali leticia compleamus in hoc sermõe de resurrectionis xpi iocunditate v ba faciem': Subdistinguemusq sermoné in tres principales partes triplicẽ. s. iocunditatem.

¶ Prima dicitur particularis.
Secunda generalis.
Tertia maternalis.

¶ De iocunditate quã habuit ipse xps in resurrectione: et de mirabilibus actibus operatis a potentia diuina in ipso resurgente. Capl'm.i.

Rima iocũditas resurrectiõis xpi dicit pticularis que. s. fuit in aĩa benedicta ipsi' ihu xpi: duz corpus suũ iterum sibi vniuit efficiens illud ppetuo gloriosum. Ad qd plenius intelligendũ notandũ est q in ipso xpo resurgente qttuor act' mirabiles opata est virtus et potentia dei. Primus fuit sanguinis reassumptio. Secundus corporis mutató. Terti' anime vnio. Quartus sepulchri penetratio. ¶ Primus actus fuit sanguinis reassumptio Naz reassumpsit corpus xpi clausum existẽs in sepulchro anguinem proprium qui extra erat dispsus: quod non nisi p diuinam virtutem fieri potuit. Ratio autem prefate reassumptionis sanguinis scdm Tho. in.iij. pte. q.liiij. ar.iij. ẽ qr qcqd ad naturã corpis humani ptinet: totuz fuit in corpe xpi resurgentis. Manifestũ ẽ aũt q ad nãm corpis humani ptinent carnes et ossa et sanguis et alia hui'. ideo omnia ista in corpe xpi resurgentis fuerunt. Dicunt etiã phi q sanguis est sedes anime. et aĩa viuificat corpus sanguine mediante. Quare indubitanter

sanguinē suū resurgēs xp̄s ad suuꝫ cor/
pus reduxit. Utrū autē totū sanguinem
assumpserit: ita ꝙ nulla ꝑticula siue gut
tula de illo in terra remanserit due sunt
opiniones. ¶ Prima est sci Tho. q vbi
s. in responsione ad argumentū. iij. dic̄
ꝙ totus sanguis q de corpore xp̄i fluxit
cū ad veritateꝫ humane nature ꝑtineat
i xp̄i corpore resurrexit. Sāguis aūt ille
qui in quibusdam eccl̄ijs pro reliquijs
conseruat̄ nō fluxit de corꝑe xp̄i. sed m
raculose dicit̄ effluxisse de quadā imagi
ne xp̄i ꝑcussa. ¶ Alia est opinio Frani
de marone. q ait. Non est incōueniens.
si aliquid de sanguine xp̄i fuso dicat̄ eē
in aliquibus ecclesijs: q2 forte corpus in
vita incorruptibili nō indiget tanto san
guine sicut in vita mortali Et lꝫ vtraqꝫ
opinio sit sustētabilis: tamē secūda ma/
iorem firmitatē videt̄ habere. tum quia
totus sanguis nō ꝑtinet ad veritatē hu/
mane nature. Vñ ⁊ sanctus Tho. in suo
quolibet. v. q. iij. dicit. Cum ergo xp̄us
ante passionē comederit ⁊ biberit nihil
ꝓhibet in eo fuisse aliquē sanguinē nu/
trimentalē qui ad veritatē humane na/
ture nō ꝑtinet. ⁊ quē ñ oporteret i resur
rectione ad corpus eius redire. tum q2
in plerisqꝫ solennissimis locis ostendit̄
verus xp̄i sanguis. Naꝫ in capella regis
francie est de sanguine xp̄i. ⁊ de spinea
corona sanguie tincta. In ꝓuincia pro/
uincie apud sanctū Maximinū in con
uentu fratruꝫ predicatorū in festo sācte
Marie magdalene ostendit̄ ampula
cum sanguine xp̄i. Apud Esculum in
ꝯuentu fratrū predicatorū est spina cum
sanguine xp̄i. Alia insuꝑ spina cum san
guine est Racaneti in cōuentu fratrum
heremitarū. In ciuitate vo mantue in
abatia sancti Benedicti in ecclesia sc
Andree est de sanguine xp̄i queꝫ aspor
tauit Longinus cuiꝰ corpus regescit ibi
dem. In alemania vo in ciuitate Nu/
remberge est ferrū: cuꝫ quo Longinus
lanceauit latus xp̄i sanguine respersum
Et sic in multis ꝑtibus xp̄ianoꝝ verus
ostenditur sanguis xp̄i. Facit etiam ad
confirmationē secunde opinionis auc/
toritas summi pontificis. Nā ꝑ Pium
maximū scriptū est vt sequit̄. Pius epi
scopus seruꝰ seruorum dei. dilectis filijs
uitate debellata oēs vtriusqꝫ sexus iusto
iudicio dei captiui ducti sunt in babylo-
nem. Neqꝫ ob aliam cām tā graue dā-
nū incurrerūt: nisi quia diuina mādata
cōtemnebāt erantqꝫ deo celi adhoiabi-
les ⁊ exosi. Ad qḋ clare intelligendum
statui in isto sermone de iudicio dei con
tra iudeos in hierusalē cōmorātes loq:
De quo si plenā noticiā habere volueri
mus: necē est vt tria mysteria disseramꝰ
Primum dicit glorie.
Secundum nequitie.
Tertium pene.

De gloria ⁊ magnificentia ciuitatis hierusalem. Caplꝫ.i.

Exaltauit deus gloriam ciuitatis
hierosolymitane: ⁊ fecit illā spe
ciosam ⁊ decoram valde: in qua
morabāt iudei cū ingēti leticia ⁊ quiete
Verūtū vt sic fuisse demōstremꝰ tria de
ipsa ciuitate consideremus.
Primo situm.
Secundo cultum.
Tertio statum.

De optimo situ ciuitatis hierusalem.

Primo consideremꝰ illiꝰ ciuitatꝭ
situ. Et de h notādū fm Raba
nū.li.xij.de origine rerū: ꝙ hie
rusalē est ciuitas in palestina in medio
iudee posita: vmbellicꝰ totiꝰ habitabilis
nře zone. Vñ Ezech.v. dicit dñs. Ista
est hierusalem quā in medio gētiū situa
ui. Nico. de lira dicit: quia sita ē i qrto
climate terre habitabilis septem climati
tibus distincte. Est ibi terra fertilis non
modo frugū: sed balsamo: melle lacte
Que in distributione terre ꝑmissionis
data fuit tribui Beniamin: dicta iebus
que est hierusalē: vt notatur Josue.xviij
c. Et idē fatet Jsidorꝰ li.xiiij.ethimol.
Jn.xv.vo.li. asserit ꝙ fꝫ iudeos Sem
filius Noe: quē dicunt Melchisadech
primus post diluuium i syria ꝯdidit sa-
lem vrbē hanc: postea ipsam tenuerunt
Jebusei: ex qbꝰ dicta est Jebus. Sicqꝫ
duobus noibus copulatis iebus ⁊ salē
vocata est. Que postea a Salomōe hie
rosolyma: quasi hierusalomonia dcā ē.

De templo mirabili hierusalem.

Secundo consideremus illiꝰ ci
uitatis cultū. Jbi eqdem a Sa
lomone cōstructū est templū
miro artificio: d quo dř.ij. Paral.iij.c.
Cepit Salomon edificare domum do
mini hierusalem. in mōte moria: qui de
monstratus fuerat Dauid patri eius: an
no quarto regni sui. Glo. Hiero. super
illo verbo. Vade in terram visionis. Jn
hoc monte inquit: obtulit Abrahā ho-
locaustū ꝑ Jsaac. Et glo. super illo vbo
Jacob. Non est hic aliud nisi domꝰ dei
dicit in hoc loco creditur Jacob dormi
uisse ⁊ vidisse angelorū visionē in scala:
preuidisseqꝫ tēplū ⁊ dei cultū ibidē futu
rū. Quātū vero fuerit domus illa mirā
da: patet ex his que dicūt.iij. Reg.vi.c.
Erat ibi concursus ⁊ frequentia gentiū
Precipue vero fm Nico. de lira. ex oī
iudea ppl's ibi confluebat in festo pasce
siue azimorum in memoriā liberatiōis
de egypto. Jn festo pentecostes: in me
moriā date legis. Jn festo scenophegie
siue tabernaculorū. in memoriā mansio
nū in deserto. Hāc domū xps voluit sua
presentia decorare. ibi oblatus est qua-
dragesima die postqꝫ natus fuerat. Jbi
inuentus post triduū in medio doctorū
vt dicitur Luce.ij.c. Jbi docebat. Vnde
Marci.xiiij. dixit. Quottidie apud vos
eram docēs in templo. Tertio ꝯside-
remus illius ciuitatis statū. Facta equi
dem fuit ciuitas insignis ⁊ regia. Pri-
musqꝫ ibi regnauit rex Saul: quē Sa-
muel vnxit in regē.ii. Dauid.iij. Salo-
mon.iiij. Roboā.v. Abias.vi. Asa.vij.
Josaphat.viij. Jorā.viiij. Ochozias.x.
Joas.xi. Amasias.xij. Ozias.xiij. Jo-
athan.xiiij. Achaz.xv. Ezechias.xvi.
Manasses.xvij. Amon.xviij. Josias.
xviiij. Joachim.xx. Sedechias. Erat er
go ciuitas illa famosa plena populo ⁊ di
uitijs. Erant ibi ornata edificia: alta pa-
latia. ⁊ iuuenes robusti ⁊ bellicosi. Spe

vt dicit Lact. li. ij. Tum maxime deus ex memoria hominū elabit: cū bñficijs eius fruentes honorē diuine indulgētie dare debent. Ideo popul⁹ hierosolimorum: vt patebit: incrasatus nimis recalcitrauit.

¶ De nequitia populi iudaici: et impietate multa. Capl'm. ij.

Quāta fuit iniqtas iudaici populi in hierusalem habitantiū inuestigandū est: vt sic pcipiam⁹ q̄ iuste deus populū illū nequam tradidit in captiuitatē. Sunt autem tria que accusant hierosolymorum culpā et ipietatem.

Primū est multiplex offensio.
Secundum temeraria presumptio.
Tertium. dura obstinatio.

¶ De octo peccatis quibus in hierusalem offendebatur deus.

Primū qd accusat et arguit hierosolymorū culpā: est multiplex offensio. In multis nanq̄ non in vno solo pctō offēdebāt deum. Octo tñ erant inter cetera peccata principalia que abundabant in illa ciuitate.

Primum peccatū dr negligentie.
Secundum iniustitie.
Tertium auaritie.
Quartum fraudulentie.
Quintum violentie.
Sextum luxurie.
Septimum idolatrie.
Octauū irreuerentie.

¶ Primū peccatū qd abūdabat i illa ciuitate dr negligentie. Superiores nāq̄ non curabant de salute subditorum Quinimo suo malo exemplo corrūpebant eos: et inducebāt ad malefaciēdum Hinc Hieremias conquerebat. x. c. d. Stulte egere pastores: et deū non exquisierūt: ppterea nō intellexerūt: et omnis grex eorū dispsus ē. Et. xxiiij. c. Hiere. aiebat. Ue pastorib⁹ q dispdūt et dilacerant gregem pascue mee dicit dñs. Sis cautus o predicator ne propter ista prelatis detrahas. Si boni sunt. bene erit ipsis. Si vo mali: iudicet illos de⁹. Nostra vo non interest illorum increpare delicta. ¶ Secundū peccatū qd abūdabat in ciuitate hierusalem erat iniustitia Et de hac Hiere. v. c. ait. Circuite vias hierusalē: et aspicite et considerate: et querite in plateis eius: an inueniatis virum facientē iudiciū et querentē fidē. Et īfra. Causam vidue non iudicauerūt et cām pupilli non direxerūt. O quid de nobis dicā? Heu heu perijt pfecto de terra iusticia. Timore: amore: odio: ac ptio est eiecta. vt dicit. xj. q. iij. c. quattuor. Sed pfecto ipletū est dictū Isidori: q ait. xi. q. iij. c. paup. Paup dū ñ habet qd offerat: nō solū audiri contēnit: sed reprobat Cito violat auro iustitia: nulláq̄ reus. ptimescit culpā: quam nūmis redimere existimat. Et tñ vt dicit. Augu⁹ li. iiij. de ciui. dei. amota iustitia: qd aliud sunt regna nisi latrocinia? Ideo dicit. xij. q. ij. c. cum deuotissimā. Sūmū in rebus bonū est iustitiam colere. ac sua cuiq̄ iura seruare. Et Ar. v. ethi. ait. Preclarissima virtutum esse videtur iustitia: et neq̄ hesperus neq̄ lucifer ita admirabilis. ¶ Tertium peccatū qd erat in hierusalē fuit auaricia. de qua Hiere. vi. c. sic scribitur. A maiore vsq̄ ad minorem oēs student auaricie. et a propheta vsq̄ ad sacerdotem cūcti faciūt dolū. Hoc tñ tpe nescio qd referā. quū mūd⁹ tot⁹ auaricie vinculis detinet. Ob illā eteni multiplicata sūt oia mala: piuria. s. fraudes. deceptiones. mendacia: odia: liuores: rancores: rapine: vsure: symonie: et similia. ¶ Quartū peccatū qd erat in hierusalem fuit fraudulentia. Oēs pro maiori pte erant simulati ficti astuti callidi et deceptores in oi arte: in oi exercitio: in oi deniq̄ conuersatione sua. Vñ. Hiere. ix. c. dicebat Unusq̄sq̄ a proximo suo se custodiat. et i oi fratre suo nō habeat fiduciam qa ois frater supplātās supplantabitur: et ois amicus fraudulenter incedit O qs habet nūc vnū amicū verū? Inquit Amb. li. iij. de officijs. Facilis vox et cōmunis: tuus sū totus: sed paucorū effect⁹

¶ Quintū peccatū in hierusalē fuit vio/
lentia. De hoc dr Hiere .xxxiiij.c. Re/
traxerūt seruos τ ancillas suas quos di
miserāt liberos: τ subiugauerūt i famu/
los τ famulas. Hic dicit Nico. d lira ꝙ
Exo.xxi.c.dictū fuit. Si emeris seruum
hebreū sex annis seruiet tibi: in anno se/
ptio exeat liber gratis: ita ꝙ nō poterat
vltra teneri nisi vellet remanere. Tpe ve
ro Sedechie regis: τ añ tenuerāt seruos
τ ancillas diutius ꝓpter auaritiā suā: tñ
ad monitionē Hieremie τ aliorꝝ virorū
bonorꝝ rex Sedechias τ sui subditi sta/
tuerūt firmiter dimittere suos suos he/
breos τ ancillas sm ꝓceptū legis. Et vt
hec ordiatio eēt firma sciderūt vitulum
in duas ptes: τ inter illas ptes trāsierunt
rex τ principes ei⁹ ad significādū: ꝙ sic
esset dignus occidi τ diuidi ifringens illā
ordinationē. Uerūtñ post cupiditate du/
cti retraxerūt ad se redigēdo in seruitutē
Et sic nō solū peccauerunt ꝯ legē dinā
sꝫ etiā ꝯ statutū ꝓpriū. Similes his ho/
die sunt q retinent famulos τ ancillas τ
pmittunt eos pire fame τ frigore: sūtq
illis infesti: nō solū cōpellēdo plus debi
to laborare: sed etiā iniuriando τ ꝯtume
lijs ac verberib⁹ afficiendo. Nō didicere
isti disciplinā sapiētis: qui Ecc.iiij.c.ait
Noli esse sicut leo in domo tua: euertēs
domesticos tuos: τ opprimēs subiectos
tibi. Et ꝓ his facit id. Senece ad Lucil
lum. Colant inquit te potius sui tui: ꝙ
timeant. ¶ Sextū peccatū hierusalem
fuit luxuria. Et de hoc dicit Hiere.v.c.
in psona dei. Saturaui eos: τ mechati
sūt: Et.xxiij.c. Adulterijs repleta est ter/
ra. Sileāt de hoc verba: loquant exēpla
¶ Septimū peccatum fuit idolatria: de
qua Hiere.i.c. deus ꝯquerebat sic. De/
reliquerūt me: τ libauerunt dijs alienis
τ adorauerūt op⁹ manuū suarū. ¶ Oc
tauū peccatū fuit irreuerentia ad cultū
diuinū. nam in tēplo absq deuotiōe in/
grediebant τ egrediebātur. Et d hoc sic
habet Hiere.vij.c. Fecere filij iuda ma
lum in oculis meis: dicit dñs posuerūt
offendicula sua in domo in q inuocatū
est nomē meū: vt polluerēt eā. O ꝙ re/
prensibiles xpiani sūt: qui templa dei et
ecclesias tanꝙ lupanaria calcant. Pro
quibus facit illud qd scribit de imunita
te ecclesie.li.vj.in.c.decet. Decet domū
dñi scitudo. Decet vt cuius in pace fact⁹
est locus: eius cultus sit debita venera/
tione pacific⁹. Sit itaq ad ecclesias hu
milis τ deuotus ingressus: Sit i eis de/
uota conuersatio: deo grata: inspicienti/
bus placida. In hierusalem ergo erant
huiuscemodi vitia: τ alia pluria que so/
let abhorrere deus.

¶ De presumptione populi.

Ecundū quod accusat τ arguit
hierosolymorū culpā. est teme/
raria presūptio. In tot eni pctis
deū spnebāt. Uñ Hiere.v.c.dr. Nega/
uerūt dñm: τ dixerūt. Nō est ipse: neq
veniet sup nos malū: gladiū τ famē nō
videbim⁹. Et infra. Nō dixerūt i corde
suo: metuam⁹ dñm deū nostrū. Cōfide
bā ergo in seipis: τ pseuerātes in malis
suis penitētiā recusabāt. De hoc dicitur
Hiere.viij.c. Nemo qd bonū est loquit
nullus ē qui agat pniāz sup pctō suo.d.
qd feci. Oēs cōuersi sunt ad cursū suū:
quasi equus in impetu vadēs ad pliū.

¶ De obstinatione iudeorum.

Ertiū qd ondit hierosolymorū
culpā: est dura obstinatio. nam
cū p plures annos ppl'us ille cō
monitus fuisset: nūq se corrigere voluit
Inquit Hiero. i ꝯmēto sup Hieremiā
ꝙ Hieremias cū eēt adhuc puer ꝓpha
re cepit anno.xiij. Josie filij Amon regis
Juda prophetauitq in impio ei⁹ annis
xix: τ postea sub Joachiꝫ filio ei⁹ annis
xj. τ sub Sedechia qui vltim⁹ fuit regni
Juda annis.xj. vsq ad quintū mēsē: qñ
a babylonis capta est hierusalē. Ac per
hoc ab exordio ꝓphie sue vsq ad capti
uitatē hierusalē: q τ ipse capt⁹ est ꝓpha/
uit annis.xli. τ ꝓdixit clare ciuitatis exci
cidiū: nisi penitentiā agerēt. At illi non
solum non timebant: τ humiliabant se
deo: verum etiā Hieremiā psequebant

Scribit nanqz Hiere.xxviij.c. q cũ sel pphetasset: apphenderũt eũ.d. Morte moriat. Et congregat' ē ois popul' aduersus Hieremiã in domũ dñi. Tandez vtēs bonis verbis Hieremias: dixit ois popul'. Non est viro huic iudiciũ mortis quia in noie dñi dei nostri locutus ē ad nos. Et Hiere.xxxij. habet qualiter cesũ eum miserũt in carcerē: vbi sedit diebus multis. Et Hiere.xxviij.c. narrat: qualr submiserũt eũ in lacũ: in quo non erat aqua: sed lutũ mltasqz alias persecutiones intulerũt sibi. O malicia incorrigibilis. o malignitas hominũ iniquorum o duricies prauorum cordium. Ueritas adamatur: de' predicatur timēdus. vitia increpant: efferunt virtutes ꝛ boni mores: tamē odio habent qui deo iubente talia nunciant. Idcirco nemo potest de deo conqueri: si in nos seuerus appeat.

¶ De graui pũitiõe ꝛ plaga hierusalez. Capitulum.iij.

Ui dudũ longanimis p Hieremiaz populũ ad penitentiam vocauerat: sceleribus ꝛ malicia iniquorum ꝓuocatus: ad vindictam tandem excitatus est: Nõ vt cũc[t]i valeant scire in hoc mysterio tertio de pena hierusalē ptractabimus: de qua tria sunt consideranda.

Primũ dicit ciuitatis obsessio.
Secũdum ciuitatis afflictio.
Tertiũ ciuitatis captio ꝛ deletio.

¶ De valida obsidione ciuitatis.

Rimũ cõsiderandũ est ciuitatis obsessio. Ut eni habet.iiij. Reg. vltimo. c.ꝛ.ij. Paralipo. vlti.c. Anno nono Sedechie circundata est irlm a Nabuchodonosor cum validissimo exercitu: ꝛ extructe fuerunt in circuitu eius munitiones: ꝛ clausa est ciuitas decem ꝛ octo mensibus. ¶ Secũdum cõsiderandũ est ciuitatis afflictio. Preualuit quippe interim fames: nec erat panis populo terre. ¶ Tertiũ considerandum est ciuitatis captio. Nam ciuitas capta fuit: ꝛ fugit Sedechias. Rabbi Salomon dicit q ipse fugit p quandam viã subterraneaz cuius exitus erat bene longe a ciuitate. Sed deus fecit apparere vnã capreã siluestrē: ꝛ dũ caldei vellēt eam capere fugiendo cucurrit sup terrã sm viã illius linee subterranee pdictam vsqz ad exitũ. Et sic chaldei inuenerunt Sedechiã: qui exierat viam illam. Sed Nico.d lira dicit q hoc non est verisile q chaldei tunc intenderent venationi. Jdo dicēdũ q insecuti sũt Sedechiaz p inditiũ aliquorũ quos ceperũt in ciuitate: qui non poterant fugere. Scdm magistrum in histo. capta fuit ciuitas circa mediã noctem. Captus itaqz fuit. Sedechias: ꝛ adduct' corã Nabuchodonosor. Qui dixit ei. Magnus deus habēs neqtiã tuam odio tradidit te mihi. Occidit ꝛ filios eius coram eo. Oculos vero Sedechie effodit: ꝛ cathenis vinxit euz ꝛ duxit eum in babylonē. Muri autem hierusalez destructi sunt: ꝛ ciuitas expoliata. tandē succensa ꝛ populus duct' in captiuitatē. Refert magister in histo. q cum Nabuchodonosor intrasset babylonem cũ triumpho: victimas solēnes imolauit dijs suis: ꝛ solēnizauit cum oi populo nouem diebus. Cũqz recũberēt exhilarati: precepit rex vt adduceretur Sedechias in mediũ: ꝛ aliqui de cantoribus templi cum eo: qui psallerent corã conuiuantibus in musicis instrumētis ꝛ canerent hymnos de cãticis syon: Bibebant autem conuiue in vasis domus dñi: quorum qdã Nabuchodonosor cõsecrauit idolis: quedaz vo sibi reseruauit. Cũqz darent psallentibus potũ. cãculo pcepit rex: vt daret Sedechie potus laxatiuus. Et coram oibus ignominiose. laxatus est. Sicqz irrisum reducere ad carcerem. Quinimo afflict' dolore post paucos dies mortuus est. At Nabuchodonosor fecit eum honore regio sepeliri Tali iudicio deus illum puniuit: qa vt scribit.ij. Paral. vltio.c. viginti ꝛ vnius ãni erat cũ regnare cepisset: ꝛ vndecim annis regnauit in irlm: ꝛ fecit malũ corã ocul. dñi dei sui: nec erubuit faciez Hieremie pphe loquentis ad se ex ore dñi

A rege quoqꝫ nabuchodonosoꝛ reces/
sit: qui adiurauerat eum per deuz: ⁊ in/
durauit ceruicē suā ⁊ coꝛ: vt non reuer/
teret ad dn̄m deuz israhel. Si ergo ipe
timuisset deum: abstinuisset vtiqꝫ a tot
tantisqꝫ pctis: ⁊ deꝰ misericoꝛdiaz suam
on̄disset illi: quā nobis exhibeat: qui est
benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo. xiij. de iudicio dei contra iu
deos xp̄m ⁊ ecclesiam ꝑsequentes.

Ompletis annis. lxx. iudaice cap/
tiuitatꝫ operante Esdra
sacerdote: ⁊ Zoꝛobabel
suscitauit dominꝰ spm̄
Cyrri regis persaꝝ: qui anno pꝛimo sui
imperij laxata hebreoꝛum captiuitate:
quattuoꝛ ferme hominuz milia fecit re/
gredi in iudeam: restituens eis vasa tē/
pli aurea ⁊ argentea quinqꝫ milia qua/
drigenta: que Nabuchodonosoꝛ poꝛta
uerat in babylonem. Sicqꝫ reedificata
est hierusalem ⁊ templum eo tp̄e quo
Tarquinus supbus regnabat in vꝛbe.
Colligunt ista ex pꝛimo libꝛo Esdre. c.
i. ex dictis Josephi in libꝛis antiquita/
tum: ⁊ Bede in libꝛo de tp̄ibus. Sicqꝫ
populus ille ibi multiplicatus est vsqꝫ ad
tp̄a xp̄i. Verūtamē qꝛ xp̄m ⁊ ecclesiam
iudei acriter persecuti sunt: de qua im/
pietate noluerūt penitere: volente deo ci
uitas hierusalem a romanis euersa est
⁊ populus fame ⁊ gladio perijt: ⁊ qui re
manserunt viliter fuerunt venundati.
Propterea vt in dies ad timendū deū
studiosius inuigilemus: in hoc sermōe
de iudicio dei contra iudeos xp̄m ⁊ ec/
clesiam ꝑsequentes verba faciemus: vi
debimusqꝫ qualiter ciuitas hierusalem
destructa fuit: ⁊ populus eius dispersus
De qua desolatione tria mysteria erunt
declaranda.
Pꝛimum dicitur significationis.
Secundū pꝛenunciationis.
Tertium executionis.

De signis ⁊ poꝛtentis quibus dei iudicia
sepe pꝛemonstrantur. Caplm̄. i.

Ignificata fuit poꝛtentis ⁊ si/
gnis desolatio hierusalem. Et
in hoc apparet duricia populi:
quia nunqꝫ ad penitentiaz redijt. Verū
tn̄ vt plenius intelligātur singula in hoc
mysterio tria sūt dubia absoluēda. Pꝛi
mū: an timendū sit cum alique nouita/
tes apparent in coꝛꝑibus celestibꝰ: etiaz
si naturaliter fiant. ¶ Secūdū: que sūt
illa signa ꝓpter que timendū est: ne im
mineant de ꝓpiquo hoibꝰ mala. ¶ Ter
tium: quibꝰ signis hierosolymoꝛū exci/
dium fuit pꝛemōstratum: ¶ Pꝛo pꝛio
dubio arguūt aliq dicentes illō Hiere.
x. c. A signis celi nolite timere: que so/
lent metuere gētes. Et tamen ꝯtra istos
ē auctoꝛitas xp̄i: q Luc. xxj. c. ait. Erūt
signa in sole luna ⁊ stellis. Que verba
dicta sunt: vt ꝑ illa signa hoies terreant
Rn̄det his Nico. de lira super ꝑfato. x.
c. Hiere. ꝙ timere ꝓpter signa celi pōt
eē dupliciter. Aut rōnabiliter. Aut super
stitiose. ¶ Pꝛimo licitū ē: ⁊ ad pꝛuden
tiā spectat sic timere Nā licz coꝛꝑa cele/
stia nō sint agētia de necessitate: tn̄ hn̄t
virtutez imutandi elementa ⁊ cōposita
ex eis ad diuersas qualitates: ex quibꝰ
disponunt humana coꝛpoꝛa ad varias
infirmitates: sicut ex dn̄io Martis co
lera accendit: ex qua accensiōe nō solū
coꝛꝑa disponūt ad infirmitatē aliquam
sed etiā appetitus sensitiuus ad iraz: ex
quo sequuntur vlterius lites ⁊ dissensio
nes: eo ꝙ homines vt in pluribꝰ sequūt
suas passiones. Soli sapientes eis do/
minant ꝑ rationē. Timoꝛ aūt facit pꝛe/
cauere a malis futuris. Et ideo timere a
celi constellationibus ad hoc ꝙ homo
ꝯsulat de habendo remedio contra dis/
positionē ad infirmitates coꝛpoꝝ ⁊ pas/
siones malas: ⁊ alia huiusmodi q̄ pn̄t
ex influentia celi causari: nō est malum
sed bonū: ⁊ satis conueniens. Secun/
do modo timere ꝓpter signa celi. s. sup/
stitiose: illicitum est et peccatum. Et sic

loquit Hiere. Unde subdit. Quia voces populorum vane sunt. Quod insup ponitur. C. de penis. l. decurionū filij. Uane inquit voces populoꝝ nō sunt audiēde. Apud populos aūt triplex supstitio inuenta est circa corpa celestia. ¶ Prima eoꝝ q dixerūt illa esse aiata. ¶ Secunda eorum qui dixerūt illa esse deos. ¶ Tertia eoꝝ q dixerūt corpa celestia imprimere i intellectū nostrū. ¶ Pria supstitio est eorū qui tenuerunt corpora celestia esse animata. Contra quos est auctoritas Damasceni: qui in. ij. lib. ait Nullus animatos celos: vel luminaria existimet. Inanimati eni sunt: ꝛ insensibiles. Et Aug. li. xiij. de ci. dei ait. Nō ē credēdū qd̄ Plato dicit globos istos luminū siue orbiculos luce corpea super terram: seu die: seu nocte fulgentes suis quidem proprijs aiabꝰ viuere. Et xviij. li. de ciui. dei dicit ꝙ Anaxagoras factꝰ est reus apud athenienses quia dixit solem esse lampadē ardentē: negās vtiqꝫ ipsum eē deū: vel aliquid animatuȝ. Si vero obijceret: ꝙ non solū platonici: sȝ etiā doctores fidei tenuerūt corpa celestia esse animata: vt Origines ꝛ Hieroꝰ Augꝰ insup hoc sub dubio dereliquit. vt in li. lxxxiij. qōnū. in enchiridion. ꝛ in ij. sup Geñ. ad litterā: vbi dicit ꝙ si sunt aiata corpa celestia ptinent ad societatem angelorū eoꝝ aie. Respōdet Tho. i. pte. q. lxx. ar. iij. c. ꝙ inter ponētes corpora celestia eē animata vel inanimata: parua vel nulla est differentia in re: sed in voce tm̄. Quoniaȝ dici possunt aiata non sicut plante ꝛ animalia: sȝ equiuoce inq̄ītuȝ substantie spūales vniunt corporibus celestibus: vt motores mobilibus: quo fit vt motus celestiuȝ corporū fit ad aliqua substātia apprehendente: ꝛ nō solum a natura: sicut grauia ꝛ leuia Unde Augꝰ dicit. ij. de trinitate. corpa omnia administrari a deo p spiritū vite ¶ Secunda supstitio fuit aliorū dicentium corpa celestia esse deos: vt fuerūt egyptij: De quibus Eusebius pamphili. li. i. de euangelica preparatione ait Egyptios ferūt primos omniū cuȝ in celuȝ oculos sustulissent motū ordinē ꝛ quantitates celestiū corporū admiratos: solem ac lunā deos putasse. ¶ Tertia supstitio fuit aliorū: qui tenuerunt ꝙ corpa celestia imprimunt in intellectum nostrum. Qd̄ vtiqꝫ falsū fore ostēdit Tho. in. iij. sūme ꝯtra gentiles. c. lxxxiiij. dicēs ꝙ directe ꝛ p se nō ipmunt: q2 vt dicit Dionysius li. de diui. no. ꝛ Aug. iij. d̄ trini. diuine prouidentie ordo ē: vt p supiora regant inferiora: ꝛ moueant. Intellectus autem ordine nature omnia corpora excedit. Impossibile ē ergo ꝙ corpora celestia agant in intellectuȝ directe nec possint esse causa p se eoruȝ que sūt circa intellectū. Insup. nullum corpus agit nisi p motū: vt habet. viij. phisicoꝝ ergo que sunt oio extra motū nō possūt esse causata a corpibus celestibus. Sed ea que sunt circa intellectum sunt oio ex motū p se loquendo: sicut patȝ. vij. phi. Quinimo p quietem a motibus fit aia prudens ꝛ sciens: vt dicit ibidem. Indirecte tamē corpa celestia possunt imprimere in nostrū intellectū: quia licȝ intellectus noster nō sit virtus corpea: tm̄ in nobis opatio intellectus compleri non potest sine opatione virtutū corporeaꝝ que sunt imaginatio ꝛ vis rememoratiua ꝛ cogitatiua. Et inde est ꝙ impeditis harū virtutū opationibus ꝓpter aliquā indispositionem corporis impedit opatio intellectꝰ: sicut pȝ i freneticis: ꝛ litargicis: ꝛ silibus. Et ꝓpter hoc etiam bonitas dispositionis corporis humani facit aptum ad intelligendū: inq̄ītuȝ ex hoc predicte vires fortiores existūt Dispositio aūt corpis humani subiacet celestibus motibus. Et sic ad ꝓpositū redeundo: supstitiose opiniones de corpibus celestibus non sunt acceptande.

¶ Secūdū dubiū quod erat absoluendum est. Que sunt illa signa ꝓpter que timendū est ne imineāt de ꝓpinquo hominibus mala. Et dico ꝙ sunt tria.

Primū solis ꝛ lune defectio.

Secundum cometarum apparitio.

Tertium portentorum frequentatio.
¶ Primũ signũ. Quotienſcũqꝫ eteniꝫ
eclipſatur ſol: vel luna: timenduꝫ eſt de
aliquo malo venturo. Probat hoc pri/
mo ꝑ Ptolomeum: q in centilogo ait.
Sol ⁊ luna ſunt dñi aliorum planetarũ
eo ꝙ ſunt cauſe totius opis ⁊ guberna/
tionis ſtellaꝝ. Ideo eclipſes accidentia
grãdia ſignificãt. Et Meſſahalla. c. vij.
de temporum varietate ait. Scito ꝙ in
eclipſi ſolis aut lune non poterit fieri qn
ſignificetur aliquod magnum accidens
ſm quantitatem eclipſis ipſius. Nam
in ſignis igneis ſignificabit interitum re
gis: ⁊ diuitum: ⁊ ſiccitatem: ⁊ terre ſteri
litatem atqꝫ famem. Et Virgilius i pri/
mo georgicorum inquit. Sol tibi ſigna
dabit: ſolem quis dicere falſuꝫ. Audeat
ille etiam cecos inſtare tumultus. Sepe
monet fraudem: ⁊ operta tumeſcere
bella. Ille etiam extincto miſeratus ce/
ſare romam. Cũ caput obſcura nitiduꝫ
ferrugine texit. Impiaqꝫ eternaꝫ timue
runt ſecula noctem. Recitat Ricobal/
dus in cronicis ꝙ anno Neronis q̃rto
ſolis defectio fuit ⁊ terremotus magn⁹
Tunc magna perſecutio inſurrexit con/
tra chriſtianos. Petrus ⁊ Paul⁹ mar
tyrio fuerunt coronati. Poſt paſſioneꝫ
vero illorum tanta rome peſtilentia fuit
vt triginta milia funerũ in fatione vene/
runt. Laodicia ⁊ Coloſſa. ⁊ Ieropolis
vrbes in Aſia terremotu conciderunt.
Tempore Conſtantini. iij. facta eſt ſolis
defectio. Hic conſtantinus italiam de
longobardis liberare conatus: ab athe/
nis per mare Tarentuꝫ tranſiuit: oẽſqꝫ
vrbes in cãpania ⁊ terris circũuicinis a
longobardis occupatas per quas venit
vi cepit. Romam tandem pergit: papaꝫ
Martinum occidit. In Sicilia apud
Syracuſas a ſuis occiditur. Paulo
poſt ſarraceni cum nauibus in Sici/
liam veniunt: Syracuſas captas diri/
piunt ornamenta Alexandriã deferunt.
Templum cõſtruitur in hieruſaleꝫ vbi
templum Salomonis fuerat. Tempore
Lotharij ſecũdi factus ẽ ſol ſanguine⁹

⁊ poſt paucos dies hominũ lues ẽ ſecu/
ta. Refert adhuc Eutropi⁹: ꝙ feruente
tumultu belloꝝ ciuiliũ: tres ſoles ſimul
exorti ſunt: qui paulatim coierũt in vnũ
Scias tamẽ ꝙ nõ ſunt idem eclipſis ſo
lis: ⁊ multiplicatio in aſpectu. Nam vt
dicit Iſidor⁹. li. iij. ethimol. Eclipſis ſo
lis eſt quotiens luna. xxx. ad eandem li/
neam qua ſol vehit ꝑuenit: eiqꝫ ſe obij/
ciens ſolem obſcurat. Nam deficere no
bis ſol videt dum illi orbis lune opponi
tur. De multiplicatione vero ſolis quia
vident. iij. dicit Seneca lib. i. de qõnib⁹
naturalib⁹: hos nõ eſſe ſoles: ſed imagi
nes ſolis i nube ſpiſſa ſoli propinqua: in
qua radij ſolares incluſi ſunt. Et Iohã/
nes ſolobrienſis in policratiõe. lib. ij. ait
Quotiens ſol in celo videbit geminari
inũdationem aquarũ ſubtus orbis ex/
pectet. Et licet a raritate ſui miraculis vi
deatur accedere: opus tñ nature ẽ: q̃ q/
dẽ ſoles nõ geminat: ſed nubẽ ſimili/
mã facit: vocaturqꝫ parelion. Eſt. n. pare
lion nubes ſimillima ſoli. ¶ Secũduꝫ
ſignũ ꝓpter qđ timẽda ſunt mala futu/
ra dicit comete apparitio. De qua nota
qđ dicit Tullius libro. ij. de natura deo/
rum. ꝙ cometa grecũ vocabulũ ẽ: quã
latini crinitã ſtellã vocant: eo ꝙ comas
luminis de ſe fundat. Pythagorici dixe
runt cometã eſſe vnã de. vij. ſtellis errati
cis. Quoꝝ falſitas apparet: cũ ſepe oẽs
luceãt apparẽte cometa. Ar. i. methau.
ſcribit Anaxagorã. Democritum ⁊ ali/
os dixiſſe cometam fore de natura celi.
Sed cum omnis ſtella celi ſit perpetua
⁊ cometa videatur deficere abſqꝫ eo ꝙ
ſolis radijs abſcõdatur: ideo dicendum
cum Iohanne Damaſceno: ꝙ cometa
non eſt ſtella de natura celi: ſed vapor
ad voluntatem creatoris accenſus in vi
ſcoſa materia ⁊ aduſtibili. De appitio/
ne ergo comete dicit Ptolomeus in
centiloquio ꝓpoſitione. xcix. ⁊ in. ij. qua/
dripartiti. c. viij. ⁊ Ar. i primo methau.
ꝙ ſignificat malos effect⁹. Scribit Se
neca in qõnibus naturalibus ꝙ due in
ſule ſubmerſe ſunt prenũciante cometa.

Narrat Justinus q̄ anno quo natus est
Mitridates: ⁊ anno quo primū regna/
re cepit: cometa p̄ vtrūq; tempus mul̄ts
diebus splenduit cum luce tanta: vt celū
omne videretur ardere. In quantitate
videbatur occupare magnum celi spa
cium: ⁊ in luce vincebat nitorē solis. Ap
parebatq; horis quattuor. Hic Mitri/
dates. xlvj. annis cum romanis attrocia
bella gessit. De quo scribit Ualerius. lib.
viij. i rubrica de studio ⁊ idustria. Et idē
ꝯfirmat Solinus in libro de mirabili/
bus mundi. Uiginti duarum gentium
quibus imperabat idioma didicerat. Et
vt refert Justinus ⁊ Eutropius cum Ni
comedem regem bythinie regno para/
ret pellere amicū romanorū: cum dice/
retur sibi q̄ si id faceret romanis displi/
ceret: cū Ephesuz p̄uenisset. crudeli edi
cto: vt scribit Ualerius li. ix. i rubrica de
crudelitate. multā familiā romanorū ci/
uiū i Asia: p̄ vrbes negociādi causa disp̄
sam vna epistola ⁊ vno die truncari fe/
cit. Quā miserabilis illa rerum facies fu
it vt vbicūq; romanus fuisset inuentus
puta in agro: in domo: i foro: in via: in
templo: in lecto: in cōuiuio: velut hostis
mactaret. Seneca li. xvj. de questionib⁹
naturalibus dicit: q̄ imperante Nerōe
senis mensibus apparuit cometa. Neq;
vero peius quid illis t̄p̄ibus potuit esse:
q̄ꝫ viuere sub dn̄o tam criminoso. De q̊
dicit Jo̅hes solobriensis in policratone
lib. i. In tanta mole imperij omnē pero
sus est grauitatē: philosophiaz p̄sequēs
quasi maiestatis imperij inimicā: ⁊ no/
biliora ingenia veritus: se consilijs sub/
didit histrionū. Cum vero esset omniū
auarissimus: adeo vt nulli q̄d̄cūq; offi/
cium delegaret: quin prosequeret: nosti
quid mihi opus est: aut illud subijceret:
qui omnibus preest: omnibus indiget:
tamē histrionibus ⁊ mimis pecunias in
finitas erogare non grauabatur. Sin/
gulos prout quibusq; placuerat: am/
plissime dignitatis nomine sublimabat
alios patricios: alios senatores dicens:
hos illustrium spectabiliū ve nominib⁹
illustrabat. ¶ Tertium signū p̄pter q̄d
timēda sunt mala futura: dicit portētoꝝ
frequentatio. Quando multiplicantur
p̄digia ⁊ ostenta solent sequi p̄ditiones
⁊ mala. Unde Plini⁹ li. ij. de naturali
historia scribit: q̄ anno anteq̄ꝫ crassus
occideret a parthis: ferrum pluit in lu/
canis: ⁊ omnes Lucani milites: quorū
numerus multus erat: in illo exercitu
fuerunt cesi. Recitat Orosius: q̄ anno
ab vrbe condita quadringentesimo oc/
togesimo: sanguis de terra e multis fon
tibus scaturijt: pro malo quod secutū est
quando sequenti anno terribilis pestis
romanos inuasit. Idem Orosius refert
q̄ anno ab vrbe condita quadringente/
simo octogesimosexto dira prodigia vi/
sa sunt rome. Edes salutis ictu fulminis
dissoluta est. Apud Phormias multis
ictibus fulminū menia vndiq; combu/
sta ⁊ dissoluta sunt. Sequenti āno Sem
pronius cōsul aduersus picentes exerci
tum duxit. Triste adeo id bellum fuit vt
cum media pugna contremuisset terra
⁊ fuisset terremotus: ⁊ diceretur: q̄ cum
sono tam horribili sanguinem humanū
accipere voluisset: Romani quippe pau
ci admodum qui remanserunt vicerūt
quia vtraq; pars gladio corruit: paucis
romanis remanentibus. Orosius īsup̄
dicit q̄ bellum picentum: marsorum:
pelignoꝝ: sannitū: ⁊ lucanorum multa
prodigia precesserunt. Nam rome sub
ortu solis globus igneus e regione sep/
tentrionis cum maximo celi fragore
emicuit. Apud tarentinos cum panes
per conuiuia frangerentur cruor e me/
dijs panibus quasi e vulnerib⁹ corporū
fluxit. Tunc p̄ septem continuos dies
grando lapidum: imixtis etiā testarū fra
gmētis: terrā latissime verberauit. Bel/
lum punicū secūdū multa p̄digia p̄mō
strarunt. Nam bos quidam locutus est
rome dicēs. Caue tibi roma. Et Augu.
li. v. de ciui. dei. c. vltī. de hoc ait. Omitto
boues locutos: infantes nōdum natos
quedā verba clamasse de vteris matrū:
volasse serpentes: feminas ⁊ gallinas ⁊

hoies in masculinū sexū fuisse cōuersas
Inter cetera mala que ex post secuta sūt
ſm Orosiū.in ea pugna q̄ apud cānas
celebrata est.xliiij.milia.romanorū cesa
sūt.Hanibal in testimoniū victorie tres
modios annulorꝫ aureorꝫ qui ex māib⁹
interfectorꝫ detracti fuerant.Carthaginē
misit.Narrat Sigibertus ꝙ in gallia añ
solsticiū estiuale orta tempestate:cuꝫ grā
dine ingens fragmentum glatiei de celo
cecidit:cuius latitudo sex pedum :altitu
do duorum : longitudo ꝟo quindecim
fuit.Et vt scribit in speculo gestorꝫ mū
di:statim normandi septētrionales ppli
venerūt in galliā potenti manu:domue
runtqꝫ gallos strage bellica p.xl.annos
Postremo in signuꝫ pacis normandis
data est quedam portio gallice regionis
que vsqꝫ ad ista tēpora dicit normandia
¶ Tertiū dubiū aperiēdū fuit.Quibus
signis hierosolymorꝫ excidiū fuit pmō
stratū.Et licet fuerint multa que Iose
phus ponit in libris quos scripsit ꝺ bello
iudaico.nos tamē aliq̄ pncipalia collige
mus.Et primum fuit.ꝙ stella quedaꝫ p
annū sub forma gladij stare visa est:q̄si
imminēs desup ciuitati.Secundū.Cū
die festi populi conuenissent:octaua die
mensis aprilis.noctis tempore hora.ix.
tantus fulgor luminis arā tēpluqꝫ circū
dedit.vt dies clarissimus videretur:mā
sit qꝫ spacio hore dimidie.Hoc quideꝫ
ignaris prosperū visum est : sed probos
pitosqꝫ portētū exitiale nō latuit.Tertiuꝫ
signum ꝙ luna eclipsim p er.xij.noctes
cōtinuas passa est.Quartuꝫ signū ꝙ ia
nua templi que erat ad orientē:cum esſꝫ
ere solido induta tanti ponderis ꝙ vix
viginti viris sūmo conatu impellētibus
clauderet:repente hora noctis sexta per
seipaꝫ apta ē.q̄ꝫ ferreis vectib⁹ teneret
¶ Quintū signū ꝙ die.xxi.Maij.ppe
solis occasū visi sunt currus ꝛ quadrige
in omni regione per aereꝫ ferri.ꝛ arma
torꝫ cohortes nubib⁹ ꝯmisceri.¶ Sex
tū signū.In nocte pēthecostes sacerdo
tes ingressi tēpluꝫ ad diuina officia cele
branda.pmo senserūt quosdā strepitus:
ꝛ paulopost audierunt voces clamantes
Discedam⁹ ab his sedib⁹.¶ Septimuꝫ
signū.Quidā Iesus nomie p⁹ quattuor
annos clamauit cōtinue alta voce.Vox
ab oriente.Vox ab occidente.Vox a q̄t
tuor ventis.Vox super irl'm.Vox super
spōsos ꝛ spōsas.Vox sup vniuersū pplꝫ
Sicqꝫ idesinēter die ac nocte clamabat
per vicos ꝛ plateas discurrendo.Et fla
gellatus ac percussus etiam ante iudiceꝫ
flagris vsqꝫ ad ossa laceratus vt taceret
cum quodā eiulatu semp illō replicabat
addens.Ve hierosolymis.Ve masculis
ꝛ femellis.

¶ Qualr̄ xp̄s ꝑnūciauit excidiū hiero
solymorꝫ ꝑcipue trib⁹ vicib⁹. Cap.ij.

Hic ad mentē reducenduꝫ ē : ꝙ
dn̄s ꝛ saluator nr̄ iesus xp̄s illi
populo ꝑnunciare dignat⁹ est q̄
ventura erant mala:vt si vellent possent
penitendo flectere furorē dn̄i.Trib⁹ autē
vicib⁹ id fecit.Qꝺ cōmemorat a Luca
primo.xix.c.Scd̄o.xij.c. Tertio.xxiij.c.
Prio Luc.xix.habet qualiter cū dn̄ica
oliuarꝫ veniret in irl'm ꝛ turbe ꝑcesserūt
ei obuiā:videns iesus ciuitatē fleuit sup
illaꝫ dicens inter alia. O irl'm plena po
pulo.O ciuitas sacerdotalis ꝛ regia:ve
nient dies in te:ꝛ circūdabunt te inimi
ci tui vallo.ꝛ circūdabūt te ꝛ coangusta
bunt te vndiqꝫ:ꝛ ad terrā ꝓsternent: te
ꝛ filios tuos q in te sūt:ꝛ nō relinquēt:i
te lapidē sup lapidē:eo ꝙ ñ cognoueris
tēpus visitationis tue.Inquit propterea
Hiero.in questionib⁹ ad Helbidiā.In
tantū irl'm amauit dn̄s vt fleret eam : ꝛ
plangeret.ꝛ pendens in cruce loqueret.
Pater ignosce illis q2 nesciūt q faciunt.
Itaqꝫ impetrauit qꝺ petierat.datūqꝫ est
eis tēpus pnie:videlicet vsqꝫ ad quadra
gesimū secūdū annū.Post qꝺ pseuerā
tibus illis in blaffemia egressi sunt duo
vrsi de siluis gentiū romanorū.Vespasi
anus ꝛ Titus: ꝛ eos interfecerunt atqꝫ
lacerauerunt.hec ille. Secundo xp̄s ꝑ
nūciauit desolationē irl'm.Luc.xxj.cuꝫ
dixit.Erit.n.ꝑssura magna sup terrā : et
ira populo huic. Et cadēt in ore gladij

⁊ captiui ducent in oēs gētes. Hierusa-
lē calcabit a gentib⁹: donec impleantur
tpa nationū. Tertio xp̄us p̄nunciauit
ruinā irl'm Luce.xxiij.c.qn̄ die passio-
nis sue sequebat illū cruce oneratū mul
ta turba populi ⁊ mulierū que plāgebāt:
⁊ lamentabāt illū. Conuersus autē ad
illas iesus dixit. Filie irl'm nolite flere su
per me: sꝫ sup vosip̄as flete: ⁊ sup filios
vestros: qm̄ ecce venient dies in quib⁹ di-
cent. Beate steriles que nō genuerūt: ⁊
vbera que non lactauerūt. Quid plura?
Crucifix⁹ est xp̄s: ⁊ tota mundialis ma
china est cōmota. Tremuit terra: obscu
ratus est sol: petre cōtrite sunt: apta mo
numenta: ⁊ vellū tēpli scissū est in duas
ptes a sūmo vsqꝫ deorsū vt dicit Mat.
xxvii. tamē iudei duriores effecti i xp̄z ⁊
ecclīam seuiunt. Post xp̄i resurrectōez
qnquagesima videlicet die apostoli rece
perūt spūm scūm: ⁊ ea die Petr⁹ publi
ce p̄dicauit resurrectiōem xp̄i: ⁊ pniam
in remissionē peccatoꝝ: vt dicit Actuū
iij.c. Et postq̄ꝫ sanauit claudū ⁊ paliticū
ex vtero matris: qui sedebat ad portam
templi: que vocabat speciosa dicens: In
noīe iesu surge ⁊ ambula. cū esset factus
cōcursus populoꝝ ad rem tam grandē
videndā. iteꝝ p̄dicauit Petrus innocē-
tiam xp̄i ⁊ impietatē eoꝝ contra illū. Et
subdit. Penitemini ⁊ conuertimini. vt
deleantur peccata vestra. Act.iiij.c. Sed
ecce sacerdotes ⁊ magistrat⁹ templi inie-
cere manus in Petrum ⁊ Joannem: ⁊
carcerauerunt eos Act.v.c. Sequenti
vero die eductos de carcere liberauerūt
p̄cipientes ne docerent in noīe iesu. Cū
aūt illi p̄seuerarēt in doctrina. iterū po-
suerūt eos i custodia publica: a qua fue
runt p angelū liberati. Et ne singulis in-
moremur: obstinati iudei lapidauerūt
Stephanū. Act.vij.c. Surrexit tandē
Saulus contra discipulos: q cōuersus
est ex miraculo xp̄i sibi apparentis. Act.
ix.c. ⁊ a iudeis p̄secutiones grauissimas
passus est. Occisus est Jacobus fr̄ Jo-
annis gladio. Incarcerat⁹ Petr⁹: ⁊ per
angelū liberat⁹. Act.ij.c. Sicqꝫ ꝯtinue
addebant mala malis miserabiles iudei

¶ De terribili sentētia diuini iudicij cō-
tra hierusalē. Cap.iij.

Escio qs tā ferus esse potest: vt
sine gemitu audiat que passa est
hierosolimytana ciuitas recto
iudicio dei. Idcirco in hoc mysterio de
executione diuine snīe ꝯ irl'm dicemus
De qua tria sunt consideranda.

Primū est multitudinis cōclusio.
Secūdū famis afflictio.
Tertiū ciuitatis deletio.

¶ Primū cōsiderandū est multitudīs
cōclusio. Cū.n.ab exercitu romanoꝝ
circūdata fuit irl'm. ⁊ cōclusa inuenta est
ibi innumerabilis multitudo ppli. Re-
fert Eusebi⁹ lib.iij. historie ecclesiastice.
qđ etiā Josephus ponit. ꝙ ex oī iudea
populi in die solēni pasce hierosolymā
velut exitiali quadam manu cogēte con-
uenerūt: quos tricesies cētena milia ho
minum dicit fuisse iusto. s. iudicio dei tpe
hoc vltionis electo: vt qui in dieb⁹ pasce
saluatorē suū xp̄m dn̄i cruentis manib⁹
⁊ sacrilegis vocib⁹ violauerant: in ipsis
dieb⁹ velut in vnū carcerē oīs multitudo
conclusa: feralis pene exiciū quod mere
bat exciperet. ¶ Secūdū cōsiderādū ē
famis afflictio. Obsessa nanqꝫ ciuitate fe
cerunt romani vallū munitissimū in cir
cuitu: ita vt nullus ciuitatē exiens illud
ptransire posset. Ob quā cāz i breui ciui
tas vrgeri fame cepit tantumqꝫ excreuit
penuria rerū: ꝙ ꝓpter famē ea q̄ referā
dicit Joseph⁹ mala eē secuta. Primum
ꝙ p̄dones p ciuitatē discurrētes vi intra
bāt domos: ⁊ rapiebāt si qd ibi iuenissēt
comestibile. Scđm. ꝙ filij ex ore pentū
⁊ ecōuerso violēter stricto māib⁹ gutture
masticatū cibū extrahebāt ⁊ velut rabi-
di comedebāt. Tertiū ꝙ etiā fimū boū
aliaqꝫ imūda sūpserūt in cibū. Quartū
ꝙ multi ꝯtendebāt exire vt herbas colli
gerēt: ⁊ capiebāt a romanis. Et tant⁹ fuit
numer⁹ captiuoꝝ: vt tute custodiri non
possent. Quapropter statutum fuit: vt
euulsis eoꝝ oculis manibusqꝫ amputatꝭ
compellerentur sic ad ciuitatem redire

¶ Quintū. ꝙ plerisqꝫ diuites timentes ne sua iocalia ad man⁹ romanorum venirent: quos verisimil'r presumebant ciuitatē debellaturos illa deglutinere. Cuius rei fama cū deuenisset ad aures romanorum commouit eos: vt exēterarēt iudeos captiuos quos estimabant gemmas ī vētre adhuc retinere. Quare vna nocte duorū miliū patefacta sunt viscera
¶ Sextum. ꝙ multi formosi ⁊ delicati iuuenes in via: in plateis: in proprijs domibus fame vexati: improuisa morte et repentina cadebāt: ⁊ sepius illi qui cadauera sepeliebant supra sepultos mortui ⁊ ipsi deficiebant. ¶ Septimum. ꝙ inuente sunt mulieres filios proprios comedentes. Unde ⁊ de quadam dicit Josephus: ꝙ cum fame torqueret nihil habens ad comedendū: lactentem filiū in manibus tenens dixit. Infelicis matris īfelicior fili: in bello: in fame: in direptione cui te reseruabo? Ueni ergo nūc o mi nate: ⁊ esto cibus matri: predonibus furor: seculis fabula. Et his dictis filium iugulauit: ⁊ coxit: dimidium comedit: partem alterā occultauit. Ecce ꝯfestim predones odorem carnis cocte sentientes in domū irruūt: ⁊ vt carnē prodat. mortē minant. Tunc illa detegens infantis membra: ecce inquit vobis partē optimam reseruaui. At illos tantus horror inuasit: ꝙ nec loqui potuere. Et illa meus est inquit filius. meum est peccatum: securi edite: quia prior ego comedi quē genui. Illi vero tremētes ⁊ territi discesserunt. O quot erant in ciuitate illa amara spectacula: vbi videbantur quottidie tot morientes. O quot infantes et pueri extendentes manum ad vbera matrū: ⁊ panem petentes: ad pedes illarum extincti ruebant. O quot erant ibi flebiles voces: quot lamenta: quot singult⁹ quot suspiria: ⁊ tamen a deo non exaudiebantur. ¶ Tertiū cōsiderandū est ciuitatis deletio. Anno eīm secūdo imperij Uespasiani. Titus eius filius: qui in obsidione remanserat ciuitatem cepit: quā a fundamentꝭ subuertit. Ubi periere virorum vndecies centena milia fame et gladio: preter mulieres ⁊ puulos: reliq venundati. Ubi es ergo magna ciuitas hierusalem? Ubi es decora syon? Ubi es ciuitas quondam referta gentibus dn̄a ppl'oꝝ: regibus veneranda: acceptabilis deo: sedes gratie? Ubi es templū illud mirabile: pauimenta marmorea: porte nitentes auro? Omnia vtiqꝫ euersa ⁊ a fundamentis dirupta fuere. O inuictissima dei viuentis dextera: que ceruices deprimit peccatoꝝ. Ipsa faciente tot calamitatibus ⁊ cladib⁹ irl'm perijt. Et post tp̄e. s. Helij Adriani cōfluentib⁹ diuersarū nationum incolis redificata est: ⁊ Helia ex prenoīe imꝑatoris dicta. Qui Adrian⁹ vt dicit Orosi⁹ lib. vij. precepit: ne cui Judeo hierosolymā itrare liceret. Digne itaqꝫ omnib⁹ timorē dn̄i predicamus: qui timentibus se largit gratiā in pn̄ti: ⁊ in futuro gl'iam sēpiternā. Amen

¶ Sermo. xiiij. de iudicio dei ꝯtra David populum numerantem.

Compellor equidē nō parꝝ admirariō hoīum hui⁹ tp̄is temeritate: qui vidētes quottidie patrias pestilentijs grauissimis agitari: non timent tremēda iudicia dei. Profecto acerbissimū est flagellū pestilētiaꝝ. nā pater filiū fili⁹ fugit patrē: frater fratrē deserit: vxorē vir derelinqt: ⁊ vir vxorem abhoiat. Quid plura? Suffocatur penit⁹ pietas. Fiunt ciuitates vacue pplis domusqꝫ ēt claudūtur amplissime. Uiduant vxores maritꝭ: ⁊ delicati iuuenes formoseqꝫ puelle miserabiliter extinguunt. Tali etenim flagello de⁹ David in suis iuste punuit. Qd' vt euidēti⁹ innotescat ad ip̄ꝫ David ꝓ instructione nr̄a sermonē vertemus: De quo tria mysteria declarabimus:
Primū dicitur excellentie.
Secūdū deficientie.
Tertium pestilentie.

¶ De admirandis prerogatiuis ⁊ excel
lētijs Dauid. Caplm̄.j.

Eniunt in vsum ecclesie sancte
dei: ꝑ maiori pte psalmi q̊s Da
uid cōposuit: quare nomē eius
cum laude sonat in auribus audentium
Ideo in hac parte videndū erit quantis
priuilegijs ⁊ excellētijs Dauid a deo fue/
rit donatus. Et ex multis quinq̧ dum/
taxat colligemus.

Prima dr̄ ꝓphetica illustratio.
Secunda filialis nominatio.
Tertia victoriosa superatio.
Quarta mansueta conditio.
Quinta regalis exaltatio.

¶ Qđ Dauid claruit spū ꝓphetie.

Rima excellētia Dauid dicitur
ꝓphetica illustratio. Claruit.n.
spiritu ꝓphetico ꝑnuncians my
steria xp̄i. Sed hic pulchre disputandū
est. Utrū Dauid fuerit reliquis ꝓphetis
prestantior. Et ad hoc respondet Nico.
de lira super prologū in psalterio. ꝙ Da
uid potest compari ad ꝓphetas noui te
stamenti cuiusmodi fuerunt apl̄i. Et sic
Dauid nō excessit alios qa apl̄i fuerunt
de secretis diuinis magis illuminati. et
in maiori plenitudine receperūt gratiaʒ
spūs sancti. Et ꝙ apl̄i spiritū acceperint
ꝓphetandi pʒ Actuū.ij.c.v.c.vj.c.xj.c.
xiij.c.xxvij.c. Si aūt cōparet Dauid ad
ꝓphetas veteris testi. sic dicit tho. ſa ſe
q.clxxiiij.ar.iiij.c. ꝙ n̄ fuit Dauid excel
lētior alijs ꝓphetis: sʒ Moyses. Et hoc
propter tria.

Primo ꝓpter clariorē cognitionem.
Secūdo pp coiorē denunciationē.
Tertio pp miraculorū rutilationē.

Primo propter clariorē cognitionem.
Nam excellentior gradꝰ ꝓdhetie est vbi
est cognitio clarior. Sed Moysi con/
cessuʒ fuit videre essentiā dei ſm Augꝰ.
ad Paulā de videndo deuʒ: qđ nō fuit
ꝯcessuʒ Dauid ⁊ alijs ꝓphetis. Ergo ha
buit clariorē cognitionē: ⁊ sic fuit ceteris
excellentior. ¶ Secundo Moyses fuit
excellentior ſm Tho. ꝓpter coiorem de
nūciationem: quia Moyses ꝓphetiam
suam denunciauit toti populo iudeoruʒ
non sic Dauid ⁊ alij ꝓphete. ¶ Tertio
Moyses fuit excellentior ꝓper miracu
lorū rutilationē: quia maiora signa fecit
Moyses ī egypto: in mari rubro: in de
serto q̄ʒ Dauid ⁊ alij prophete. Sʒ Ni/
colaus de lira dicit ꝙ ſm glo. in ꝑncipio
psalterij Dauid dicit ꝓpheta per excellen
tiā. Et prima rō de Moyse non cōclu/
dit: quia claritas cognitiōis actum pro/
phetandi excludens nō pōt constituere
excellentiorē gradū ꝓphetie: qa idē con
stitueret ⁊ excluderet. vt patet. Uisio aūt
diuine eēntie excludit actuʒ ꝓphetandi
sicut ⁊ actū fidei: quia vtriq̧ est necessa/
rio actus enigmaticꝰ. Et ideo visio diui
ne essentie non potest constituere excel/
lentiorem gradum prophetie: licet faciat
clariorem cognitionē: seu aliquid clariꝰ
cognoscere. Uerum ergo est ꝙ claritas
cognitionis maior constituit maiorem
gradū ꝓphetie: dum tamē talis claritas
limites cognitionis ꝓphetice non tran
scēdat. Insup si ratio pretacta staret: se/
queret ꝙ Moyses fuit excellentior apo
stolis preter Paulum: quibus nō fuit
concessum videre essentiaʒ dei in ꝑsenti
vita. Secūda insup rō deficit: eo ꝙ de/
nunciatio ꝓphetie est aliquid sequens ꝓ
pheticam cognitionē: ⁊ ideo non videt
variare gradū ꝓphetie: ex hoc ꝙ plibus
vel paucioribus nūciatur. Tertia adhuc
ratio debilis est: quia confirmatio per si
gna ⁊ miracula sequit ꝓphetiam: ⁊ non
est de essentia eius. Unde Joannes ba/
ptista signū nulluʒ fecit: vt habetur Jo.
x.c. ⁊ tamē concedit maior Moyse. Ex
quo dicit Nico. de lira. ꝙ licet Moyses
habuerit eundē gradū ꝓphetie quē ha/
buit Dauid.s. absq̧ quibuscunq̧ signis
sensibilibus aut figuris: tamen non ha/
buit totiēs: nec ita cōmuniter tales illu/
strationes sic Dauid. Insup dicit Tho.
vbi.s̄. in corpore.q. in fine. ꝙ dauid cla/
rius ⁊ plenius expressit mysteria xp̄i q̄ʒ
Moyses. Lex aūt vetus ⁊ ꝓphete ordi
nabant ad xp̄ʒ sic ad finē. Unde Rabbi
Moyses in lib. directionuʒ perplexorū

inquit. Oēs pphe nō sūt locuti: nisi ad
dies messie. Cum ergo finis nobilior sit
his q̄ sūt ad finē, pphetia David vr̄ sorti
ri quandā excellētiam ex hoc q̄ xp̄i my
steria sic expressit. Probabil̄r itaq̄ pōt
dici q̄ david fuit excellentior propheta
Moyse: Quis Moyses excellētior fue
rit in alijs: que prophetiā trāscēdunt: vel
eam cō sequūt. Que aūt ipse predixit p/
phetico spiritu irradiatus legunt in psal
mis suis: in qbus suaui melodia d̄ xp̄o
multa cātauit. Ob qd̄ Hiero. ad Pau/
linum inquit. David Simonides noster
Pindarus et Alceus Flac⁹ quoq̄ Ca/
tullus: et Serenus xp̄m lira psonat: et in
decacordo psalterio ab inferis excitat re
surgentē. hec ille. Ex cronica Ricobal/
di sumpta sunt que sequūt p declaratiōe
verborū Hiero. Simonides poeta fuit
tpe Tuli Hostilij. iij. regis romanorum
anno ab vrbe ɔdita. lxxij. Pindar⁹ poe
ta anno ab vrbe ɔdita. cclij. p⁹ expulsum
Tarquinū vltimū regē. Alceus poeta tē
pore Tarquini p̄sci qnti regis romanoꝝ
Orati⁹ Flac⁹ venusij oritur: anno ab vr/
be condita sexcentesimo nonagesimo se
xto. Catulus poeta veronēsis: anno ab
vrbe cōdita sexcentesimo tricesimo qn/
to. Serenus quidam alius poeta cuius
tpa nō inueni. Sūt p̄noiati poete apud
Quintilianum lib. ij. de iudicijs. multa
laude cōprobati. Quibus pro melodia
et suauitate cōcentus Hiero. David vo/
luit compare. Notādū tū q̄ ip̄e Hiero.
gliosus: vt dicit Nico. de lira. vbi. s. ter
transtulit psalteriū. Prio s3. lxx. iterpre
tes qd̄ dr̄ psalteriū romanoꝝ: eo q̄ ec/
clesia bti Petri illo vtit. Secundo fecit
aliā translationē non multū distantez a
prima et tū appropinquantez hebraico:
et vocatur psalterium Gallicanuz: eo q̄
Damasus papa ad rogatū Hiero. illud
fecit cātari in ecclesijs gallicanis. Et hoc
vtuntur frēs minores. ¶ Tertio ad pre
ces. Serphennij: qui frequēter disputa/
bat cū iudeis: q solū recipiūt illd̄ qd̄ est i
hebreo: fecit translationē imediate acce/
ptā ab Hebreo. Propter qd̄ vocat psal
teriū Hieronimi iuxta hebraicā v̄itatez
¶ Qd̄ xp̄s dicitur filius David.

Ecūda excellētia David dicitur
filialis noiatio. Naz dn̄s noster
iesus xp̄s deus verus dei fili⁹ p
nobis oibus incarnatus: natus de virgi
ne verus homo nominatur p excellētiaz
fili⁹ David. Un̄ euāgelista Mathe⁹. i.
c. dicit. Liber gnātiōis ih̄u xp̄i filij Da/
uid. s̄m Nico. de lira. mōus hebreoꝝ ē
denominare libros ab eo de q̄ tractatur
in principio: sicut dicit liber Genesis: qr
in principio tractat de creatione mundi
Similiter Mathe⁹ qa incipit euangeli
um a genealogia xp̄i: iō ab ip̄a denoiat
et intitulat ip̄m. Rō autē quare incepit a
genealogia xp̄i fuit: quia iudei negabant
iesum naçarenum esse verum xp̄m: et de
scendisse a David: quia galileus erat s3
q̄ dr̄ Joh. vij. Nunquid a galilea venit
xp̄s? quasi dicerent: non: Sed iudei sic
loquentes non intelligebant scripturas
Dicit ergo a Mattheo fili⁹ David: et p̄/
ponit David ip̄i Abrahā: licet sit poste/
rior s̄m tempus: ppter eminentiā regie
dignitatis: et vt conuenienti⁹ generationis
ordo tradat. Angelus etiā q v̄gini con/
ceptū filij dei annūciauit: vt habet Luc.
i. c. dixit. Dabit illi dn̄s deus sedem Da/
uid patris eius. Et Chananea clamauit
vt p3 Mathe. xv. iesu fili David misere
re mei. Et psallētes turbe vt notat Mat
thei. xxi. cātabāt. Osāna filio David: bn̄
dictus qui venit in noie dn̄i. Et Math.
xxij. interrogauit iesus phariseos. Quid
vobis videt de xp̄o: Cuius filius est? Et
dixerūt: David. Et Luce. xviij. cecus cla
mabat. Fili David misere mei. Et apl's
ad Ro. i. Factus ex semie David s3 car
nē. Licet ergo vt Hiero. dicit in cōmē/
to sup Danielē. s̄m scripture scē consue/
tudinē proaui oēs et maiores pr̄es vocēt
tamē singulari modo xp̄s David filius
nuncupatur.
¶ Qd̄ David superauit Philisteum
Goliam.

Ertia excellentia David dicitur
victoriosa superatio Superauit

nanqꝫ Goliam philiſteũ gigantem cuꝫ
eſſet adoleſcens: ⁊ fratribus ſuis minor
etate: armat⁹ fiducia dñi: vt patꝫ .i. Reg.
xv.c. neqꝫ preſumptuoſus fuit aut teme
rarius vel culpabilis: qr certamen illud
iniijt ex relatione dei. vt dicit nicola. de li
ra. ⁊ Hiero. Ad Augu. Vñ Sauli diffi
denti ⁊ timenti ne ſuccũberet. Dauid re/
ſpondit. Dñs qui eruit me de ore leonis
⁊ de manu vrſi: ipſe liberabit me de ma
nu philiſtei hui⁹. Quare deo ſibi fauen
te: gigantẽ illum interfecit: ⁊ populuꝫ ab
opprobrio liberauit. Quo exemplo de/
terreri debent hi qui ſepenumero in viri
bus ſuis confidunt qui recordari debẽt
illius carminis qd Ouidi⁹ lib. de reme/
dio amoris cecinit. Parua necat mor/
ſu ſpacioſũ vipera taurũ. A cane nõ ma
gno ſepe tenetur aper.

¶ Qd propter manſuetudinem Dauid
placuit deo

Quarta excellentia Dauid dicitur
manſueta conditio: de q̃ in ps
Memento dñe Dauid: ⁊ oĩs
manſuetudinis ei⁹. Vocat enim Dauid
iuſtus pius ⁊ ſanct⁹ .vij.q.i.c. Ois.xxij.
q.iiij.c. ꝙ Dauid. Iſta nanqꝫ manſuetu
do benigniſſimo deo ſatꝫ accepta ẽ. Hic
Judith.ix.c. dicit. Humiliũ ⁊ mãſueto/
ruꝫ tibi ſemꝑ placuit depcatio. Et puer.
iij.c. Mãnſuetis dabit dñs gratiam. Et
Ecc.i.c. Beneplacitũ eſt illi fides ⁊ mã/
ſuetudo. Et ps.cxlix. Exaltabit manſue/
tos i ſalutẽ. Et Mathe.v. Beati mites
Gerardus odonis ſuꝑ.iiij.ethi. ẜm mẽ
tem Ar. dicit ꝙ ſex ſũt cõditiones man/
ſueti. ¶ Prima ꝙ ẽ impturbat⁹: ⁊ hoc
exigit natura manſuetudinis. ¶ Scõa
ꝙ paſſiõe nõ ducit. ¶ Tertia ꝙ rõni ⁊
eius ordinationi ſubijcitur q̃tuꝫ ad oẽs
circũſtãtias ẜm q̃s opportunũ eſt iraſci
⁊ nõ iraſci. ¶ Quarta ꝙ ad defectũ ire
magis q̃ ad exceſſũ declinare videtur.
¶ Quinta ꝙ nõ eſt punitiu⁹ nec vindi/
catiuus. ¶ Sexta ꝙ ẽ iniurie ⁊ offenſe
remiſſiuus. Sic fuit manſuetus Dauid
quẽ pſecut⁹ eſt Saul. Ipſe tamen cum
potuit noluit eum offendere. nam vt dr

i. Reg.xviij.c. Ex eo ꝙ mlieres i tympa
nis cantabãt: Saul ꝑcuſſit mille ⁊ Da/
uid decẽ milia. Irat⁹ Saul dixit. Quid
ei ſupeſt niſi ſolũ regnũ: ex tũc nõ rectis
oculis aſpiciebat eũ: ⁊ lancea temptauit
eũ configere cũ pariete. Deinde fecit eũ
tribunũ ſuꝑ mille viros: vt ſic pugnãdo
veniret in manus philiſtinorum. Et vt
notat .i. Reg.xvij.c. Regſiuit Jonathã
⁊ ſeruos ſuos: vt occiderent Dauid. Jo
nathas aũt qa diligebat eum valde: mo
nuit eum vt ſe abſconderet: ⁊ ſequẽti die
Jonathas placauit Saul patrem. d. Ne
pecces rex in ſeruum tuum Dauid: quia
non peccauit tibi: ⁊ opera eius bona tibi
ſunt valde: ⁊ poſuit aĩam ſuam in manu
tua: ⁊ occidit Philiſteũ: ⁊ fecit de⁹ ſalu/
tem magnam in iſrl. Vidiſti ⁊ letatus es
Quare ergo peccas in ſanguine inoxio
vt interficias Dauid. q eſt abſqꝫ culpa?
Rñdit Saul. Viuit dñs nõ occidetur.
Et ſic Jonathas vocauit Dauid: ⁊ venit
⁊ spũs scũs in nube. ¶ Sciẽdũ aũt hic ƀƺ Alexãdrũ in .i. sũme .q. lxxiiij. mẽ .iij. ꝙ apparitio aliquando dr̃ manifestatio facta in aliquo effectu intelligibili oblato itellectui. Et sic sumitur Sap. i. c. vbi dicit. Apparet aũt his qui fidem habent i illum. Aliquãdo v̉o dicitur manifestatio in aliqua similitudine corporali oblata imaginationi. Et hoc modo dr̃ angelus apparere in somnis. Matth. ij. c. ⁊ etiã ipse dñs Danieli. Daniel. vij. c. Aspiciebã in visu noctꝫ. Et Salomõi. iij. Re. ii. c. ¶ Tertio modo dicit apparitio manifestatio in aliquo signo sensibili representato sensui: siue illud signum sit visibile siue sit audibile. Et hoc modo apparuit pater in nouo testamento. vt patet Matth. xvij. ⁊ Joh. xij. ¶ Quarto modo dicitur apparitio manifestatio facta in aliqua similitudine corporali sensibili oblata visui. Et sic vsitatiori modo dicitur apparitio ⁊ sic dicitur ꝙ apparitio non solum dicitur manifestatio in signo visibili: sed etiam audibili. Si autem q̃ratur: quare non apparuit spiritus sanctus in aliqua voce siue signo audibili: vel etiã filius. dicit Alex. vbi .s̃. ꝙ congruitas fuit: vt sicut erat distinctio in personis: ita esset distinctio in signis exprimentibus personas. Unde filius apparuit in rationali creatura sibi vnita vnitate persone. Spũs scũs in irrationali creatura non vnita sibi vnitate ꝑsone. Pater v̉o in voce tanꝗ̃ in signo distincto ab vtroqꝫ. Sed quando spiritus sanctus solus apparuit: tũc apparuit vtroqꝫ modo. s. in sono tanꝗ̃ in signo audibili ⁊ in linguis igneis tanꝗ̃ in signo visibili ¶ Quarto ꝯsiderandũ dicit ꝑsonaruꝫ terminatio. Sũt eniꝫ in diuinis tres tm̃ ꝑsone. ¶ Sed quidam arguũt ꝯtra sic. Quicqd̕ est in deo est infinitũ. Sed numerus personaꝝ est in deo: ergo ifinitas ergo ifinite ꝑsone. Ad hoc rñdet Boñ. in .i. di. ij. q. iij. c. Qd̕ cũ duplex est infinitas. s. numeralis ⁊ imẽsitatꝭ. deꝰ ẽ infinitus infinitate virtutis ⁊ imensitatis: que est infinitas perfectiõis. ⁊ ideo ponẽda in deo. Infinitas autem numeralis: quia repugnat ꝑfectioni: a deo est amouẽda Nam cum deo sit attribuendum qd̕ nobiliꝰ est: necesse est ponere ꝑsonaꝝ finitatem. Primo rõne distinctiõis: qa in ꝑsonis est distictio: ergo nõ ꝯfusio. Sꝫ vbi est infinitas. s. numeralis ibi ꝯfusio Secundo ratione ordinis: quia vbi est ordo ibi est terminatio. Nam vbi deficit terminatio: ibi deficit ⁊ mediatio. ⁊ per ꝯsequens ordo. Sed vbi est terminatio nõ est infinitas. ergo si in personis diuinis est ordo: nõ erit ibi infinitas. Dicimus ergo ⁊ cõfitemur tres tm̃ ꝑsonas in diuinis: neqꝫ ꝯfũdẽtes personas: neqꝫ substantiam separantes: quia vt dicit Athanasius: alia est eniꝫ persona patris alia filij: alia spũs sancti. Sed patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti vna est diuinitas: equalis gloria: coeterna maiestas. Qualis pater: talis filius: talis spiritus scũs ¶ Quintũ quod erat cõsiderãdũ circa trinitatẽ diuinarũ ꝑsonarũ: dicitur fidelium obligatio. Ubi videre debemus vtꝝ credere explicite mysteriũ trinitatis sit de necessitate salutis. Et rñdet Tho. ƀa. ƀe. q. ij. ar. viij. c. ꝙ mysteriũ xp̃i explicite credi nõ põt sine fide trinitatis: qꝛ i mysterio xp̃i hoc cõtinet: ꝙ filiꝰ dei carnem assumpserit: ꝙ per gratiam spiritꝰ sancti mundũ renouauerit: ⁊ iterũ ꝙ de spiritu sancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo mysterium xp̃i ante xp̃m fuit quidem explicite creditũ a maioribus: implicite autem ⁊ quasi obumbrate a minoribus. ita etiã ⁊ mysterium trinitatis. Post tempus autem gratie reuelate tam maiores ꝗ̃ minores tenentur habere fideꝫ explicitaꝫ de misterijs xp̃i precipue ꝗ̃tũ ad ea que cõmuniter i ecclesia solẽnizantur ⁊ publice. Ita etiam post tempus gratie diuulgate tenentur omnes ad explicite credendũ mysteriũ trinitatis. Quare erigamꝰ oculos mentis nostre: ⁊ deum benedictum colamꝰ honore debito: vt sic digni efficiamur gratia eius: ꝑ quam tãdeꝫ adipiscamur eternam gloriam. Amen.

Sermo .xix. d̄ honore ⁊ reuerentia deo exhibendis ⁊ debitis.

Rrantgra uis̄ circa cultū d̄i xp̄ia ni: qui tanto sūt repre/ hensibiliores: quāto ve ritas eis ē magis nota Omis vtiq̄ȝ natio ma gis reuerenter deos falsos colit: q̄ȝ xp̄ia nus populus deum regem celi Idcirco vt deus nobis propitius ⁊ misericors fi at de honore sibi debito in hoc sermōe dicemus. In quo triplex honor distin guendus est.

Primus consistit in sacrorum locoruȝ veneratione.

Secundus in sacrarum personaruȝ exi stimatione.

Tertius in sacrarum cerimoniarum ꝑ/ solutione.

¶ De primo honore deo debito: q con sistit in sacrorum locorum veneratione. Capitulum primum.

Rimus honor qui deo debettur consistit in sacrorum locorū ve neratione. Debēt vtiq̄ȝ omnes venerari loca sacra deo dicata: ita vt in ecclesijs vnusquisq̄ȝ ingrediatur: com/ moretur ⁊ exeat cum deuotione humi/ litate timore ⁊ reuerentia. Et hoc pro// pter tria.

Primo propter dei maie// statem.

Secundo propter vtili// tatem.

Tertio propter exempla// ritatem.

¶ Primo debet vnusquisq̄ȝ venerari tēpla dei ꝑpter eius maiestatem. Nam vt dicitur in ps. Dn̄s in templo sancto tuo. Et Apoc. xxi. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Sed posset aliq̄s obicere. ꝙ non sit aliquis locus deputa tus ad cultum dei: quia vt dicitur Act. xvij. c. Deus qui fecit mundū: ⁊ omnia q̄ in eo sūt: hic celi ⁊ terre cū sit dn̄s: nō i manufact templis habitat: nec mani/ bus hūanis colit indigēs aliquo. Et .iij. Reg. viij. c. Salomō dixit. Si celū ⁊ ce li celorum te capere non possunt: quan to magis domus hec quam edificaui ti bi? Ad hoc respondet Tho. i. se. q. ciij. ar. i. ad. ij. ⁊ sa. se. q. lxxxiiij. ar. iij. ad. ij. ar. ꝙ in adoratione dei ⁊ orationibus fi endis duo considerari possunt. Aut de us qui colitur adoratur ⁊ oratur. Et sic non esset aliquis locus ad adorandum necessarius. Aut considerant ipi hoies colentes deū. Et sic determinatus locus eligitur ad adorandū: non ꝑpter deum qui adorat: quasi loco cōcludat: sed ꝑꝑ ipsos adorantes. Et hoc triplici ratione ¶ Primo quidē ꝑpter loci ꝯsecratiōē ex qua spūalē deuotionē cōcipiūt oran/ tes vt magis exaudiant. ¶ Scdo ꝑpter sacra mysteria: ⁊ alia sanctitatis signa q̄ ibi continent. ¶ Tertio propter concur sum multorū adorantium: ex q̊ fit ora/ tio magis exaudibilis: s̄ȝ illud Math. xviij. c. Ubi sūt duo vel tres in noie meo congregati: in medio eoruȝ sum. Idō ec clesia ad diuinū cultū deputat. Ex quo multipliciter noiatur. s. basilica. templū tabernaculū: ecclia: ⁊ dom⁹ dei. ¶ Pri mo dicit basilica: vt habet di. xlij. c. non oportet. Ubi dicit Archidiaconus ꝙ ba silica dicit palaciū regis. Basileos eniȝ grece. latine rex interpretat. Unde basi/ lica dicitur quelibet ecclesia. q̄a palaciuȝ est sūmi regis: ⁊ regi regū in ea mistrat Quidā tamē dixerunt ecclesias ep̄ales tm̄ dici basilicas: quia huiusmodi reges cōsueuerunt fundare ⁊ dotare s̄ȝ Hugu tionē. Uel basilica dicit a Basileo rege grecorum. q primo se fecit sepeliri apd̄ ecclesiam s̄m Isidorum. ¶ Secundo ecclesia dicit templū. Et s̄m Archidia/ conū templū dicit quasi tectum amplū q̄a ppl's ibi sub vnius tecti amplitudine cōtinet. Et proprie templa sūt maiores ecclesie. Uel templū dicit a cōtēplando q̄a hoc ibi fieri debet. ¶ Tertio dr̄ eccle

sia.vt de cōse.di.i.c.ecclesia. Que inter
pretatur collectio seu conuocatio. Ubi
dicit. Archidiaconus. ꝙ iō dicit̃ cōuoca
tio.q: continet populū conuocatū a deo
Ubi autē conueniebat populus iudeoꝝ
dicebatur ⁊ adhuc dicit̃ synagoga: que
interpretat̃ cōgregatio: qa ad verba le/
gis que aspera erant ⁊ dura populus ille
velut grex pecoꝝ congregabat̃. Sed in
catholicis adunatio dicit̃ ecclesia.i.con/
uocatio: vbi cōuenit: qa amore spūs sci
ad vnā fidē ⁊ premiū futuri seculi vocat̃
¶ Quarto ecclesia dicit̃ tabernaculum
qđ est militare habitaculuz. Uñ Dauid
in ps. Transibo in locū tabernaculi ad/
mirabilis: vsqꝫ ad domū dei.i.ab ecclia
militante vsqꝫ ad ecclesiā triumphantē.
Quia enī militia est vita hoīs sup terrā
ideo ecclesia vbi adunat̃ ppl's militans
non habens hic ciuitatē manentez: dicit̃
etiā apte tabernaculū. ¶ Quinto eccle/
sia dicitur domus dei.vt patet Joh.ij.⁊
Math.xxi.c.⁊ de rel̃.⁊ vene.sanctoruz
c.domū dei.li.vi. Unde.ij. Paral̃.c.vij.
post cōstructionē. templi apparuit dñs
Salomoni nocte in templo: ⁊ ait. Au/
diui orationē tuā.⁊ elegi locū istū mihi
in locū sacrificij. Si clausero celū ⁊ plu/
uia nō fluxerit: ⁊ mandauero ⁊ precepe
ro locuste vt deuoret terrā ⁊ misero pesti
lentiā in populū meū.conuersus autem
populus meus: sup quo inuocatū est no
men meū: deprecatus me fuerit.⁊ exq/
sierit faciē meā: ⁊ egerit pniam a vijs su
is pessimis: ⁊ ego exaudiā de celo: ⁊ pro
picius ero peccatis eorum: ⁊ sanabo ter
ram eorum. Oculi quoqꝫ mei erūt aper
ti: ⁊ aures mee erecte ad orationem ei⁹
qui orauerit in loco isto. Elegi enī ⁊ san
ctificaui locū istū: vt sit nomen meum
ibi in sempiternū ⁊ pmaneant oculi me
⁊ cor meū ibi cunctis diebus. Igit̃ cum
sūma reuerentia quilibet in ecclesijs ad
esse debet. Unde in prefato.c.domū.ds
Domū dñi decet scitudo. Decet: vt cui⁹
in pace factus est locus: eius cult⁹ etiaz
sit debita veneratiōe pacific⁹. Sit itaqꝫ
ad ecclesias humilis ⁊ deuot⁹ igressus
Sit in eis deuota conuersatio: deo gra/
ta inspicientib⁹ placida. Et Aug.xlij.di.
c.in oratorio.inquit. In oratorio preter
orandi ⁊ psallendi cultum penitus nihil
agatur: vt nomini huic ⁊ opera iugiter
impensa cōcordent. Sz ve mūdo a scā
dalis.qa hodie in dei templis nulla ser/
uatur modestia: nulla honestas: nulla
religio. Quinimmo ibi abundat risus
ioci spectacula vana. ⁊ alia ꝗ plura ne/
phanda. O perniciosa consuetudo. o
detestabiles mores christianorum ma/
lorum. Qui templa dei ita inhabitant:
quasi essent vilissima lupanaria. ¶ Se/
cunda ratio quare dei templa sunt me/
rito veneranda est propter vtilitatem.
in illis nanqꝫ suscipimus spiritualia be
neficia. Ibi recipimus sacramenta. Ibi
sepelimur post mortem reseruantes cor
pora vsqꝫ ad generalem resurrectionez
Propterea inquit psal. Suscepimus de
us misericordiam tuam in medio tem/
pli tui. Hinc est ꝙ ecclesia fundatur cuz
preeminētia: quia nullus eam edificare
potest: nisi auctoritate diocesani: qui de
bet ponere primarium lapidem: figere
crucem: designare cymiteriuz: ⁊ etiam
petere dotem sufficientem assignari: si/
ne qua consecrari non debet vt patet de
cōse.di.i.c.nemo ⁊.c. placuit. Insuper
ecclesia consecrata non debet reuerti ad
secularem habitationem ⁊ prophanos
vsus.xix.q.iij.c.que semel.⁊.c.quoniam
xvij.q.vlt.c. Quesisti.extra de religiosis
domibus.c.adhuc. ¶ Tertia ratio qua
re veneranda sunt dominica templa di
citur exemplaritatis. Non solum enim
a sanctis docemur exemplo vt venere/
mur dominica templa: sed offerunt se/
gentilium exempla qui suorum idolo/
rum templa diligētissime honorare stu/
duerunt. Unde Ualerius libro primo
rubrica de religione recitat qualiter Fa/
bius: quia questiones audiuit in tem/
plo dictaturam amisit. Nam nulla me/
lodia: ⁊ null⁹ son⁹ i tēplo eē debebat nisi
p laude deoꝝ. Iterū i rubrica de negle
cta religiōe eodē.li.i.narrat ꝙ qdā noīe

Flaccus censor existens: a quodaz templo: qd erat in ciuitate Calabrie tegulas marmoreas fecit remoueri: ⁊ romam in propria domo fecit portari. Propter quaz causam demens fuit effectus. Insuper duos filios perdidit. Quod factū postmodū senatus retexuit ⁊ emēdauit tegulas ad templum reportari iubendo Insup ibidē ponit. q̄ quidā posthum⁹ nomine: a Scipione dum esset in asia: romam pro militū erario siue stipēdio fuit missus. Qui dum in asiam reuerteretur. Proserpine templuz expoliauit thesauro. Qd vt senatui fuit intimatum statim per senatum reuocatus: ⁊ in carcere clausus fuit. In quo detentus anteq̄ examinaretur sua causa: crudeli morbo valde: vtpote demens ⁊ furiosus obijt deaq̄ Proserpina senatus edicto: Posthumi sibi confiscatuz thesaurū suū rehabuit. Isti itaq̄ suo modo mirā exhibere cotendebant reuerentiam templis falsoruz deorum. Quanto magis ⁊ nos reuerenter tractare debemus templa dei Nam ⁊ dn̄s Jesus xp̄s in nullo ita seuerus apparuit: sicut dum in templo inuenit vendentes ⁊ ementes: quorū mēsas euertit. proiecitq̄ pecunias: ⁊ flagello facto de funiculis eos eiecit a tēplo dicens Domus mea domus orationis vocabit vos autē fecistis illā speluncam latronū

¶ De secundo honore deo debito in sacrarū psonaꝝ existimatione. Cap. ij

Ecundus honor qui deo debet consistit in sacrarū personaꝝ .s. sacerdotū existimatione. Est.n. sacerdotalis dignitas excellentior quacūq̄ dignitate tempali. Quod probare possumus tripliciter.

Primo ratione.
Secundo auctoritate.
Tertio exemplo.

¶ Primo ostendimus q̄ dignitas sacerdotalis excellit omnē dignitatez tpalem ratione: que triplex esse potest.
Prima ratio dicit significationis
Secunda institutionis:
Tertia conditionis.


¶ Prima ratio dicitur significationis Nā sacerdos sm Isidoꝝ. li. vij. etimol. dr̄ q̄si sacer dux. vel sacra dās Nō aūt isti⁹ duplicis interpretationis sm Tho. in. iiij. di. xxiiij. q. i. ar. iij. q. iij. ad. i. est: qr p ministeriū spūale sacerdos est medi⁹ inter deum ⁊ populum. Nam ipse dina nunciat ⁊ mistrat populo. ⁊ vota populi offert deo. Dicit etiaz sacerdos: quasi sacra dans. Sacra autē dare pōt aliquis duobus modis. Vl' auxiliando. Vel sacramenta dispensando. Primo modo quilibet iustus inq̄ntum sacra sua merita dat: vel cōmunicat alijs auxiliando interpretatur sacerdos. Secundo mō nomē sacerdotis est institutū: ad significandū eum qui sacra dat: in sacramentoruz dispensatione. Et sic ille qui est in gradu ordinis cōstitutus dicit sacerdos Ob id in scripturis sacerdotes nominātur aliquando dij: aliquādo angeli vt dicitur. xi. q. i. c. sacerdotibus. Unde ⁊ ad Moysen: de eo qui ad iuramentum deducendus est dicitur. Applica illum ad deos. i. sacerdotes. Et rursus scriptum est. Dijs nō detrahes. i. sacerdotibus. Et ppha ait. Labia sacerdotis custodiunt scientiā: ⁊ iustitiā. ⁊ legem requirunt ex ore eius: qa angelus dn̄i est. ¶ Secunda ratio ostendens sacerdotalē dignitatem. dicitur institutionis: Nam sacerdotium precessit legem scriptam: quia ī veteri testamento primus sacerdos qui iubente dn̄o victimas obtulit fuit Melchisadech: sicut pz Gen̄. xiiij. c. Demuz per sacerdotiuz iubente dn̄o regia ptās est ordinata. Vn̄ .i. Reg. viij. c. dixit de⁹ ad Samuelem sacerdotē. Audi vocem eorum .s. filiorum israel petētium regez ⁊ constitue super eos regez. Hinc est q̄ spiritualis auctoritas terrenā potestatez habet instituere vt sit: ⁊ iudicare si bona non sit. Quod pbatur per apl'm Paulum dicentē. i. ad. Cor. c. vij. Nescit q̄m angelos iudicabimus: quanto magis secularia? Et idem in. c. per venerabilez

extra qui filij sũt legitimi.ꝛ.lx.q.iij.c.Ne mo.ꝛ.c.Alioꝝ.¶ Tertia ratio ostendẽs dignitatem sacerdotalem dicitur condi/tionis. Est enim sacerdotalis dignitas spiritualis:ꝛ ideo quanto spiritus nobi/lior est corpore:tanto sacerdotalis digni tas nobilior est quacunqꝫ dignitate tem porali. Sicut patet extra de translatione episcopi ꝛ electi.c.Inter corpalia ¶ Se cundo ostenditur dignitas sacerdotalis que excedit omnem dignitatem tempo ralem auctoritate. De sacerdotibus eni dicitur Isa.lxi.c. Uos sacerdotes domi ni vocabimini. Ministri domini dei no/stri dicetur vobis. Et.i. Petri.ij.c. Uos estis genus electum regale sacerdotium gens sancta populus acquisitionis. Et xcvi.di.c.Duo.scribitur. Aurum nõ tã preciosius est plumbo:q̃ regia potesta te sit ordo sacerdotalis altior. Et eadem di.c.Quis dubitet. Quis dubitet sacer/dotes christi:reguꝫ ꝛ principum omni/umqꝫ fidelium patres ꝛ magistros cen seri? Propterea.vi.q.i.c. Sacerdotes dicitur. Sacerdotes qui proprio ore cor pus domini conficiunt ab omnibus sũt timendi. Et.iij.q.i.c. Nulli dominũ cru cifigant: qui eum in suis sacerdotibus persequunt. Et.xi.q.iij.c. Absit Anthe/rius papa ait. Absit vt quicq̃ sinistrum de his arbitremur:q apostolico gradui succedentes christi corpus sacro ore cõ ficiunt:per quos nos christiani sumus. qui claues regni celorũ habentes: ante iudicij diẽ iudicãt. In veteri quoqꝫ lege habetur. Quicũqꝫ sacerdotibus nõ ob temperasset: aut extra castra positus la/pidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta contẽptum expiabat cruore. Et xvi.q.i.c. Si clericatus. Hiero.ait. Nõ est humilitatis mee neqꝫ mẽsure iudica re de ceteris:ꝛ de ministris ecclesie sini strum quippiam dicere. ¶ Tertio osten ditur dignitas sacerdotalis exemplo. Christianissimi eniꝫ imperatores sacer dotes honorare semper studuerũt: sicut patet ð Theodosio imperatore. De quo legitur in historia tripartita.ꝙ cuꝫ apud Thessalonicã ciuitatem: quidã iudices fuissent lapidati.xi.q.iij.c. Cũ apð Thes salonicã.indignatus Theodosius: omẽs pariter iussit interimi. Ubi septem milia sunt occisi:nullo precedente iudicio. Hu iusmodi autem cladeꝫ plenã gemitib⁹ audiens beatus Ambrosius cum: prin/ceps venisset Mediolanum.ꝛ solẽniter in sacrum voluisset intrare templuꝫ:oc/currit sanctus episcop⁹ foris ad ianuas ꝛ ingredientem his sermonibus a sacri liminis incessu ꝓhibuit. Nescis miser imperator perpetrate a te necis quanta sit magnitudo: Neqꝫ post causam tanti furoris mens tua moleꝫ presumptionis agnoscit? Sed forte recognitionem pec cati prohibet potestas imperij. Decet tñ vt vincat ratio potestatem. Quibus igit oculis aspicies cõmunis dñi templum Quibus calcabis pedibus sanctũ illius pauimẽtũ? Quomodo manus extẽdes de quib⁹ adhuc sanguis stillat iniustus Recede recede igitur: ne secundo pctõ priorẽ nequitiã augere contendas. His sermonibus imperator obediens: erat enim diuinis eruditionibus enutritus: ꝛ aperte sciens que sunt ꝓpria sacerdotũ ꝛ que regum: gemens ꝛ deflens ad rega/lia remeauit. Cumqꝫ octo mensiũ tran sissent tempora appropinquauit natiui/tatis saluatoris nostri festiuitas. Impe/rator auteꝫ lamentationibus assiduis in palatio residens: continuas lachrymas incessabiliter expãdebat Ingressus aũt Rufinus tunc magister militũ.ꝛ singu larem apud principem fiduciã habens ꝛ videns principeꝫ in lamentationibus prostratũ: accessit vt lachrimarũ causas inquireret. At ille vehementius ingemi scens:ꝛ amarissime lachrymas fundẽs tu inquit Rufine ludis ꝛ mea mala non sentis. Ego aũt lamentor ꝛ gemo cala/mitatem meam:quia seruis quidẽ dei: ꝛ mendicantibus aperta sunt tẽpla dei: At Rufinus ad Ambrosium perrexit. Cui. Ambrosius ait. Impudẽtiã canũ imitatus es Rufine: tãte videliceꝫ necis auctor existens. Ego dico tibi: quoniam

imperatorem ingredi sacra limina pro/
hibebo. Hec ꝛ alia plurima Rufinꝰ au
diens imperatori nunciauit votum An
tistitis. At imperator in media iam pla/
tea pergo inquit vt iustas in facie susci/
piaz cõtumelias. Cũq; ad sacra limina
peruenisset: in sacram quidem basilicaz
non presumpsit intrare: sed veniens ad
Antistem supplicabat vt eius vincula re
solueret. Cui Ambrosius. Quam peni/
tentiã ostendisti pꝰ tantas iniqtates. Cui
Theodosius. Tuũ est docere: meuz ẽo
suscipere. Cui Ambrosius iniunxit: vt le
gem conderet: ne sententia mortis ferri
posset animo irato: sed transacto trigin/
ta dieruz numero. Quod ꝛ fecit: Sicq;
cum lachrymis ꝛ deuotione templum
tãdẽ ingressus est. in cunctis reuerenter
se habens erga sacerdotem Ambrosiuz
Quid fecit Constantinus de quo ẽ tex:
xcvj. di. c. in scripturis. ꝛ. c. Constantinꝰ
Quid reliqui omnes christiãi reges vel
imperatores? Omittamus omnia que
repetere longum foret. Inspiciamꝰ dñz
Iesũ xp̃m de quo dicit Ciprianus. xciij.
di. c. dñs. Dñs noster Iesus christꝰ rex
ꝛ iudex: vsq; ad passionis horam serua/
uit honorem pontificibus ꝛ sacerdotibꝰ
Nam cum leprosum mundasset dixit ei
dem. Uade ostende te sacerdoti. Sacer
dotem adhuc appellans: quem sciebat
esse sacrilegũ. Item cum subditus pas/
sioni alapam accepisset: nihil contume/
liose locutꝰ. est in ꝑsonã põtificis: sed sic
magis innocentiã suã tutatus est. d. Si
male locutus sum: testimonium perhi/
be de malo: si autẽ bene: cur me cedis?
Hec igit ab eo humiliter ꝛ patienter fa
cta sũt: vt nos humilitatis ꝛ patientie ex
emplũ haberemus. Sz hodie pleriq; ƀ
illis sunt: de quibus dicitur. i. q. i. c. multi
Multi secularium cum plus sacerdo/
tum vitam ꝗ suam ꝯspiciũt. in magnuz
contemptionis sacramentorũ crimẽ in
currunt. Magna eni trabe vulneratos
oculos habentes: festucã in alienis con
spiciunt oculis. Quam dũ incaute euel
lere festinant. in erroris foueam dilabũt

De tertio honore deo debito in sacra
rum cerimoniaꝝ obseruatiõe. Cap. iij.

Tertius honor qui deo debet cõ
sistit in sacrarũ cerimoniarum
obseruatiõe. Nam vt dic Tho.
ẜa. ẜe. q. lxxxviij. Deuz ꝛ si nõ ratiõe sui
ratione nostri etiaz corporaliter reuereri
debemus: tũ vt per corporales motꝰ ex
citemus mentem nostram: tũ vt deũ ẜz
vtranq; naturã nostrã honoremus. Un
Iohannes Damascenus inquit. Quia
ex duplici natura compositi sumus scilz
corpali ꝛ spũali: duplicẽ deo honorẽ re/
ferre debemus. Consistit aũt hic honor
in tribus.
Primo in capitis inclinatione.
Secundo in incuruatione.
Tertio in genuflexione.
Primo consistit honor in capitis in
clinatione. Et sic statuit ecclesia: vt cum
nominat nomen Iesus in ecclesia i mis
sis ꝛ diuinis officijs: omnes reuerenter
inclinent caput. Unde de ꝯsecratiõe ec/
clesie. li. vi. in. c. decet. dicit. Conuenien/
tes in ecclesia nomẽ illud ꝙ est sup oẽ
nomen. nomen videlz dñi nostri Iesu
xp̃i exhibitione reuerentie specialis at/
tollant: ꝛ ita flectant genua mẽtis. quod
vel capitis inclinatione protestentur.
Secundo cõsistit honor dei in incur
uatione. Habet hunc vsuz ecclesia vt in
diuinis officijs cũ Gloria patri ꝛ filio ꝛ
spiritui sancto decantat i fine psalmorũ:
omnes corpus incuruant simul cum ca
pite. Tertio consistit hic honor in ge
nuflexione. Genuflectimus nanq; cuz
adoramus corpus xp̃i: in omnibꝰ mo/
ribus huiuscemodi ꝯfitentes nos sub/
ditos deo: qui est benedictus in secula se
culorum. Amen.



¶ Incipit tractatus de diuina caritate
compilatus per reuerendũ sacre theolo
gie doctorem magistrũ Robertũ de Li
cio ordinis minorũ. in quo ostendit cuꝫ
oi veritate sacrosancte scripture: quali/
ter deus benedictꝰ ꝗ̃tũ in se est omnibꝰ
peccatoribus offert indulgentiam ꝛ re/
missionem peccatorum: neminem ex/
cludens a salutis via.

Venite ad
me omnes q la
boratis ꝛ onerati
estis: ꝛ ego refi/
ciã vos. v̇ba sunt
redẽptoris nostri
ihũ xpi originaliter Mathe. xi. c. inesti
mabilẽ caritatẽ dei q̃ hoies diligit ipu/
gnãt sepenumero hi q a pctis desistere
nolunt. ipsi nãqꝫ impio ac sacrilego ore
suo asserũt optimũ deũ fore cãm dãna/
tionis eoꝝ: q̃si nec hois merita i aliquo
ꝯsint: nec ipsis iniqs sua malicia valeat
iputari. Hoc errore illusi pleriqꝫ auda/
ciã in malo ꝑseuerãdi suscipiũt: peniten
tiãqꝫ negligũt delictoꝝ suoꝝ. Nihil inq
unt interest qualis quisqꝫ sit siue bonus
siue malus: cũ deus quosdam sic habe
bat odio vt etiã post diuturnã i virtutibꝰ
ꝑmanẽtiã reprobet. quosdaꝫ aũt diligat
vt frequẽtata ipietas sua antiquataqꝫ ma
licia ipsos nõ ꝓhibeat saluos fieri. Con
tra hmõi genꝰ hominũ acriter insisten
dũ esse censui. Ad quoꝝ ꝯfusionẽ decre
ui in p̃nti tractatu de caritate dei ad ho/
mines tã bonos ꝗ̃ malos copiosius di/
scere. Ostẽdam equidẽ ꝙ ꝗ̃tũ est ex ꝑ/
te diuine clemẽtie nullus ꝗ̃tũcunqꝫ sit
celestissimus ac flagitiosus expellit a sa
lute. imo vt sic dicã oẽs pctõres mundi
dulcissime blande ꝛ amorosissime inui
tãtur vt salui fiant: vt pꝫ in v̇bis ꝓposi/
tis in themate nr̃o. Que v̇ba ꝛ si a xpo
clamante in templo dicta sunt: tamen ex
tẽdũt ad quoslibet pctõres: qui sunt vel
erunt vsqꝫ ad cõsumationẽ seculi. Cla/
mat itaqꝫ dñs ihs xps ex abundantia
caritatis sue. ꝛ dicit. Venite ꝛc. Ubi pro
instructione nostra notare possumꝰ. vij.
ignitas flãmãs de diuina caritate erga
miseros ingratosqꝫ peccatores.
Prima dicit facilitas. cũ dicit: Venite.
Secũda dr̃ suauitas. cum dicit: ad me.
Tertia dr̃ generalitas. cũ dicit oẽs.
Quarta dicit multiplicitas: cũ dicit: qui
laboratis.
Quinta dicit grauitas. cum subiungit: ꝛ
onerati estis.
Sexta dr̃ ꝑciositas. cũ subdit: ꝛ ego.
Septima dicit gratiositas: cum conclu
dit reficiam vos.
Et cũ singulas has flãmas difficile sit in
vno sermone explicare: dicemꝰ de ipsis
in. vij. sermonibꝰ bñ distinctis. In hoc
v̇o ꝑmo primã incipiamꝰ elucidare flã/
mã que dr̃ facilitas. Cuiꝰ sensus est ꝙ de
us oipotẽs neminẽ violentat neqꝫ cogit
vt saluꝰ aut reprobꝰ fiat ꝛ cũ oẽs sint libe
ri facilime possunt saluari. Que veritas
sub triplici cõclusiõe declaratur.
Prima dicit volũtatis.
Secunda dicit gratiositatis.
Tertia dicit exemplaritatis.
Caplm primum qualiter in libertate
ꝛ libera oiuꝫ voluntate est vt saluentur
vel damnẽt: ex quo ꝯcludit ꝙ si omnes
mũdi pctõres volũt p̃nt saluari: ꝛ si nõ
saluant imputatur ipsis.
Prima ꝯclusio dicit volũta/
tis q: cũ oiuꝫ volũtas libera
sit qcũqꝫ volũt saluari saluã
tur: q v̇o dãnari dãnãtur. Possũt qppe
oẽs bene ꝛ male facere sicut volũt: Nul
lusqꝫ cõpellit ad vtrũqꝫ. Probat hoc ꝑ
Aug. li. v. de ci. de. c. x. vbi ait. Sunt nr̃e
volũtates ꝛ ipse faciũt quicqd volendo
facimus: siue bonũ siue malũ: qd nõ fie
ret si nollemus. Et idem in li. de lj. ar. ait
Vasis ire nũqꝫ deus redderet interituꝫ
si nõ spontaneũ iuenirent hõ habere pec
catũ. Que v̇ba ponũt in decretis. xxiij.
q. iiij. c. Nabuchodonosor. ꝛ hoc idẽ ꝓ/
bat Aug. d. illõ qd notat. xv. q. i. c. meri
to. c. illa. c. ex volũtate et. vij. q. i. c. sciẽdũ
Et. xxvi. di. c. nasci: Peccatũ ẽ adeo vo

luntariū quod si nō sit voluntariū nul-
lum est peccatū. Idē dicit Criso. xxxij. q.
v. c. sicut. Sicut eni peccatū inquit opus
sine voluntate nō facit: ⁊ iusticia ex ope
nō seruat nisi volūtas fuerit. de hoc di-
cit etiā Gratian⁹ de pe. dis. ij. c. sicut nisi
Nec ad vitia nec ad virtutes necessitate
trahimur s3 volūtate. Oia tamē icludit
elegātissime Hiero. in qōnib⁹ ad helui-
diū vbi sic ait. Hoīes sub arbitrio dere-
licti sūt. Neq3 eni bonū necessitate faci-
unt: s3 volūtate: vt credētes coronā acci
piāt increduli supplicijs mācipent. ⁊ ite-
rū Hiero. eodē loco deus eq̄li cunctos
sorte generauit: ⁊ dedit arbitrij libertatē
vt faciat vnusq̄sq3 qd̄ vult: sine bonū si-
ne malū. Et iterū dedit hoīb⁹ ptātem: vt
vox ipsa disputet ɔtra creatorē suū: ⁊ cās
volūtatis illius pscrutet. Hoc ēt ɔfirmat
sapiēs Ec. xv. c. cū dicit. De⁹ ab initio cō
stituit hoīe3: ⁊ relīqt eū in manu cōsilij
sui. Vñ patet pōt q̄ hō sit liberi arbitrij
alioqn s3 Tho. pma pte sūme. q. lxxxiij.
ar. i. frustra eēnt ɔsilia: exhortatiōes ⁊ p
cepta, phibitiōes pmia ⁊ pene. Verūtñ
est sciēdū q̄ q̄dā agūt absq3 iudicio: si-
cut lapis mouet deorsū3. silr oia cognitō
ne carētia. Quedā agūt iudicio sed non
libero sicut aīalia bruta. Judicat enim
ouis vidēs lupū eū esse fugiendū natu-
rali iudicio: ⁊ nō libero: q̄a nō ex colle-
ctiōe s3 ex nāli instictu hoc iudicat. ⁊ silr
est de quolibet brutorū aīaliu3. Sed hō
agit iudicio: q̄a p vim cognoscitiuam iu
dicat aliq̄d esse fugiēdū vel psequēdum
Et q̄a iudiciū illud nō est ex naturali in
stinctu in pticulari opabili: sed ex collec
tione rōnis. ideo agit libero iudicio po-
tens in diuersa ferri. Ratio eni circa cō-
tingentia habet viam ad opposita: vt p3
in dialecticis sillogismis ⁊ rethoricis p-
suasionibus. Particularia aūt opabilia
sūt quedā contingentia. ⁊ iō circa ea iu-
dicium rōnis ad diuersa se habet. ⁊ non
est determinate ad vnū. Et p tanto ne-
cesse est q̄ homo sit liberi arbitrij: ex h
ipso q̄ ē rōnalis. hec Tho. Cui⁹ verbis
congruit illud dictū Tulij. li. i. de officijs

vbi dicit. Inter hominem ⁊ belluā3 hoc
maxime interest: q̄ hoc tātū q̄tū sensu
mouet ad illud solū qd̄ adest q̄dq3 pñs
est se accomodat: parū admodū sentiēs
preteritū aut futurū. Homo aūt qm̄ rō-
nis est pticeps p quā cōsequētiam. i. cās
finales ⁊ causas rerū. i. principia videt
earūq3 pgressus quasi antecessiōes nō
ignoret: similes cōpat: rebusq3 pñtibus
adiungit atq3 ānectit futuras: facile toti-
us vite cursū videt: ad eamq3 regenda3
pparat res necessarias. hec ille. Ex q̄b⁹
oībus clarissimū est: hoīem id posse in
bono ⁊ in malo qd̄ velit. Quinimo tāta
ē hec libertas: vt nullū agens creatū pos
sit ipsū liberū arbitriū cogere. iuxta illd̄
Bern. in li. de li. ar. Voluntas pro inge
nita sui nobilitate nulla cogitur necessi-
tate. Ad hoc tñ aduertendū siue intelli-
gendū. sm̄ Bo. in. ij. di. xxv. pte. ij. q. iiij.
q̄ est dupliciter loq̄ de libero arbitrio.
Vel q̄tū ad actū exteriorē. Vel q̄tū ad
actū iteriorē. si aūt loq̄mur q̄tū ad actū
exteriorē: respectu talis act⁹ pōt interu e-
nire coactio. potest enim quis compelli
vt ipso nolente genua coram idolis fle-
ctat si loquimur q̄tum ad actum inte-
riorem. qui. s. est velle eligere vel consen
tire: sic respectu talis actus pōt liberum
arbitriū aliquo modo induci: pōt ⁊ im-
pediri: sed nullo mō cōgi siue cōpelli. in
duci quidē pōt cū amat aliud a se: ⁊ qd̄
infra se est. Unde p oblationem alicuius
rei amate potest induci ad cōsentiendū
in aliquid multū efficaci psuasione: per
quē modū idolatre temptabant sanctos
martyres ɔsentire idolatrie modo pro-
mittendo leta: modo infligendo tristia
Ista tamē inductio lōge distat a coactio
ne: sicut probat ipse exitus: q̄a nec blan
dimētis allici nec tormētis terreri adeo
potuerunt: vt a veritate iustitie mutarē-
tur. Et sic liberum arbitrium pōt induci
Potest etiā impediri, ppter inclinatōe3
⁊ cōiunctionē sui ad naturā corporalem
qua posset aliquis aliū ita ledere: vt vsu3
liberi arbitrij amitteret. Coactio eni po-
nit liberi arbitrij vsum ⁊ actu3: sed liga-

tio ꝛ ipeditio tollit. Et iterū ipeditio ꝓue
nire pōt ab iferiori. Coactio vō a supio
re ꝛ hinc est ꝙ liberū arbitriū: ꝛ si possit
induci ab agente creato rōne boni exte
rioris amati: ꝛ possit ipediri rōne corpo/
ris cōiuncti: non tamē pōt cogi respectu
actus ꝓprij. Sed adhuc dubiū venit in
mētē qđ declarare ꝛ intelligere optimū
est ac delectabile. Pōt nanqꝫ peccator
quisqꝫ querere an liberū arbitriū quod
a creatura cōpelli non pōt cogi possit a
creatore. Et videtur ꝙ sic. Nam Luc.
xiij. c. dicit exi in vias ꝛ sepes ꝛ cōpelle i
trare vt ipleat dom⁹ mea. si ergo domū
dei nō cōtingit itrare nisi ꝑ vsū liberi ar
bitrij: ꝛ dn̄s intrare ꝯpellit. videtur ꝙ li
berū arbitriū cogat. Itē Jo. vi. dicit ne/
mo venit ad me nisi pater qui misit me
traxerit illū. Sed tract⁹ est motus violē
tus: vt dicit phs. ergo liberum arbitriuꝫ
violentat. Item ꝓuer. xx. sicut diuisio/
nes aquarū ita cor regis in manu dn̄i:
quocunqꝫ voluerit imutabit illud. Sed
talis imutatio est quedam coactio. ergo
deus cogit liberū arbitriū. Qđ si verum
esset: conqueri possent peccatores ð deo
possentqꝫ ad ipsum clamare. O creator
omnipotens cur nos perire permittis:
cur nos in errore nostro relinquis? Cur
tantā multitudinē a te sempiternis cru/
ciatibus deputandā nō compellis: non
cogis ad bonū? Tua est potentia: tuum
est regnum: tua deniqꝫ bonitatis omnis
ꝛ dulcedinis abūdantia. Miserere no/
stri de⁹: ꝛ succurre volūtatib⁹ pereuntiū
Volūtatem habem⁹: sed malū volum⁹
malū eligimus: malum nos sequit. Tu
aūt propriā vim inferas voluntati: qđ si
tu deus nō feceris: cā certissime eris nr̄e
ꝑditionis. Sꝫ profecto fragile debileqꝫ
est tale peccatoꝝ fundamentū: quoniā q
veritatē cognouerūt asserūt nullo modo
liberuꝫ arbitriū a deo cogi posse. Nam
Aug. sup Geñ. ad litterā dicit. Nō pōt
deus facere contra naturam quā bonaꝫ
instituit: quoniam nō pōt facere contra
suam volūtatē. Si ergo deus volūtarie
liberū arbitriū hoi dedit: impossibile est
eū facere de libero arbitrio ꝯ inatam ei⁹
libertatē. Sed si ipsuꝫ cogeret: ꝯ liberta
tē faceret. ergo liberū arbitriū a deo co/
gi ē ipossibile. Itē Aug. xix. ð ciui. dei di
cit illđ ē vnicuiqꝫ rei nāle qđ ð ipsa face
re disposuerit oipotētis volūtas. ergo sit
nullū nāle ē violētū: nihil qđ facit deus
est violētū si ergo ois coactio ē ꝑ violētiā
qcqd de⁹ ð libero arbitrio faciat nulla
pōt sibi iferri violētia: ac ꝑ hoc nulla co
actio. Ad clariorē tn̄ noticiā hui⁹ v̄itatis
dicit dn̄s Bo. in. ij. di. xxv. vbi. s̄. q. v. qđ
cū qrit si liberū arbitriū pōt a deo cogi
dupl̄r pōt itelligi. aut ita ꝙ possit auferre
libertatē: ꝛ auferēdo libertateꝫ inducere
coactionē. ꝛ hoc mō nulli dubiū eē debꝫ
qn de⁹ possit hoc facere ꝗtū ē de imensi
tate sue potētie. alio mō vt itelligat ꝙ de
us cogit liberū arbitriū salua libertatis ꝓ
prietate ꝛ ei⁹ natura. ꝛ hoc mō nō soluꝫ
est impossibile: sed etiā nō itelligibile: ꝓ
eoꝙ iplicat duo ꝯdictorie opposita. ex h
eni ꝙ libeꝝ ē: si aliqd' vult libere vult. ex
hoc ꝙ volūtariū est: si aliqd vult volū/
tarie vult. ꝛ seipso mouēte vult. Ex hoc
aūt ꝙ cogitur. si qd vult seruiliter vult.
Et si quid vult inuite vult: ꝛ si quid vult
ab alio vult: quia violentū est cuius ꝓn/
cipiū est extra nihil cōferēte vim passo.
ergo liberū arbitriū a deo cogi nō ē alið
ꝗꝫ actū liberi arbitrij simul ꝛ semel esse
liberum ꝛ seruilē: esse voluntariū ꝛ non
esse voluntariū: esse a se ꝛ non esse a se.
Si ergo est impossibile qđ claudit in se
vtrāqꝫ partem contradictionis: non tm̄
est ipossibile creature: verū etiā creatrici
essentie: quia illud posse non est posse.
Ad intelligētiā aūt obiectoꝝ est scien/
dum ꝙ differt dicere volūtatē induci: ꝛ
volūtatē mutari: ꝛ volūtatē cogi. Tunc
eni induci dr̄ quando aliqua ꝑsuasio ei
fit: qua disponit vt ad aliqđ appetibile
inclinetur: q̄ si valde itēsa sit nomē co/
actionis sortit: ꝗuis nō sit vera coactio
Tūc autem volūtas mutat: quando ipsa
nolente vnuꝫ: potenti virtute affectio ei
imittitur ad contrariuꝫ: ꝛ de nolente fit
volens: ita ꝙ vna affectio expellit ꝛ cō/

traria inducit: sicut patet cũ de⁹ de ama
tore tpaliũ facit ɔtemptorẽ. ⁊ hoc dr̃ eẽ
q̃dam ɔpulsio ⁊ tractio diuina: vt volũ/
tas ab eo sepetur cui p amoris glutinuꝫ
fortiter iũgebat̃. Tũc vo volũtas dr̃ co/
gi: qñ intelligit̃ ipam inuitam aliqd vel
le ⁊ repugnãte actu volũtatis deliberati/
ue. aliena virtute mouẽte ⁊ repugnãtia
manente ad aliqd volẽdũ inclinari. Et
h̃ duo opposita iplicat. Voluntas igitur
induci põt ab agente creato: mutari vo
ab alio nõ põt nisi ab agente increato.
sed cogi a nullo. Cum igit̃ dr̃ in scriptu/
ra deuꝫ voluntatẽ hoĩs ɔpellere vel tra/
here vel mutare: intelligit̃ non qꝛ volun
tatem cogat: sed qꝛ volũtatẽ creataꝫ nõ
solum inducit: sicut agens creatũ: verũ
etiam immutat imittendo affectiones
varias. In qua immissione non est coa
ctio: pro eo ꝙ ita voluntarie volo illud
quod de⁹ imittit: sicut illud quod ex me
ipso volo. Et si aliquid volo volens vo/
lo non inuitus: ⁊ ita in volendo ad nihil
compellor. hec Boñ. Cum ergo liber/
tas a coactione in omnibus equaliter se
habeat: quis de deo si ipsemet agit con/
queri potest? Quis etiam sui ipsius cul/
pam in semetipso non reflectet? Quis ꝓ
priam ⁊ voluntariaꝫ nequitiam non a/
gnoscet? Nisi dicere velit adhuc aliquis
ꝙ deus minime rectũ quid fecit: qꝛ ho
minẽ in libertate arbitrij voluit consti/
tuere. Sed ꝑfecto si bene sapiant: intel/
ligent non manem fore sñiam illam q̃
dicitur Geñ. c. i. Vidit deus cuncta que
fecerat ⁊ erant valde bona. Ex quibus
verbis Hierony. scribens ad Paulinũ
dicit Bon⁹ est de⁹: ⁊ omnia que fecit bo
na sint necesse est. hec ille. sapientissim⁹
ergo rerum opifex omniũ ⁊ magister:
cum hominem conderet rationaleꝫ ad
beatitudinem: in tali statu eum voluit es
se: in quo ad beatitudinẽ ꝑueniens: dei
iustitia semp salua ⁊ misericordia laude
honoris ⁊ glorie corona decoraretur.
Quomodo ergo homo potuisset lauda
ri ꝙ malum nõ fecisset quod facer̃ nõ
valebat? Inquit eni Lactãtius in. vj. li.
diuinaꝝ institutionũ aduer. gen. Nulla
laus est non facere qð facere nõ possis.
Hinc Hiero. ad Demetriadẽ virgineꝫ
ait. Jam ꝓuidẽdũ est: ne forte illud re/
mordeat te: in quo temere impiũ vul/
gus offendit: vt ideo non vere bene fa/
ctum hominẽ putes: eo ꝙ is malum fa
cere potest: nec ipsa natura astringatur
ad imutabilis boni necessitatem. Nã si
diligenter rem tractes: ⁊ ad subtiliorem
intellectũ aĩum totum cogas: hinc tibi
melior ⁊ superior hominis status appa/
rebit vnde putat̃ inferior. In h̃ eniꝫ ge
mini itineris discrimine: in hac vtriusq̃
libertatis parte: rationalis anime decus
positũ est. Hinc inq̃ totus nature no/
stre honor consistit: hinc dignitas: hinc
ꝑmiũ: hinc deniq̃ optimi quiq̃ laudeꝫ
merent̃. Nec esset hominis vlla virtus
in bono perseuerantis: si is ad ima tran
sire nõ posset. hec ille. Nõnulli aũt ob/
ijciunt his que dicemus ex diuina pre/
scientia que est infallibilis: ꝙ ipsa neces/
sitatem inferat actionibus hominum.
Quibus respondemus sibi prescientiaꝫ
esse: ⁊ homines voluntate nõ necessita/
te ad bona vel mala inclinari. Vñ Au/
gu. lib. v. de ciuita. dei. c. xj. dicit. Nullo
modo cogimur: aut retenta prescientia
dei tollere voluntatis arbitrium: aut re/
tento voluntatis arbitrio deum: quod
nephas est: negare prescium futurorũ:
sed vtrũq̃ complectimur: vtrũq̃ fide/
liter ⁊ veraciter cõfitemur. Illud vt bñ
credamus: hoc vt bene viuamus. Ma
le aũt viuitur si de deo nõ bñ creditur.
Vñ absit a nobis eius negare prescĩetiã
vt liberi esse velim⁹ quo adiuuãte sum⁹
liberi vel erimus. Proĩde ñ frustra sũt
leges: obiurgatiões: exhortatiões: lau/
des ⁊ vituperatiões: qꝛ ⁊ ipas futuras es
se ꝑsciuit ⁊ valẽt plurimũ q̃tum eas va
lituras esse ꝑsciuit. Et preces valẽt ad ea
impetrãda: que se precãtibus cõcessu/
rum esse presciuit. Et iuste premia bo/
nis factis: ⁊ peccatis supplicia cõstituta
sũt. Neq̃ eni ideo peccat homo qꝛ de⁹
illũ peccaturũ eẽ ꝑsciuit. imo ideo nõ du

bitatur ipsũ peccare cũ peccat: quia ille
cuius prescientia falli nõ põt: nõ fatum
nõ fortunã: nõ aliquid aliud: sed ipsum
peccatuꝝ esse ꝑsciuit. Qui si nolit oĩo ñ
peccat: sed si peccare noluit etiam hoc
ille ꝑsciuit. hec ille. Liberi ergo sũt oẽs
Qui bene agũt liberi sũt qui male liberi
qui iam celũ ↄscenderũt. Jn sup liberi
ꝛ q suoꝝ criminũ supplicia lugent.
¶ Secũdũ capitulũ: ꝙ facile ẽ vt pecca
tores saluent: q꞉ gratia ad salutem neces
saria oĩbus preparata ẽ deo: ꝛ nulli⁹ vo/
lenti negat.

Secunda ↄclusio dicit glorio/
sitas. Facile qppe est vnicui/
qꝫ volẽti posse saluari: q꞉ grã
ad salutẽ necessaria oĩb⁹ est ꝑparata. Ad
qđ plenius intelligendũ sciẽdũ quosdaꝫ
ita tenuisse liberi arbitrij facultatem: ꝛ
tãtũ illã estimasse: vt absqꝫ auxilio diue
gratie ꝑ solius liberi arbitrij ptãtem sal/
uari omnes posse ꝓfiterent. Fuit autem
erroris huius ꝑniciosissimus garrulator
Pellagi⁹ ꝛ eius imitatores: de quibus
egregius doctor Aug. li. i. retractationuꝫ
ait noui heretici pellagiani cũ sic liberũ
asserũt volũtatis arbitriũ: vt grẽ dei nõ
relinquãt locũ: quam ẜm merita nostra
dari asserunt. Contra quã sñiam validis
sime pugnat idem doctor ꝑclarissimus
in ꝙꝫ plurib⁹ doctrine sue locis: ostẽdẽs
neminẽ absqꝫ grã nõ solũ nõ posse i ali
quod opus meritoriũ: ſꝫ in quãcũqꝫ me
ritoriã cognitionẽ volũtatis: vel ad oꝑa
meritoria deuenir. Vñ ad bonifaciũ pa
pam ait. non põt hõ aliqd boni velle ni
si iuuet ab illo q nõ põt malũ velle. Et
iterũ in li. de ꝑdestinatiõe scõrũ. pri⁹ est
cogitare bonũ ꝙꝫ credere. ꝛ ipsum cogi
tare bonũ ex deo est. Et in li. de correctio
ne ꝛ grã. Sine grã dei nullũ ꝓrsus siue
volẽdo siue agendo faciũt hoĩes bonũ.
Et ad valẽtinũ. Cogitare vel agere ẜm
deũ nulla rõne sine grã dei possum⁹. et
in enchiridon grã ꝑuenit vt velim⁹ bo/
nũ ꝛ i li. ꝺ ecclia. dogma. d. Mouet ad
q̃rendã salutẽ libertas arbitrij mouente
prius deo. Sũt ꝛ alij. doctores q Aug.

dictis firmissimo iudicio alligãt. Inquit
nãqꝫ isidorus li. differẽtiaꝝ. grã ẽ diuine
misericordie donũ ꝑ qđ bone volũtatis ẽ
exit⁹. hec ille. ꝛ iterũ ibidẽ sciãt defenso/
res liberi arbitrij nihil boni posse nisi di
uine grẽ iuuamine sustẽtet. ꝛ ꝺ hoc etiã
magister. ij. sñiaꝝ. xxvi. di. bona volũtas
comitat grãꝫ nõ grã volũtatẽ. ꝛ paulus
vas electiõis. ij. cor. iij. c. nõ sum⁹ sufficiẽ
tes aliqd cogitare a nobis tãqꝫ ex nobis
ſꝫ su. n. ex. d. ẽ ꝛ Ro. ix. nõ ẽ volẽtis neqꝫ
currẽtis ſꝫ miserẽtis dei. Aduertẽdũ tñ ẜꝫ
Bon. i. ij. di. xxviij. ꝙ op⁹ aliqđ triplr̃ ꝑt
dici bonũ. Vno mõ. dr̃ bonũ eẽ aliqd
simplr̃. ꝛ hoc ẽ bonũ qđ ordinatũ ẽ in fi
nẽ. ꝛ tale est bonũ meritoriũ. ꝛ hui⁹ bo/
nũ nõ põt liberũ arbitriũ lapsuꝫ absqꝫ
auxilio grẽ gratũ faciẽtis. ij. mõ dr̃ aliqd
eẽ bonuꝫ i h̃ ꝙ aliq̊ mõ ꝺ ↄgruo dispõit
ad bonũ ꝛ tale est bonũ ꝙ fit ex̃ carita/
tẽ nihilomin⁹ tñ cũ recta intẽtione. ꝛ in
tali nõ põt liberũ arbitriũ absqꝫ mune/
re gratie gratis date ꝑ qđ illuminet ꝛ di
rigat ꝛ excitet vt velit facere aliquid deo
placitum. iij. mõ dr̃ aliqd bonum: quia
est ordinabile: ꝛ habet aliquam ordina/
tionẽ intra se: siue ex transitu suꝑ materi
am debitã. sicut pascere esurientem: siue
ex debita circũstantia superaddita. s. cuꝫ
id faciat quando exigit loci ꝛ temporis
opportunitas. Ad illud aũt genus boni
cõplendũ: ꝛ si grã gratis data sit neces/
saria ad hoc ꝙ fiat faciliter: circũscripto
tñ oĩ muner grẽ ꝛ relicto libero arbitrio
i pueris nãlib⁹ ꝑ naturale iudiciũ. ꝛ istin
ctum hõ posset in tale bonũ: deo sibi co
oꝑante sicut cooꝑat in alijs creaturis:
Nam sine primo agente nullũ agẽs põt
agere: ad bonũ autẽ qđ ducit ad bonuꝫ
ꝑfectũ siue merito ↄgrui: siue merito cõ
digni nõ põt absqꝫ auxilio dei. Ex his
qdã min⁹ bene intelligẽtes dicũt ꝙ nul/
lus absqꝫ grã saluari põt ꝛ ꝙ nõ est i ho
minũ potestate seu volũtate posse salua
ri. sed his leuiter respondere possumus
quia diuina grã nec liberũ arbitrium co
artat. nec ipsum a se excludit. Exprimit
nãqꝫ Aug. ordinẽ gratie ꝛ liberi arbitrij

in libro de eccliasticis dogmatib⁹.d.ini-
tiū salutis nostre deo miserāte habem⁹
Ut acqescam⁹ salutari inspiratiōi.nostre
potestatis est.vt adipiscamur qꝺ acgren
dū admonitionē cognouim⁹.diuini est
muneris.Ut nō labamur iā adepto salu
tis munere:nostre sollicitudinis est:⁊ di
uini pariter adiutorij.Ex hoc dicto clare
cognoscit ꝙ pricipiū salutis a gratia dei
est:ꝫ nō nisi in hoie ꝯsentiēte.Qꝺ etiaꝫ
Aug.li.de li.ar.aptissime māifestat. vir
tutē inqt deus in nobis sine nobis opat.
Et iteꝝ.Qui fecit te sine te: nō saluabit
te sine te.Que auctoritates vnā eandēqꝫ
sententiam habent:nullāqꝫ repugnātiā
Nam prima auctoritas denotat in hois
salute dispositioneꝫ susceptiuā virtutis ⁊
ptātē effectiuā.Dispositio susceptiua vir-
tutis ē liberū arbitriū.ptās aūt effectiua
est diuina grā.Dicit ergo.Uirtuteꝫ deus
opat i nobis ꝯsentiētib⁹. Ecce dispositio
susceptiua. Sine nobis efficiētib⁹. Ecce
effectiua ptās:q̄ deo tribuit.Et i scꝺa au
ctoritate idē dr Qui fecit te sine te efficiē
te. Ecce ptās effectiua.Nō saluabit te si-
ne te ꝯsentiente.Ecce dispositio suscep-
tiua.Et cū liberū arbitriū vix aut nunqꝫ
destituat a gratia gratis data ꝺm Bon.
i.ij.di.xxviij.ar.ij.q.i.qd aliꝺ restat nisi
malos nō saluari nō ex ꝺfectu grē:ꝫ ex
defectu ꝓprie volūtatis.Sicut eni sol ra-
dios suos nō abscōdit:ꝫ illos q̄ꝫtū in se
est oibus indifferenter cōicat:ita ⁊ deus
grāꝫ suā.Et sicut aliqs claudēs fenestrā
ne lumē solis videat est inculpandus qa
lumen recusat:⁊ nō sol ipse qui q̄ꝫtuꝫ in
se est relucet ei:Ita reprehensibilis ē hō
q resistit gratie dei quā ipse semper dare
est paratus.Quid nanqꝫ culpe in fonte
vberrimo ⁊ affluentissimo esse potest:si
transiens quispiā siti defatigatus: ꝓpria
sua negligentia illius aquam nō bibat?
Audite itaqꝫ miseri pctōres ⁊ intelligite
si saluari cupitis:si pctōꝝ veniā concu-
piscitis:si celestē patriā anhelatis. Apite
cor vestrū:⁊ nō contēnatis gratiam dei
vocantis:quia Apoc.iij.c.dicit Ego sto
ad hostium ⁊ pulso. Si quis aperuerit
mihi intrabo ⁊ cenabo cū illo: ⁊ ille me
cum.Clamat equideꝫ deus benign⁹ ad
aiam peccatriceꝫ.illud quod Cant.ij.c.
scribitur.Aperi mihi soror mea : sponsa
mea:amica mea:colūba mea : formosa
mea.Aperi.scꝫ aia soror mea:qa tu ad
imaginē ⁊ similitudinē meam facta es:
Sponsa mea:qr ad hūc finē desponsa-
ui te in fide:vt mecū in celis in eternū re
gnare valeas. Amica mea:Quia bene
ficiorū multitudine: vt me cognoscas:
vt me diligas:a me ꝓdotata es. Colū-
ba mea:vt mihi similiter obedires ꝓce-
ptis ⁊ monitis salutarib⁹: a me bene in-
structa ⁊ disciplinata es. Formosa mea
qa vt me solū formosum amares:sūma
pulchritudine a me decorata es. Aperi
ergo m̄i:⁊ me nō abijcias neqꝫ repellas

¶ Capl'm tertiuꝫ de exemplis qb⁹ clar
constare pōt ꝙ oēs peccatores si volunt
possunt saluari:⁊ si qui nō saluant.ideo
est:qa nolunt.nemine ipsos cogente.

t Ertia cōclusio dicit exēplari
tatis.Sūt qdeꝫ exempla plu
rima quib⁹ apparere potest:
ꝙ facile sit saluari.cū sit hoc in volūtate
vniuscuiusqꝫ sicut supius diximus. Au-
diamus ergo Aug.i li.de li.ar.Et notat
i decretis.xxiij.q.iiij.c. Nabuchodono-
sor.Ubi egregi⁹ doctor adducit exēpluꝫ
de Nabuchodonosor ⁊ pharaōe dicēs
Nabuchodonosor pniam meruit fru-
ctuosaꝫ.nōne post inumeratas ipietates
flagellatus rex ille penituit: ⁊ regnuꝫ qꝺ
pdiderat rursus accepit? Pharao autē
ipsis flagellis durior est effectus ⁊ perijt
Hic nihil rōnem reddat qui diuinū cō
siliū nimiū altoꝝ sapienti corde diiudi-
cat: Cur medicamentuꝫ vnius medici
manu ꝯfectū:alij ad interitū:alij value-
rit ad salutē:nisi qa xpi bon⁹ odor:alijs
est odor vite in vitā:alijs est odor mor-
tis in mortē?q̄ꝫtū aūt ad naturam am-
bo hoies erant:q̄ꝫtū ad dignitatē ambo
reges:q̄ꝫtū ad causaꝫ ambo dei populū
captiuū possidebāt:q̄ꝫtū ad penā ambo

flagellis clemēter admoniti. quid ergo fines eorum facit esse diuersos: nisi quod vnus manū dei sup se sentiēs: in recordatione proprie iniquitatis igemuit. alter vero libero contra dei misericordissimā veritatē pugnauit arbitrio: Hec ille. Pharao namque .x. plagis a deo percussus nō se humiliauit: sed populū dei persequēs i mari rubro submersus dānatus periit. Nabuchodonosor vero post septennē penitentiā siue sui castigationē: vt dicitur Daniel. iiij. c. leuauit oculos ad celū: et se deo humiliās ad honorē regni decorēque venit. et secundum Nico. de lira super hoc passu Danielis. saluus mortuus est quia scriptura historiam illam in eius salutem terminat. Patet ergo quod nec pharaōi nec Nabuchodonosor ad diuersos fines facta est violentia. Est et huic sile exemplū Petri et Jude discipulorū xpi Petrus xpi apls: Judas xpi apls. peccauit Petrus negādo xpm. peccauit Judas perdendo xpm. Quid est ergo quod petrus post peccatū xpo successit in aiarum cura et merito coronatus Beatitudinis palmā accepit. Judas vero se laqueo pimens et suspendens dānatus est: Nulli dubiū esse debet quod si iudas saluari voluisset vtique vere potuisset. Unde de pe. di. i. c. his ptātis. dicitur arbitror enim quod etiam Judas potuisset tanta miseratione dñi nō excludi a venia: si penitentiā nō solū apud iudeos: sed apud xpm egisset. hec ibi. Penituit inquies Judas: sed cur veniā nō accepit: Ad quod facile est rñdere Quia laqueo se suspendit. Et ideo in. c. Judas de pe. di. iij. dicitur penituit sed male nam laqueo se suspendit. Idem notatur i. c. Nihil. et in. c. sceleratior eadē di. et in. c. nemo de pe. di. i. vbi dicitur nemo pōt bene agere penitentiam nisi sperauerit idulgētiam. Uidens quippe Judas quia male egerat in singultibus et suspiriis prorupit. dicens. Peccaui o me dolentē. peccaui o me i felicē. Peccaui inquit: quia tradidi sanguinem iustū. O impie Juda cur tuum peccatū cognoscēs nō cucurristi ad pedes ihesu xpi. sed potius ad pedes sacerdotū ēt si illū q̄rere debuisses: siue ligatū ad colūnā siue crucifixū: siue iter duos latrones pēdētem: Si eo inuento dixisses ei peccaui ihesu: quia osculo te tradidi i manus iniquorū: vile preciū ab eis suscipiens: statim audiuisses vocē dulcissimā eius dicētē tibi Remittuntur tibi peccata tua. nō hoc fecit Judas: sed abiēs laqueo se suspēdit. et sic dānatus interiit. Petrus vero post trinam negationem si voluisset dānatus fuisset. Nullus eū induxit ad salutē: sed sentiens cātū galli vt predixerat ei xps. et videns se a xpo respici. sicut habetur. Luc. xxij. egressus foras fleuit amare. Dicebat forte Petrus O quanta est iniquitas mea. O q̄m graue peccatū. Negaui me scire xpm quem vidi: quē amaui: qui me tantum dilexit Uidi eum super aquas ambulare: mortuos suscitare: illuminare cecos: et mundare leprosos: et tamē dixi me eū nō vidisse. O benignissime pater mi: negaui nosscere te quē aspexi propriis oculis transfiguratum in monte: et captus formositate et pulchritudine maiestatis tue dixi faciamus hic tria tabernacula: O piissime saluator mundi: tu me ad apostolatum vocasti: Tu meos pedes lauisti. Tu mihi tua secreta monstrasti: et ego cum iuramento negaui te. Parce mihi: indulge peccatis meis: non me despicias penitentē. O Petre esto securus: quia humilitas penitentie tue xpm inclinat ad veniam. Pepercit Petro xps quem nunc sedere facit in gloria regni celorum Que itaque difficultas est vt peccatores saluentur: qui cū volunt possunt saluari: Audiāt peccatores omnes: quid loquar: quid cum veritate dicam. Si aia peccatrix: diaboli serua: inimica dei: et gratia spoliata: deleta ex libro viuentium propter sua scelera multa et nephandissima: deo reconciliari voluerit: tanta ē facilitas: vt ad reconciliationem huius non sit expediens neque necessarium expectare tempora longa. non annos: non mēses: non diem: non horam: sed vt sic dicam i ictu oculi reuoluto corde ad deū cū compunctione et proposito bene viuendi ipso facto omnis culpa cessabit. O igit

reprehensibilis humana durities. o re-
probanda negligētia peccatoꝝ. o impie
tas humane mentꝭ. Tam dulcis ē via sa
lutis oībus populis: ⁊ tñ paucissimi illā
ingrediūtur. Clama ad deū o peccatrix
aīa ⁊ dic ei: Miserere mei: ⁊ statiȝ sine
vlla dilatiōe dabit tibi grām suam quaȝ
offert oībus ad se recurrentibus: quos
vocat sicut patet in themate. s. Uenite
s. ad grām meam quam vobis liberali-
ter exhibeo. Hanc ipse deꝰ det nobis oi-
bus vt ꝑuenire tandē possimus ad eter-
nam gloriā. Amen.

¶ Sermo secūdus de diuina caritate i
quo ostēdit ꝙ suauis ⁊ benignꝰ sit deꝰ
bñdictꝰ ipis pctōribꝰ vt saluent̄ ꝗ suaui
tas ad oēs se extēdit ⁊ nullū excipit.

V enite ad me
oēs q laboratis ⁊ one-
rati estis. ⁊c. vbi. s. Co
natur antiquus hostis
suggerere eis q pecca-
ta p̄stina deponere iaȝ
disponunt sentiētes facilitatem volunta
tis sue: ꝙ benignus deꝰ cū multa expro
bratione atqȝ obiurgatione peccatores
ad se redeūtes suscipiat. Qd̄ falsissimū
esse cōstat ⁊ ab omni veritate alienū: cū
rex ipse ⁊ dñs oium creaturaꝝ peniten-
tibus sit totus blandus benignus placa
bilis dulcis suauis ⁊ pius. Quare in pre
senti ꝫmone ad confortatōem oium de
scd̄a flāma diuine caritatis que suauitas
dicta est disseremus: ostendētes ꝙ im-
mensa sit suauitas dei ad oēs sub triplici
radio illustrāte. Erūtqȝ hi tres radij tres
conclusiōes cōfirmātes hāc ꝟitatē. s. ꝙ
deus ex suauitate sua multa facit vt pec-
catores saluētur: que nō faceret si ñ vel
let ꝙtum in ipo est saluos fieri oēs.
Primus radius dicitur beneficiorum
cōmunicatio.
Secundus radius dicitur diuturna sup
portatio.
Tertius radiꝰ dr̄ abundās miseratio.

¶ Capitulum primū vbi dicitur de im
mēsis beneficijs ꝗ deꝰ exhibet cunctis
peccatoribus ostendēs ꝙ quātū in se est
vult omnes saluari.

P Rimus radiꝰ ꝗ illustramur ad
infernū. Et Tobias cū cecꝰ fuiſſet dicebat
his qui inſultabant ei. Tob. vi. filiȷ̄ ſcō-
rum ſumus: ⁊ illam expectamus vitam
quam deus daturus eſt his qui fidē ſuā
nunq̄ꝫ mutant ab eo. Septem fratres
inſuper cū certi eſſent de aīe imortalita-
te teſtificati ſunt. iȷ̄. Machab. viȷ̄. Cū. n.
Antiochus contra fas compelleret eos
carnes porcinas comedere: nec vellent
obedire: iuſſit ſartagines ⁊ ollas eneas
ſuccendi: iuſſitqꝫ ei qui prior fuerat locu
tus amputari linguā: ⁊ cute capitis ab-
ſtracta. ſummas quoqꝫ manus eiꝰ ⁊ pe-
des precidi ceteris eiuſdē fratribꝰ ⁊ ma-
tre inſpicientibus. Et cum iam per oīa
inutilis factus eſſet: iuſſit igneȝ ei admo
ueri ⁊ adhuc ſpirantē torreri in ſartagi-
ne. In qua cum diu cruciaret̄ ceteri vna

cum matre inuiceȝ ſe hortabāt̄ fortiter
mori. d. Dñs deꝰ in ſeruis ſuis conſola-
bit̄. Mortuo h̄ prīo ſecūdꝰ capit̄: ⁊ cute
capitis eiꝰ cū capillis detracta interroga
bant ſi manducaret prius q̄ꝫ toto corꝑe
ꝑ mēbra ſingula puniret̄. At ille rñdēs
pr̄na voce dixit. Nō faciā. Nō iō q̄ꝛ fr̄
meus crudelr̄ cō ſecutꝰ ē mortē negabo
dñꝫ. ꝓpter qō ⁊ ille ſequēti loco ꝓmi tor
mēta ſuſcepit. ⁊ i vltio ſpū ꝯſtitutꝰ ſic ait
Tu qdē ſceleſtiſſime in pn̄ti vita nos ꝑ-
dis: ſꝫ rex mūdi defūctos ꝓ ſuis legibꝰ i
eterne vite reſurrectione ſuſcitabit. poſt
hunc tertius illudit̄: ⁊ linguā poſtulatus
cito ꝓtulit: ⁊ manus conſtanter oſtendit
⁊ cum fiducia ait: E celo iſta poſſideo:
ſed ꝓpter dei legem nunc hec ipſa deſpi
cio: quia ab ipſo me maiora recepturuȝ
ſpero. Jta vt rex ⁊ q cū ipo erant mira-
rentur adoleſcentis animū: ꝙ quaſi ni-
hilū eſtimaret cruciatꝰ. Et hoc ita defū
cto quartū vexabant ſimiliter torqnētes
Et cum iam eſſet ad mortē ſic ait. Po-
tius eſt ab hoībus morti datos ſpem ex
pectare a deo: iterū ab ipſo reſuſcitādos
Tibi eni reſurrectio nō erit ad vitaȝ. Et
cum eū amoniſſent quintū vexabāt. At
ille reſpiciens in eū dixit. Ptātem inter
hoīes habens cū ſis corruptibilis facis
quod vis. Noli aūt putare genus nr̄m
a deo eſſe derelictum. Tu aūt patienter
ſuſtine ⁊ videbis magnā ptātem ipſius:
q̄liter te ⁊ ſemē tuū torq̄bit. Poſt hūc
ducebant ⁊ ſextū. Et is mori incipiens
ſic ait. Noli fruſtra errare. Nos eni ꝑꝑ
noſmetipſos hec patimur peccantes in
deū noſtrū ⁊ digna admiratione facta
ſunt in nobis. Tu autē patienter ſuſtine
⁊ videbis magnā ptāteȝ ipſius qualiter
te ⁊ ſemē tuū torquebit. Poſt hunc du
xerunt ⁊ ſeptimū: q fili modo aīoſe tor
menta excepit. At mater preſens exñs
morientibus filiȷ̄s talia loquebatur. Ne
ſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis.
Nec eni ego ſpiritū ⁊ aīam donaui vob
⁊ vitam: ⁊ ſingulorū membra non ego
ipſa compegi. ſed mūdi creator qui for-
mauit hoīs natiuitateȝ quiqꝫ omniū in-

uenit originē: ꝛ spem nobis iteruꝫ cum misericordia reddet ꝛ vitaꝫ. Ad vltimū cum ad adolescentioreꝫ venissent dicebat. Fratres mei modico nunc dolore sustentato sub testamēto vite eterne effecti sunt. Post quos omnes ꝛ mater cōsumpta est. Similiter ꝛ doctores sancti aie imortalitatē testāt. Primus nanqꝫ ē Augu. qui septimo li. de trini. c. xiiij. ait Aīa habet mortē suaꝫ: cum vita btā caret: que vere aie vita dicenda est. Sꝫ immortalis ideo nūcupat qm̄ qualicunqꝫ etiam cuꝫ miseria nūq̄ desinit viuere. Et idē i libro de spū ꝛ aīa dicit. Immortalis est anima: ne a creatoris sui silitudine discrepare videat. Nō eni poterat esse imago ꝛ similitudo dei: si vllo mortis termino clauderet. Et in li. de ecclesiasticis dogmatibꝰ ait. Solū homineꝫ inuenimus habere aiam substātiuaꝫ: q̄ exuta corpe viuit ꝛ sensus suos atqꝫ ingenia viuaciter tenet: nec cū corpe moritur sicut arabi asserūt: nec post modicū iteruallū sicut zeno: qꝛ substātialr̄ viuit. Et idē in ench. ꝛ ponit. xiij. q. ij. c. tēpus Tēpus qḋ iter hoīs mortē ꝛ vltimā resurrectionē iterpositū est: aīas abditꝭ receptaculis cōtinet sicut vnaqueqꝫ digna ē vel reqe vel erūna: pro eo qḋ sortita est in carne dū viueret. Et Greg. li. iiij. dia. sic loqtur. Tres vitales spūs creauit oipotēs deꝰ. Unū q carne nō tegit: nec cū carne moritur. Alium qui carne tegitur sed nō cum carne morit. Tertiū q carne tegit ꝛ cū carne morit. Primus est angelicus spiritꝰ. Secūdus est spiritus humanus. Tertius est spiritus iumētoꝝ oiumqꝫ brutorum aīalium. hec ille. Et Hiero. ad Benedictū eundem reprehēdens de imoderato dolore pro morte filie sue dicit. Caritatis tue scripta ꝑcepi: in quibꝰ aium tuū dolore cōmotum de filie dormitione cognoui. Non aliud inte admiratus suꝫ q̄ xpiani pectoris i te ṽtutē ablatā fuisse. Stupeo muꝝ fidei penetratū vulneribus orbitatis: queꝫ sopire debuerat spes resurrectionis ꝛ regni celestis. Et Anastasiꝰ papa. xiij. q. ij. c. habent. ad idē ait. Habent forsitan illi iuxta longi doloris excusationē q vitam alteram nesciūt: q de hoc seculo ad melius esse transitū nō cōfidūt. Nos autē qui hoc credimus ꝛ docemus: cōtristari nimiū de obeuntibus nō debemꝰ. At vt concludamus audiendus est xp̄s: q x. c. Math. d. Nolite timere eos q occidunt corpus: aiam aūt non possūt occidere. Sed potius eū timete qui pōt aiaꝫ ꝛ corpus ꝑdere in gehennā. Et Math. v. Gaudete ꝛ exultate: qa merces vestra copiosa est in celis. Math. xxv. Ibunt hi in suppliciū eternū: iusti aūt in vitam eternā. Omitto aliorum testimonia ne longitudine ṽboruꝫ audientes tedium suscipiant. Hoc tm̄ addens ꝙ oia que scripta sunt tam in vtroqꝫ testamēto q̄ i libris doctoꝝ ecclie: hāc ṽitatē directe vl' idirecte ꝯcludūt. ¶ Tertiū testimoniuꝫ est theologorū q in. ij. di. xix. m'tiplr̄ aie imortalitatē defendūt. Est tm̄ huiꝰ veritatis inter ceteros defēsor acerrimꝰ. d. Boñ. vbi. s̄. ar. i. q. i. q ait ꝑmo. ꝙ si cōsideremꝰ aiam in ꝯpatione ad diuinā iustitiā: necesse ē illā fore imortalē. Ad diuinā qppe iustitiā spectat: vt nihil qḋ bn̄ ꝛ iuste fit ṽgat in malū exitū. Sꝫ ꝑꝫ oēs sapientes ꝛ morales phos: potius debꝫ homo pati mortem q̄ recedere a veritate vite: ꝛ a veritate iustitie: Sed si oio ꝑimeret anima. ꝑimeret ois iustiia que ē in ipa. ergo talis ꝑpessio que ē iusta. ꝛ quā laudat ois ratio recta malum haberet exitū: qḋ ē ꝯ diuinā iustitiā. ¶ Scḋo si cōsideremꝰ aiam in compatione ad ꝑpriam virtutē: necesse ē eam esse imortalem. Nam cuiuslibꝫ substantie corruptibilis opatio antiquat ꝛ senescit in tēpore Sed aie rōnalis opatio nec antiquatur nec senescit in tpe: imo iuuenescit: quia i antiqs est sapientia: in multo tpe prudentia. ¶ Tertio si consideremꝰ aiam i cōpatione ad suū finē: necesse est eam fieri imortalē. Nam finis iponit necessitatē his que sunt ad finem. Finis vero ipsius anime ē beatitudo. Si ergo btūs esse non potest: qui bonū qḋ habet pōt

amittere. Igit necesse est animā esse im
mortalem.

T Ertius modus ad ostendendū
aie imortalitatē est exemplorum
corruscatio. Possumus autem
subdistinguere tria exempla.
Primū exemplū dicit apparitionis.
Secūdū exemplū dr̄ exauditionis.
Tertiū exemplū dicit defensionis.

¶ Primū exemplū dicit apparitionis.
Et si dicat: quō potest aīa apparere cum
sit inuisibilis ⁊ incorporea. Dicimus ꝙ
deo volente apparent aliquando anime
ī vigilia: ⁊ aliqñ ī somnis. de apparitōe
ī sōnis nō est dubiū ꝙ visio illa est ima
ginaria q̄ fit per aliquā repñtationē ali/
cuius rei corporal'. Illa vō apparitio que
fit ī vigilia sicut appitio Moysi Mat.
xvii. ī trāsfiguratione ⁊ aiarū aliaꝝ: de q
bus dicet in sequētib⁹ qual'r fiat difficile
ē assignare. Nā aliq dicūt ꝙ aia Moy
si apparuit ī ꝓprio corpore qd̄ ass ūpsit
ad tempus. Qd̄ videt tenere Augu. ī li.
de mirabilib⁹ sacre scripture li. iii. c. xiij.
Sed dicit Tho. iij. pte. q. xlv. ar. iij. ꝙ li/
ber hic false ascribit Aug. iō q̄ ibi tradū
tur nō sūt autentica. Item alij dicunt ꝙ
aie possunt apparere in alienis corpib⁹
assūptis sicut apparent angeli. Recitat
Dionisius in epl'a ad Thimoteum qua/
liter Petrus ⁊ Paul⁹ sibi apparuerunt
in hec verba. Attende miraculū: vide
ꝓdigiū frater Thimothee. Die eni victi
mationis eorum presto fui. Post mor
tē vō illoꝝ vidi eos īuicē manu ad ma/
nus intrantes portas vrbis: ⁊ īdutos ve/
stes luminis: ⁊ colore claritatis ⁊ lucis
ornatos. Hec ille. In legenda insup pau
li narratur ꝙ cum ipse duceretur ad lo/
cum passionis cuidam matrone Plan
tille eius discipule obuiauit. que ẜ Dio/
nisiū alio noīe Lenobia nuncupabatur
Que flens orationibus Pauli cōmez
dare se cepit. Cui Paulus. Uade Plā
tilla eterne salutis filia: comoda mihi ve
lum quo caput tuum tegis: ⁊ illo oculos
meos ligabo: ⁊ postmoduz illud tibi re
stituam. Cum ergo ad locum passionis
venisset: versus orientem manib⁹ ī celuz
extensis deuotissime cū lachrimis ꝑma
vice orauit. Postmodū vt dicit Dioni/
sius oculis imposito velo Plantille ex/
tendit collū: ⁊ suscepit coronaz. Et pcu/
tiente carnifice amputatū est caput pau/
li. Tunc beatissimus in ipso ictu explica/
uit velum: ⁊ collegit sanguinem propriū
⁊ ligauit eum ⁊ obuoluit ⁊ tradidit eū fe
mine. Et r̄uerso carnifice dixit ei Leno
bia. Ubi dimisisti mgr̄m meū Paulū
Rñdit: cū socio iacet ibi ex̄ vrbē ī valle
pugilū: ⁊ velo tuo velata ē facies ei⁹. Et
ipsa Rñdēs ait. Ecce nūc ītrauer̄t Pe
trus ⁊ Paulus induti veste preclara: ⁊
coronas fulgentes habebāt in capitibus
Et ꝓtulit velum sanguine cruentatuz. ⁊
monstrauit eis. Propter qd̄ multi fue/
runt ad xp̄m conuersi. ¶ Secūdum ex
emplū. In legenda quoqz Pauli ꝑmi
heremite legit: ꝙ beatus Antonius ille
magnus vidit angelos aiam Pauli ad
celos deferentes: Qui currens ad eius
cellam inuenit eū genib⁹ flexis ad mo/
dum orantis: ita vt viuere eū estimaret
Sed cū mortuū didicisset dixit. O san/
ctissima aia qd̄ gerebas in vita ī morte
mōstrasti. Sicqz adiutorio duorū leo/
num supuenientiū ipsuz tradidit sepultu
re. ¶ Tertiuz exempluz est de scō Ger
mano de quo dicit Grego. ij. dialogorū
ꝙ sanctus Benedictus longe a capua/
na ciuitate positus ipsius animam ī glo
bo igneo ad celum ferri ab angelis aspe
xit. ¶ Quartum exemplū ē de btō Frā
cischo: de quo refert dñs Boñ. in legen
da maiori. ꝙ illa hora qua obdormiuit
vnus ex fratribus vidit ipsius aiam sub
specie stelle prefulgide in celū recto tra
mite sursū ferri. Minister quoqz fratꝝ
terre laboris: qui tunc erat frater Augu.
vir vtiqz sanctus ⁊ iust⁹ in hora vltima
positus: cum iampridem amisisset loq̄/
lam: audientib⁹ qui astabant subito cla/
mauit ⁊ dixit. Expecta me pater: expecta
me pater. Iam venio tecū. Querentib⁹
aūt fratribus ⁊ admirantibus cur sic lo
queret respondit. Nōne videtis patrez

nostrũ Franciscũ qui vadit ad celũ? Et
statim sancta illa aĩa migrans a carne
patrẽ est secuta sanctissimũ. Episcopus
insup asisin⁹ ad oratoriũ sci Michae/
lis in monte gargano nũc tẽporis pere
grinationis causa perrexerat. Cui btũs
Franciscus in nocte transitus sui appa/
rens dixit. Ecce relinquo mũdũ: ⁊ va/
do ad celũ. Mane igit̃ surgens eps so/
cijs narrauit que viderat. Et asisium re
diens cũ sollicite requisisset certitudina
liter recognouit: q ea hora q̃ sibi p visio
nẽ inotuit: beatus pr̃ ex hoc mundo mi
grauit. ¶ Quintũ exẽplũ ẽ de btõ. mar
tino. De quo refert beat⁹ Seuerus i suo
dialogo: q btũs Seuerus eps coloniẽ/
sis dũ die dñica cũ suis clicis p⁹ matuti
nũ loca scã visitaret: illa hora q̃ vir btũs
obijt andiuit chorũ canẽtiũ i sublimi: di
xitq; suis. dñs meus Martin⁹ eps mi/
grauit ex hoc mundo: ⁊ nũc angeli ca/
nendo deferunt eũ in celũ. Eodẽ quoq;
tpe mediolani Ambrosi⁹ eps erat. Cuz
aũt celebraret dñica die erat cõsuetudo
vt veniens lector nihil legere psumeret
pusq; sanctus pater nutu iussisset. Factũ
est aũt vt illa die dñica nullus extaret q
lectionem beati Pauli legeret: qua bea
tus antistes super scm̃ altare obdormi/
uit. Quem cum nullus excitare presu/
meret transacto longo spacio excitaue/
runt eum dicentes. Jam hora preterijt:
Respondit btũs Ambrosi⁹. Nolite tur
bari. Multũ mihi valet sic obdormisse
Quia tale miraculum dñs dignatus est
ostendere. Nam noueritis fratrez meuz
Martinũ sacerdotẽ egressum fuisse de
corpe me aũt eius funeri obsequiũ pre/
stitisse. Tunc illi stupefacti diem ⁊ tẽpus
notant atq; reperiunt: sicut dixerat illis
Ambrosius. ¶ Sextũ exemplũ ẽ scõꝝ
Seruasij ⁊ Protasij martyrũ: quorum
corpa inuenit btũs Ambrosius anno se
cũdo Theodosij i Mediolani. Naz sibi
apparuerũt: ⁊ etiã cũ eis apparuit Pau
lus ⁊ declarauerũt locũ in quo sua cor/
pora erant recõdita. Que magna deuo
tione Ambrosius ad basilicam fauste re
posuit. ¶ Septimũ exemplũ est de in/
uentione corpis sci Stephani: qđ reper
tuz fuit hierosolymis apparente Gama
liele presbytero cuidaz Luciano. Et ne
p singulos ire necesse sit: multa visa sũt
etiam post mortem de statu defunctorũ
in quibus aiarũ imortalitas apertissime
demonstrat̃. ¶ Secũdũ exemplũ dicit̃
exauditionis. Si enim aĩe sanctorũ nõ
viuerent i regno dei: quõ possent hoies
mundi i suis petitionibus exaudiri? qđ
autem exaudiant patz de illis q se v̇gini
gloriose Katherine: Antonio alijsq; san
ctis cõmẽdant quoꝝ suffragija a multis
piculis ⁊ aduersitatib⁹ libant. In tẽpesta
te maris naufragiũ patientib⁹: in egritu
dine varijsq; angustijs laborãtib⁹ quoti
ens subuenit v̇go beata? Quid igit̃ refe/
res tu o fili pditiõis? Est ne mortua vir
ginis aĩa? est ne mortua aĩa bti Antonij
Nunqd mortua ẽ aĩa btẽ Ursule aliorũ
q; sanctoꝝ? Absit tã impiũ errorẽ cogi/
tare. O pr̃ Frãcisce quõ aĩaz tuã dicere
possum⁹ mortuã q p⁹ mortẽ tuã tãtis ex/
hibuisti subsidia caritatis? Narrat dñs
Boñ. hoc miraculum in legẽda maiori
beati Frãcisci: q i ptib⁹ cathalonie acci/
dit virũ quendã noie Johem btõ Fran
cisco deuotũ quodã sero p quandã viã
incedere: in qua p inferenda morte insi
die latitabant non quidem ipsi sz cuidã
alteri. Exurgens autẽ quidam de isidijs
cum hostem suũ eũ esse putaret: tam le/
taliter eum plagis pluribus gladiauit: vt
nulla prosus subesset spes recuperande
salutis. Cum igitur iudicio medicorum
ipsius desperata esset curatio: conuertit
se ad beati Francisci patrociniũ ⁊ quan/
ta poterat deuotione salutẽ postulabat.
Cui nocte astitit quidam in habitu fra/
tris minoris p fenestram ingressus: qui
vocans eum dixit. Quia fiduciã habui/
sti in me: Ecce dñs liberabit te. A quo
cum eger inquireret quis esset: Franci/
scum se esse respondit. Et statim appro/
pinquans vulnerũ suorũ ligaturã resol/
uit. Et cũ vnguẽto p oẽs plagas vt vide
batur punxit. Statimq; sensit se pristi/

ne restitutū sanitati. Quo facto beatus
Frācisc⁹ recessit. At ille vxorē let⁹ vocauit
Que celeriter currens: ⁊ stare iā videns
quē sepeliēdū putabat i crastinū viciniā
totā clamore ꝯpleuit. Accurrentes autē
sui cū niterent illū tanꝗ freneticum in
lectū reponere ⁊ ille renuens oñderet ⁊
assereret se sanatū: tāto sunt stupoꝛ atto/
niti: vt q̄si sine mente oēs sint effecti: ⁊
ip̄m fantasticū eē crederēt: qꝛ quē paulo
añ ꝯspexerāt plagis atrocissimis laniatū
plena videbant icolumitate iocundum
Quibus ille qui factus fuerat sanus ait.
Nolite timere: quia sanctus Franciscus
modo a loco isto recessit. Et illarum sa/
crarū manuū tactu me integre libauit
Inquit post hec dñs Boñ. Digne qdez
beatus pater carne iaz mortuus ⁊ viuēs
cum xp̄o presentie sue ostensionē mira/
bili: ⁊ manuum sacrarum palpatione su
am vulnerato letaliter viro sanitatez cō
cessit: cum illius in se stigmata tulerit q
misericorditer moriens ⁊ mirabiliter re
surgens: vulneratum genus humanum
⁊ semi viuū relictū plagarū suaruz v̄tu/
te sanauit. ¶ Tertiū exemplū dicit̄ defē
sionis. Scōꝝ quippe patrocinia quib⁹
sepius populi subsidium defensionis ob
tinuerunt: animam ostendūt imortalez
Scribitur nanqꝫ in .ij. Machab. c. xv.
q̄liter cū Judas. Machabeus cogeret
bellū cōmittere contra Nichanorē qui
hierusalem ⁊ templuz dissipare volebat
essetqꝫ Judas in locis samarie cū pau/
cis qui timebant ꝓpter paucitatez suaz:
hortatus est eos Judas: exposito sōnio
quod in eadez nocte viderat in hūc mo
dum viderat enim sūmuz sacerdotē de/
functū iam manus ꝓtendentez orare ꝓ
populo iudeorum. post hunc apparuisse
Hieremiaz ꝓphetam dedisseqꝫ ipi Jude
gladiuz aureuz ⁊ dicentem. Accipe gla/
dium sanctū: in quo concidas aduersa/
rios populi mei israel. Qua visione cō/
fortati qui erant cū Juda impetum fece
rūt in hostes: ⁊ prostrauerūt ex eis non
min⁹ q̄ꝫ. xl. milia. Nichanore cū eis in/
teremptо. ⁊ redierunt hierosolymā bñ/
dicentes deū: caput Nichanoris ⁊ ma/
num cum humero abscisam cōtra tem
plum suspendentes. Nōne scūs Mer/
curius Julianum apostatam interfecit?
Naz cum ipse contra persas incederet
manu forti: in nocte vidit Basilius in ec
clesia sancte Marie in visu multitudi/
nem angelorum: ⁊ in medio quandam
feminā in throno stantem: ⁊ stantibus
dicentez. Vocate mihi cito Mercuriuz
qui Julianū apostatam occidat: q me ⁊
filiū meū sup̄be blasphemat. Erat autez
Mercurius quidam miles qui ab ip̄o
Juliano ꝓ fide xp̄i fuerat interfectus:
⁊ in eadem eccłia erat sepultus. Statim
qꝫ sanctus Mercurius cuz armis suis
que ibi seruabātur affuit: ⁊ iussus ab ea
in preliuz properauit: ⁊ monumētū suū
aperuit. Expergefact⁹ aūt Basilius ad
locum vbi sanctus Mercurius cū ar/
mis suis quiescebat: iuit ⁊ monumentū
suū aperiēs nec corpus ibi nec arma in
uenit. Sequenti mane ibidem rediens
inuenit corpus eius ⁊ arma ⁊ lanceam
sanguine cruentatam. Et ecce quidā de
exercitu dixit. Cuz Julianus imperator
in exercitu moraret̄ affuit miles quidam
ignotus: qui vrgens calcaribus equum
audaci mente Julianū impetijt: lanceaz
fortiter vibrans ⁊ ipsum ꝑ mediū perfo
rauit. Et subito abscedens nusq̄ꝫ com/
paruit ipse vero Julianus dum adhuc
spiraret: vt dicitur in historia tripartita:
sanguine suo manuz impleuit. ⁊ in aere
ꝓiecit. dicens Vicisti me Galilee vicisti
Sicqꝫ in his vocibus expirauit: Et ab
omnib⁹ suis insepultus relictus fuit. Ec
ce quot nobis offerūtur exempla vt ani
mam immortalez sciamus. O dura cor
da quid facitis? Cur anime salutem ne/
gligitis? Audite xp̄m dicentez. Math.
xvi. Quid prodest homini si vniuersuz
mundum lucretur: anime vero sue de/
mentum patiatur? Aut quam dabit ho/
mo commutationem pro anima sua?
Queramus igitur illaz saluare: vt viuat
cum xp̄o hic per gratiam: ⁊ in futuro ꝑ
gloriam. Amen.

¶ Sermo vigeſim⁹ prim⁹ ꝺe beatitudie
ſancto ꝝ in q̊ cōfutaꝉ fatuitas hominum
mūdanorum. q nō credūt aliqꝺ ꝺ̉ vita
futura.

Merces veſtra copioſa ē
in celis. Verba ſunt re/
demptoris noſtri origi/
naliter math .v.c. Tāta
eſt quorūdam ſtulticia
vt arbitrentur nulla eē
bona preter ea que in
pn̄ti vita a pijſſimo ꝺeo
vſibus humanis cōceduntur. Nil cre/
ꝺūt nil cogitant. Nihil ꝺeniq; ſperāt. ꝺe
futura celeſtis regni hereditate. Somni
um putāt ymo fictionē ⁊ fabulā. quicqꝺ
ƀm omnē veritatē ꝺe ſcōꝝ beatitudine ꝑ
clamatur. Hi omnē ꝺiligentiā adhibent
vt corporeis ſenſibus in ſuis ꝺelectatio/
nibus voluptuoſis ſatiſfiat. Animā vͦ
virtutibus honeſtiſq; moribus inſtruere
⁊ negligunt ⁊ contemnunt. Propterea
equū eſſe cenſui ſi in preſenti ſermone ꝺ̉
beatitudine verba fecero. nam illam cū
cti ꝺeſiderare ꝺebent que merito prepo/
nenda eſt oib⁹ que ab hoie precio habe
ri ſolent. ꝺe hac quilibet iuſtus atq; fide
lis aſſerit illuꝺ Sapientie. c. vij. Prepo
ſui illam regnis ⁊ ſedibus: ⁊ ꝺiuitias ni/
hil eſſe ꝺixi in comparatione illius. nec
cōparaui illi lapiꝺez ꝓcioſū. qm̄ oē auꝝ
in cōparatione illius arena eſt exigua. ⁊
tanq̄ lutū extimabiꝉ argentū in ꝯſpectu
illius. Super ſalutem ⁊ ſpeciē ꝺilexi eā
⁊ ꝓpoſui pro luce habere illā qm̄ inextin
guibile eſt lumē illius. venerunt aūt mi/
hi oīa bona pariter cū illa. Vt igiꝉ ꝺiſpo/
namus ea que tractaturi ſumus orꝺine
ꝺebito. beatituꝺiniſq; lauꝺes mirificen/
tiſſimas ꝯplectamur q̄ copioſa merces
a noſtro ſaluatore merito nūcupaꝉ. ꝺ̉ ip/
ſa tria myſteria principalia ꝓponem⁹ cō
templanꝺa.
Primū ꝺꝛ beatitudinis ꝺeſiderīu.
Scōm beatitudinis ſubiectū.
Tertiū beatitudinis obiectū.
¶ Q̄ꝺ beatitudo ē bonū qꝺ cūcti ꝺeſi/
ꝺerare ꝺebent. Caplm. j.

Primū myſteriū ꝯtēplādū ꝺici
btituꝺis ꝺeſideriū. in q̊ iꝺucēꝺa
ē cunctoꝝ mens vt aꝺ beatituꝺi
nē ꝺirigāt corꝺis affectū. illāq; virib⁹ to/
tis conenꝉ aꝺipiſci. nā ⁊ hoc ita pulchre
loquiꝉ Seneca aꝺ Lucillū. Aꝺ ſummū
inquit bonū ⁊ ꝓpoſitum totius vite tue
reſpice. Illi enim conſentire ꝺebȝ qcqꝺ
agimus. iꝺeo peccam⁹ qꝛ ꝺe partib⁹ vite
oēs ꝺeliberamus ꝺe tota vero nemo ꝺe
ſiꝺerat. Errant conſilia noſtra quia nō
habent quo ꝺiriganꝉ. Ignoranti quem
portū petat. nullus ſuus certus eſt. hec
ille. Sed vt pars iſta luciꝺior fiat op⁹ eſt
vt aꝺ tria ꝺubia reſponꝺeamus.
Primū vtrū hoi ꝯueniat agere ꝑꝑ finē.
Scōm vtꝝ finis hūane vite ſit btituꝺo.
Tertiū vtꝝ btituꝺo ſit bonū ꝺ̉ſiꝺerabile
¶ Aꝺ primū ꝺubiū rn̄ꝺet ſcūs Tho. i.
ƀe. q. i. ꝙ actionū q̄ ab hoie agūꝉ. ille ſole
ꝓprie ꝺicūꝉ humane q̄ ſūt ꝓprie hois in
q̄tum eſt homo ꝺiffert autez homo ab
alijs irrationalib⁹ creaturis in hoc ꝙ eſt
ꝺominus ſuorum actuum quoꝺ fit per
rationem ⁊ volūtatē. Ille itaq; actiones
ꝓprie hūane ꝺicūꝉ q̄ ex volūtate ꝺelibe/
rata ꝓceꝺūt. Alie vͦ nō ꝓprie humane
ſūt ſicut ꝺū mouet peꝺē. vel fricat barbā
alijs intētus ⁊ ſimilia. licet ſint hominis
iſte actiones ſcꝺe nō ſunt propter finem
ex quibus homo nec mereri pōt nec ꝺe
mereri. Seꝺ prime actiones aꝺ finē ſūt
ꝺirigenꝺe. Inqt nāq; phus. ij. phicorū.
Finis ē pricipiū i operabilib⁹ ab hoie. Et
in. ij. ethicoꝝ aſſerit. Finis oēs opanꝉ. Et
iterū. in. ij. phicorū. nō ſolū intellect⁹ ſeꝺ
natura agit ꝓpter finē. Et i. ij. methaphi.
qui infinitū faciūt auferunt naturaȝ bo
ni. Cum itaq; finis ſit qui mouet agentē
⁊ licet in executione ſit poſterior tn̄ prior
eſt in intentione agentis ⁊ habet rōnem
cauſe. ꝓpterea aꝺ hominem ſpectat vt
vt agat ꝓpter finē. ¶ Aꝺ ſecūꝺū ꝺubiū
rn̄ꝺet Ricarꝺus in. iiij. ꝺi. xlix. ꝙ vltim⁹
finis hūane vite ē beatituꝺo vt ait Aug.
li. viij. ꝺe ciui. ꝺei. Finis boni appellatur
quo quiſq; cū peruenerit beat⁹ ē. Et iꝺē
li. xix. ꝺ̉ ciui. ꝺei. Illꝺ ē finis boni ꝓpter

q̄ᵹ appetēda sūt cetera ip̄ʒ aūt pp̄ seip̄m Et.xxij.li.de ciui.dei.Finis inqt nr̄ ē p̄uenire ad illud regnum cuiꝰ nullꝰ finis ē.Et apl̄s ad romanos.vj. Habet̄ fructū vr̄m in sanctificatiōe.finē vo vitam eternā.Sed hic oriẗ difficultas q̄m̄ cum beatitudo sit in ipso deo.ꝛ beatitudo ē finis hūane vite ēt erit finis oīuʒ creaturarū.Nam vt inquit Dionysiꝰ in li.de diuinis noibꝰ.Deꝰ ꝯuertit oia ad seip̄ʒ tanq̄ȝ ad vltimū finē.Ad qᵹ dicit Tho.i.ij.q. prima ꝙ sicut colligit ex dictis Aristo.ij. phorū.ꝛ.v.methaphie.Finis dī dupl'r.s. vel eiꝰ terminꝰ ꝛ quo.i.ipsa res in qua rō boni inuenit.vel vsus siue adeptio illius rei.Sicut si dicamꝰ ꝙ motꝰ corporis grauis finis ē vel locꝰ inferior vt res. vl' hoc ꝙ est esse in loco inferiori vt vsus. Et finis auari est vel' pecunia vt res.vel possessio pecunie vt vsus. Si ergo loq̄mur de vltimo fine hominis q̄ȝtum ad ip̄am rem que estꝰ finis.Sic in vltimo fine hominis omnia creata cōueniūt.q2 deꝰ est vltimꝰ finis hois ꝛ oīum aliar̄ rerū. Si aūt loquamur de vltimo fine hois q̄ȝtuʒ ad cōsecutionē finis.Sic i fine hois nō ꝯmunicant creature irrationales nam ꝛ homo ꝛ alie creature rationales consequuntur vltimū finē cognoscēdo ꝛ amādo deū.qᵹ non cōpetit alijs creaturis q̄ adipiscūẗ vltimū finē inq̄ȝtū participant aliquā silitudinē dei s3 ꝙ sunt vel viuū vel ēt cognoscūt s3 instinctū nature. licet nō per rōnē vel intellectū.Jō magister i.di.ij.dicit.Fecit deꝰ creaturam rationalem vt summum bonuʒ intelligeret. intelligendo amaret.amando possideret ꝛ possidendo frueretur.Quare vt Augustinꝰ docet in libro.lxxx.iij.q. Non cadit in aliqua ratione carentia vt beata sint.

¶ Tertium dubiū fuit vtrū beatitudo sit bonum desiderabile.Et posset quis arguere q̄ȝ non.Nam nullum bonum incognitū est desiderabile hoc patet Quia bonum apprehensū est obiecū appetitꝰ. vt inqt Aristoteles in.iij.de aīa.Jō Augustinꝰ lib.x.de trinit.c.i.ait. Firmissime nouimꝰ amari nisi nota nō posse.S3 beatitudo est bonū incognitū ergo n̄ ē bonū desiderabile.Philosophi q̄dē m̄lt̄ū subtiliter elaborarūt vt de beatitudine ac summo bono cognitionem inuenirent. Et vt Lactantius scribit in p̄ncipio p̄mi libri diuinarum institutionuʒ.Neq̄ȝ adepti sunt quod volebant et operam simul atq̄ȝ industriam perdiderunt. hoc ideo dixit.quia vt recitat Aug.lib.xix.de ci.dei.Marcꝰ varro notauit ducētas octogintaocto falsas opiniones de btitudine q̄s phi suo ingenio adiuenerūt Aug. ēt in.xiij.ᵭ trini.asserit quosdam posuisse btitudinē in voluptate corpis:q̄sdā i voluptate animi.Quosdā in alijs rebꝰ puta in diuitijs vel honoribꝰ ꝛ hmōi.vt etiā scribit Aristoteles in.i.ethicorū. De his ad hoc ita loqẗ Lactantiꝰ li.iij.diui.insti. Epicurus sūmū bonū in voluptate animi eē censet.Aristipus in voluptate corporis.Caliphon ꝛ Dinomachꝰ cirenaici honestatē cū voluptate iunxerūt.Diodorus in priuatione doloris sūmū bonū posuit.Jero.in nō dolendo.Peripatetici aūt in bōis animi ꝛ corporis ꝛ fortune.Erilli sūmū bonū est sciētia zenonis cū nā cōgruēter viuere. Quorūdā stoicorū v̄tutem seq.Aristo.in honestate ac v̄tute sūmū bonum collocauit. hec ille. S3 infra ᵭ Epicuro ita seqẗ.Epicuri disciplina m̄lto celebrior semp fuit q̄ȝ ceteror̄.nō q2 veri aliq̄d afferret. s3 q2 multos ad populare nomē voluptat̄ inuitat. Nemo eiʒ n̄ i vicia p̄nus ē. Propterea vt ad se m̄ltitudinē ꝯhat apposita singul' quibusq̄ȝ moribus loqẗ. Desidiosū vetat lr̄as discere.Auarum populari largitione liberat.Jgnauum prohibet accedere ad rempublicaʒ.pigrū exercere. timidū militare. Constat itaq̄ȝ ex his q̄ȝ erronea fuerit phor̄ mēs circa beatitudinē agnoscendam.Sed p̄ter illos adhuc cōfirmare possumꝰ ꝙ beatitudo n̄ ē cognoscibilis p v̄ba pauli q.i.ad corinthios.c.ij. ait.Oculus non vidit ꝛ auris non audiuit nec in cor hominis ascendit q̄ p̄parauit deꝰ his q diligūt illū.,Sed ista ᵭ beatitudine sic paulus locutꝰ est.Ergo tale

Dubitatur

Solutio s. Thomme

bonū est quod a nobis percipi minime potest ⁊ ex consequenti neq; desiderari. At in contrarium est sententia Augustini qui libro .x. de ci. dei. c. i. ait. Omnium certa sententia est qui ratiōe quoquo mō vti possūt beatos esse oēs homines velle Et in .xiij. de trini. Ad appetendū beatitudinem natura cōpellit cui sūme bonus ⁊ immutabiliter beatus creator hoc īdidit Et de hoc Aristo. in .i. ethicoꝝ sic scripsit bene enunciauerunt dicentes bonum eē quod omnes appetūt. Et in .iij. thopicorum. Maxime bonū oēs maxime appetunt. Pro amouenda igit omni ambiguitate notandū ex dictis Ricardi in .iiij. dist. lxxxix. ⁊ Tho. i. ij. q. v. arti. viij. ꝙ beatitudo potest accipi tripliciter.

Primo in suo esse generali.

Secūdo in suo esse spāli.

Tertio in suo esse specialissimo.

Prīo potest beatitudo accipi in suo esse generali inq̄tum est bonum quoddam sufficientissimum ⁊ sic est omnibus nota. Quilibet enim scit quid est bonum ⁊ quid est sufficientissimum. Et hoc modo omnes beatitudinem appetunt. Naz sic appetere beatitudinem nihil est aliud q̄ appetere vt voluntas satietur quod quilibet vult. Et hoc est quod Boetius dixit in .iij. de consolatiōe. Omnis nanq; mortaliuz cura quā multiplicium studiorum labor exercet. diuerso quidem calle procedit. ad vnum tamen beatitudīs finem nititur peruenire. Et sumit hic vnus finis ſm Geraldum odonis super primum ethicorum non ſm speciem opinionis sed ſm proportionem. Naz sicut leuia habent vnum finem ſm speciem nature. s. locum sursum. Et grauia habeant alium finem ſm spēz nature. s. locū deorsū. tñ grauia ⁊ leuia habent vnū finē ſm ꝓportionē nature. Eo ꝙ ita se hz locus deorsū ad grauia. sicut locus sursū ad leuia. Ita ⁊ omnes homines tendūt ad vnū finē ſm ꝓportionem opinionis. eo ꝙ ita se habet pecunia ad auarum in qua opinatur se fieri posse beatum. sicut delectatio libidinis ad luxuriosuz qui in sua luxuria putat constare beatitudinez. Omnes quippe appetunt qcquid etiā indebite appetunt tanq̄ ꝯsumatū bonuz. Sed nōnulli superbientes: in quo consistit vera beatitudo nolunt attendere. Jō conantur lucrari pecuniam ibi credētes esse beatitudinem. ¶ Exemplum patet Nam si quis vellet emere auruz: ⁊ ostēderet ei auricalcū: qd non cognosceret: emeret pro auro. Et si queras quid vis emere: respondet aurū: licet ei ostendas auricalcuz. Si dicis auaro: quid vis: dicet beatitudinem. Vis paradisum: Paradisum dicet pecuniam: quia ibi credit ꝙ sit beatitudo ⁊c. Sed decepti sunt vt patebit inferius. Nōnulli etiā percipientes in quo consistat beatitudo: cum talis perceptio sit ex munere gratie: facti sunt sibimet ipsis sapientes: ⁊ voluerūt bene operari. Et sic pz responsio ad pmū argumētū. ¶ Sz adhuc ē notādum circa beatitudinē in generali. videlicet. Si aliquis querat: quomō cognoscitur beatitudo in generali: dico ꝙ innata est ista cognitio. ¶ Et si q̄rat p qd dico q2 sufficiētia cognoscitur per indigentiam. ⁊ si opponatur ꝙ priuatio non est via cognoscendi habitum: dicendū ꝙ est quedam indigentia oīo priuans: quedā disponēs ⁊ inclinās. Et hec est ratio cognoscendi. ¶ Posset tñ dici ꝙ cognitio beatitudinis ⁊ multarū rerum naturalium nobis est innata. Et si dicat ꝙ anima est vt tabula rasa: hoc intelligit solum q̄tum ad species ⁊ similitudines quas querit per sensus. Hec Bonauentu. in .iiij. di. xlix. ¶ Scdo pt btitudo accipi in suo eē speciali. inq̄tū. s. cōsistit nō in bonis pñtis vite. sed in clara dei visiōe ⁊ perfecta eius dilectiōe ⁊ gaudio qd habz de dei bonitate presenti per claram eius visionez et perfectam dilectionem. Et hoc mō beatitudo non fuit nota philosophis: quam tamen postq̄ christus dei filius venit in mundum omnes qui volunt agnoscere desiderare ⁊ acquirere valēt. Ipse quidē qui lux fuit ⁊ splendor omnis veritatis viā nobis summi boni ostendit. Ipse clama

Beatitud. i(n) esse speciali.

uit Mathei.iiij.c.dicens. Penitentiā
agite appropinquabit regnū celorū. Et
v.c. Merces vestra copiosa est in celis
Et.vj.c. Nolite thesauriçare vobis the/
sauros in terra thesauriçate vobis the/
sauros in celo. Et Jobis.xvij.c. Hec est
vita eterna vt cognoscant.s.facie ad fa/
ciem te verū deū. ⁊ quē misisti ihm xp̄z
filiū tuū. Et ꝯpletis humane redēptōis
mysterijs quadragesima die postq̄ȝ sur/
rexit a mortuis videntibꝰ discipulis ele/
uatꝰ est ⁊ ascēdit ad celos. Jdcirco Lac/
tantius li.vij.diuinaꝝ institutio.ait. Pr̄
enim vester ac dn̄s qui condidit firma/
mētū celū qui librată magnitudine sua
terram vallauit montibus. mari circun
dedit. amnibusqꝫ distinxit. ⁊ qcqd ē in
hoc mūdo mirabile cōflauit ac perfecit
ex nihilo. perspectis erroribus hominū
ducē misit qui nobis viaȝ iusticie pande
ret. Hunc sequamur omnes. hunc au/
diamus. huic deuotissime pareamꝰ. quo
niam solus vt ait Lucretiꝰ veridicis ho/
minum purgauit pectora dictis ⁊ finem
statuit torpedinis atqꝫ timoris ostendit/
qꝫ bonum summū quo tendimus om/
nes. quid foret atqꝫ viam monstrauit li/
mite paruo. quo possemꝰ ad id recto cō
tendere cursu. nec tantū ostendit ſȝ etiā
precessit. ne quis difficultatis gratia iter
virtutis horreret. hec ille. Tertio pōt ac/
cipi beatitudo in suo esse specialissimo. p — *Beatitudo q̄ i esse specialissimo.*
ut.s.est actualiter in beatis cuiꝰ magnitu
dinem explicare nequaq̄ȝ possumus. qꝛ
nulla sensibilis experientia quaruncūqꝫ
delectationum presentis vite minimam
partem illius dulcedinis potest designa
re. Et oculus non vidit nec auris audi/
uit: neqꝫ humanū cor excogitauit vnq̄ȝ
q̄ȝ igēs sit illa supna felicitas. Hic Gre.
in omelia inquit. Si consideremus fra/
tres charissimi que ⁊ quāta sūt q̄ nobis
promittunt in celis vilescunt animo oīa
que habent in terris. Terrena nāqꝫ sub/
stantia superne felicitati ꝯparata. pōdus
est nō subsidiū. Temporalis vita eterne
vite cōparata. mors est potius dicēda q̄ȝ
vita. Hic in trāsitu btī Hieronymi scri/
bit hec v̄ba Augu. ad Cirillum. Eo die
⁊ hora qua Hieronymꝰ sanctissimus ex
hac luce migrauit dum Jponie in cellu/
la mea quiescēs. de gloria beatorū cogi
tarem vellemqꝫ de illa tractatū breuem
componere compulsus precibus nostri
seueri quondam venerabilis Martini
epi turonēsis discipuli. carta calamo pu
gillaribqꝫ susceptis. volui epistolam scribe
re sanctissimo hieronymo destinandaȝ.
vt quid ipse in re tam difficili sentiret re/
sponderet. Cunqꝫ iam scribens salutatio
nis exordiū Hieronymo pn̄tarē. ineffa
bile subito lumen. cū inaudita odorum
fragrantia cellulā in qua stabā intrauit.
hora iam cōpletorij. Ad quā visionē ꝑꝑ
rei tam admirabilis nouitateȝ pterritus
esse cepi. Cūqꝫ quidnā id eēt attentiꝰ co/
gitarem de luce vox insonuit dicens. Au
gustine Augustine quid queris. putasne
breui imittere vasculo mare totū. Mo/
dico includere pugillo terrarum orbeȝ.
Celum firmare ne suos exerceat mo/
tus Jnfinite rei quis inerit finis immē/
sa qua mensura metieris? Potius totuȝ
mare i artissimo clauderetur vasculo. po
tius orbem terrarum paruus teneret pu
gillus. potius a motu continuo celuȝ de/
sisteret. q̄ȝ gaudiorum ⁊ glorie quibus
beatorum aīe sine fine potiunt minimā
particulā intelliges. nisi vt ego expientia
docearis. discurre ad hoc breue tp̄is spa
ciū ⁊ talia satage opa exercere vt postmo
dū ibi q̄ hic aliq̄liter intelligere cupis in
eternū habeas. Jnterroganti vero mihi
quis nam esset qui talia tam grauissime
loqueretur. Respondit benigne. hiero/
nymi illiꝰ presbyteri cui eplaȝ scribere ce
pisti suȝ aīa que in hac hora in bethleeȝ
carnis onere deposito iocunda ⁊ gliosa
ꝑgo ad regna celoruȝ. post q̄ ⁊ alia mlta
q̄ mecū contulit a meis oculis lux dispa
ruit. Quanto igitur minus beatitudinis
superne sublimitas pōt cōprehēdi tanto
ardentiꝰ est a nobis exoptanda.

¶ Qd beatitudo cōsistit in aīa in intel/
lectu videlicet ⁊ in volūtate. Capl'ȝ.ij.

Ecūdū mysteriū cōtēplādū d̄f
btitudinis subiectuʒ in q̊ tria du
bia sunt absoluenda.

Primū vtruʒ beatitudo sit act⁹ aie tm̄.
Scōm vtrū sit act⁹ intellect⁹ ⁊ voluntat̄.
Tertiū vtrū sit ꝑncipali⁹ in actu volūtat̄
ꝙ̄ intellect⁹. ¶ Ad primū dubiū rn̄det
Ric. in. iiij. dist. xlix. ꝙ beatitudo ē actus
aie tm̄. Nā btitudo ē nobilissimū qd̄ in
hoie possit eē. nec i creaturis infra hoies
cōuenire pōt. Oportet ergo ꝙ ꝯsistat in
actu ꝑprio homini. nō quocūq; sed no-
bilissimo. Actus aūt hois ꝑpri⁹ nō ē nisi
ille q est hois per illā formā qua hō est.
hoc est aūt aia intellectiua. Nobilissim⁹
ergo actus hois est ille q sibi cōuenit ꝫ
aiam intellectiuam. siue sit cognitio siue
dilectio. Ex quo damnatur opinio illoꝝ
qui dixerūt aiam sine corpore beatā esse
nō posse. Nā vt inqt Tho. pria ꝫe. q. iiij.
loquendo de beatitudine ꝑfecta q̄ in dei
visione consistit. sine corpore aia potest
esse beata. quoniā intellect⁹ ad sui opera-
tionem nō indiget corpore nisi propter
fantasmata in quib⁹ intelligibilē veritatē
continet. diuina aūt essētia per fantasma
ta videri nō pōt. Unde cum in visione
diuine essentie ꝑfecta hois beatitudo cō
sistat. non dependet beatitudo hominis
a corpore. quare ⁊ ipꝫ corpus ad ꝑfectio
nē beatitudinis non requiritur. Sciēdū
tamē ꝙ ad perfectionem alicuius rei du
pliciter aliquid pertinet. Uno mō ad cō
stituēdā eēntiā rei. sicut aia reqrit ad ꝑfe
ctionē hois. Alio mō reqrit ad ꝑfectōeʒ
rei id qd̄ ꝑtinet ad bn̄ eē ei⁹. sicut pulcri-
tudo corporis ⁊ velocitas ingenij ꝑtinet
ad perfectionē hois. Quāuis ergo cor-
pus primo mō ad perfectionē beatitudi
nis humane non ꝑtineat. ꝑtinet tn̄ scd̄o
mō. Quare ꝙ̄to aia ꝑfectior erit in sua
nā. perfectius habebit suā ꝑpriā oꝑatio
nē in qua cōsistit felicitas. hoc v̄o erit cū
suo corpori ipsa beata reuniētur. Pro-
pter illā aūt vnionē nō erūt homini ne-
cessaria exteriora ista bona. qr corpus ex
cōiunctione sui ad animā erit gloriosum
ac impassibile. Nā vt scribit dn̄s Bona
uentura in suo. iij. di. xxviij. Contigit ali
qd eē btm̄ tripl̄r. s. ꝑ eēntiā. ⁊ ꝑ ꝑmā iflu
entiā. ⁊ ꝑ quandā redūdantiā. Btm̄ per
essentiā est solus de⁹. Beatū ꝑ primā in
fluentiā ē sol⁹ rōnalis spūs. Btūm deni
q; ꝑ quandā redūdātiā est corp⁹ hūanuʒ
in qd̄ gaudiū glīe redūdat ex cōiūctiōe
sui ad aiam btāni. Et lʒ corp⁹ humanuʒ
nō sit ad ymaginem dei ꝑ se. tn̄ vnitū ē
aie q̄ est ad dei imaginē. ⁊ rōne illius est
beatitudis cōparticipabile. Si v̄o aliqs
instaret ꝯ dicta de exterioribus bonis qr
videt̄ cōtrariuʒ. Nā cibus potus diuitie
⁊ regnū exteriora bona sunt ⁊ hec ꝑmit-
tuntur beatis. Unde Luce. xxij. xp̄s di-
xit. Edatis ⁊ bibatis super mensaʒ meā
in regno meo. Et Matthei. vj. Thesau
rizate vobis thesauros i celo. ⁊ Math.
xxv. Possidete patū vobis regnū. ergo
⁊ ista ad btitudinē exigūt̄. Rn̄det Tho.
ꝙ omnia ista methaphorice sunt intelli
genda ꝫm ꝙ in scripturis solent spiritua
lia per corporalia designari. Sicut per ci
bum ⁊ potū intelligit̄ delectatio beatitudi
nis. ꝑ diuitias sufficiētia q̄ sufficit homi-
ni deus. ꝑ regnū exaltatio hois vsq; ad
cōiūctionē cū deo. Secundū dubiū fuit
vtrū btitudo sit act⁹ intellect⁹ ⁊ volūtat̄ si-
mul. Et licet qdā teneant ꝙ essentia bti-
tudinis vite humāe i soli⁹ intellect⁹ actu
cōsistat ita ꝙ nullo mō in actu volūtat̄.
Tn̄ Ric. in. iiij. vbi. s̄. dicit. ꝙ beatitudo
cōsistit in actu volūtatis ⁊ intellectus si-
mul. Cuius rō est quia essentia beatitu-
dinis vite hūane ꝯsistit in perfecta vnio
ne anime rationalis cū deo. Hec autem
vnio includit vnionē aie cū deo ꝫm oēʒ
sui potentiam ꝑ quā vnibilis ē cū eo im-
mediate. Potentia aūt aie rōnalis non
tm̄ est intellect⁹ sed volūtas. ⁊ ꝑ quālibet
illarū vnibilis est cū deo immediate. Si
cut eim de⁹ sub rōne qua sūmū verū. est
imediatū obiectū intellect⁹ btōꝝ. ita sub
rōe qua sūmū bonū ē imediatū obiectū
volūtatis eoꝝ. Quāuis eim ipo imedia
te nō fruerent̄ nisi ipm imediate viderēt
tn̄ imediatū obiectū volūtat̄ eoꝝ n̄ ē ipa
visio sūmi boni. sʒ ipm sūmū bonū. Nō

An beatitudo sit Actus Intellectus et Voluntatis.

ri.volūt sūmū bonū pp illā visionē sicut
pp finē.sed volūt ipam visionē pp ipm
sūmū bonū sicut pp vltimū finē. Ipsuz
ergo sūmū bonū prio ꝛ imediate est ab
ipsis volitū.ergo est volūtatꝫ eoꝝ imedia
tū obiectū. Ergo perfecta vnio anime cū
deo in qua beatitudo cōsistit ē p intelle/
ctū ꝛ volūtatē. Itaqꝫ in actu vtriusqꝫ si/
mul cōsistit. Et si obiceret ꝙ auctorita/
tes i ꝯriū volentib⁹ eas intelligere ꝯriuz
sonare vident. puta qꝛ in visione dicunt
beatitudinē cōsistere. Rn̄det Ric.ꝙ sē/
per includūt cōcomitātē dilectionē. Nā
ꝯsumata dei dilectio insepabilr̄ ꝯcomi/
tatur clarā ei⁹ visionē. Propterea Aug.
li.i.de trini.c.penultio dicit. Qd̄ visio est
sūmū pmiū ꝛ ipa est act⁹ intellect⁹. Et i
i.li.de doctrina xpiana.idē dicit. Hec est
summa merces vt pfruamur deo.sūma
merces est beatitudo ꝛ fruitio est act⁹ vo
luntatꝫ que visionē cōcomitat. ¶ Tertiū
dubiū erat vtrū beatitudo pncipali⁹ cōsi
stat in actu volūtatꝫ q̄ꝫ itellect⁹. Et rn̄det
Ric.ꝙ sic.primo. qꝛ sicut inter habitus
vie charitas ē donū principali⁹ sm̄ Aug.
xv.de trini.c.xviij. Ita inter habitus pa/
trie charitas patrie est donū principali⁹.
Sed in patria nobilioꝛ habit⁹ habet no/
bilioꝛē actū. Ergo deū pfecte diligere q ē
act⁹ charitatꝫ pr̄ie est act⁹ nobilissim⁹ aīe.
cū ergo in nobilissimo actu principalissi
me consistat beatitudo.ꝛ diligere sit act⁹
volūtatis principalius cōsistit in actu vo
luntatis q̄ꝫ intellectus. ¶ Secūdo pro/
batur ꝙ beatitudo principalius cōsistit
in actu voluntatis q̄ꝫ intellectus.ex eo ꝙ
voluntas est nobilioꝛ potentia q̄ꝫ sit itel/
lectus. Nā Bern̄.in li.de libero arbitrio
dicit rōnem esse quodāmō pedissequaz
voluntatis. Et Anselm⁹ in li.de cōceptu
virginali.dominium totius regni anime
attribuit voluntati. Et Aristoteles in.vij
politice.c.v.potentia qua eligimus prin
cipalioꝛ est. Adhuc id probatur quia vo
luntas in suo actu cogi nō potest.nec cir
ca ea que sunt ad finē necessitari. Intel/
lect⁹ aūt cogi pōt ꝛ circa ea q̄ sūt ad finē
necessitari. Insup magis pt trāsforma/
re aīaz volūtas q̄ꝫ itellect⁹ ꝛ suū obiectū
respicit sub rōne melioꝛi. Bonū eniz est
obiectū volūtatis. Ens obiectū intellec/
ctus. Ratio aūt boni ē perfectioꝛ q̄ꝫ sit ra
tio entis. Tertio pbatur qa de⁹ ē vltim⁹
finis maxime sub ratione qua bonū.qd̄
pꝫ quia ex hoc ꝙ creature oꝛdinantur in
ipm vt in finē maxime est in eis rō boni
tatꝫ.sicut per hoc ꝙ ipm respiciūt vt ex/
emplar.maxime est in eis rō veritatꝫ. Sꝫ
deus sub rōne qua sūmū bonū est volū
tatis obiectū.sub rōe q̄ sūmū ens vel ve
rū est itellect⁹ obiectū.ergo volūtas ma/
gis respicit deū sub rōne finis q̄ꝫ intel/
lect⁹. Sꝫ de⁹ sub rōne qua vltim⁹ finis ē
beatificans.ergo sub rōne q̄ est beatitu/
dinis obiectū.principalius tendit volun
tas in ipm q̄ꝫ intellectus. Et sic consistit
beatitudo principalius in actu voluntatꝫ
q̄ꝫ intellectus.

¶ Qd̄ beatitudo nō pōt esse in bonis p
sentis vite. Caplm̄.iij.

Ertiū mysteriū cōtēplandū dē
beatitudinis obiectū.in quo tria
sunt dubia absoluenda.

Primū vtrū beatitudo sit qd creatum.
Secundum vtrū beatitudo possit amitti
Tertiū vtrum beatitudo possit i hac vita
haberi. ¶ Ad primū dubiū rn̄det Ric.
vbi.s̄. Et Tho.pria se.q.iij. Qd̄ btitudo
vite hūane dupl̄r pōt accipi. Uno mō p
illo bono in q̄ pfecte ꝛ plēarie requiescit
hūana vita. Alio mō p pfecta qete hūa
ne vite in illo bono q̄ ꝯsistit in pfecta ho
minis ꝯiūctione cū illo bono. ¶ Prio
mō beatitudo accipit p beatitudinis ob
iecto.ꝛ sic beatitudo est qd increatum.s.
ipse deus. Beatitudo aūt scd̄o mō acce
pta est aliquid existēs in beato tanq̄ꝫ ei⁹
vltimata ꝛ plenaria perfectio.ꝛ sic est ali/
qd creatū. Cū enim beatitudo ꝯsistat in
visione dei. videre deū ē actus creature
videntis. ¶ Scdm̄ dubiū fuit vtrū bea
titudo possit amitti. Et ad hoc dicim⁹ ex
sentētia sancti Tho.pria se.q.v. Qd̄ bti/
tudo potest tripliciter considerari.
Primo in sua imperfectione.

Secūdo in sua generali ratione.
Tertio in sua speciali restrictione.

¶ Primo pōt beatitudo cōsiderari in sua imperfectiōe. put. s. beatitudo ē illa imperfecta q̄lis in hac vita haberi pōt siue sit felicitas ɔtēplatiua siue sit actiua. hec qdē amitti pōt lȝ nō de facili. sicut patet in felicitate cōtēplatiua q̄ amittit vel per obliuionē. puta cū corrūpit sciētia ex aliq̄ egritudine vel ēt per aliq̄s occupationes qb⁹ totaliter abstrahit aliqs a cōtēplatione. Patet ēt idē in felicitate actiua. voluntas eim hominis transmutari pōt vt in viciū degeneret a ṽtute. Ideo ph̄us dic̄ in. i. ethicoꝝ aliq̄s eē in hac vita beatos nō simplr̄. sed sicut hoīes quoꝝ nā mutatiōi subiecta ē. ¶ Scdo pōt beatitudo considerari in sua gn̄ali rōne ꝛ sic beatitudo nō pōt amitti. Cū eni sit pfectū bonū ꝛ sufficiēs oȝ ꝙ desideriū hoīs q̄etet ꝛ oē malū excludat. Nāliter aūt hō desiderat retinere bonū qd̄ habȝ ꝛ ꝙ ei⁹ retinēdi securitatē obtineat. Alioqn necesse est ꝙ vel timore amittendi vel dolore de certitudine amissiōis affligat. Regritur ergo ad verā beatitudinē ꝙ hō certā opinionē habeat. bonum qd̄ habet nūq̄ se amissuꝝ. q̄ qdē opinio si vera sit. consequēs ē ꝙ beatitudinē nūq̄ amittet. Si aūt falsa sit. hoc ipm̄ ē quoddā malūȝ. s. falsā opinionē habere. Nā falsū est malū intellectus. sicut verū ē bonū ipsi⁹. vt dr̄ in. vj. ethicoꝝ. Nō ergo iā erit vere btūs si aliqd̄ malū ei inest. ¶ Tertio pōt beatitudo cōsiderari in sua spāli restrictione inq̄tū. s. pfecta beatitudo cōsistit i visione diuine eēntie. Et sic beatitudo nullo mō pōt amitti neq̄ ex pte videnti̇̄ neq̄ ex pte dei. neq̄ etiā ex parte alicuius alterius agentis. Nō ex pte videnti̇̄. qꝛ impossibile est ꝙ aliqs vidēs diuinā eēntiā velit eā nō videre. Rō ē. q̄m oē bonū hītū quo qs carere vult. aut ē insufficiens ꝛ q̄ritur aliqd sufficiēs loco ei⁹. aut hȝ aliqd̄ incomodū annexū pp qd̄ in fastidiū venit. Uisio aūt diuine eēntie replet animā oib⁹ bonis. ꝛ nō habȝ aliqd̄ incomoduȝ adiūctū. Quare pp̄ria volūtate non pōt beatus beatitudinē deserere. Silr̄ beat⁹ nō pōt beatitudinē pdere deo subtrahēte qꝛ cū subtractio beatitudinis sit quedā pena nō pōt talis pena a deo iusto iudice puenire nisi p aliq̄ culpa q̄ cadere n̄ pōt in eū q dei eēntiaȝ videt. cum ad hāc visionē d̄ necessitate sequat rectitudo voluntatis. Non pōt etiā beatitudo amitti ex parte alicui⁹ alteri⁹ agētis qꝛ mēs deo cōiuncta sup oīa alia eleuat. ꝛ sic ab huiusmodi cōiūctione nullū aliud agēs pt ipm̄ excludere. Est ergo beatitudo perfectio cōsumata q̄ oēm defectū excludit a btō. Et iō absq̄ mutabilitate adducat eā habenti. faciente hoc ṽtute diuina q̄ hoīem sublevat in participationē eternitatis transcēdentē oēm mutationē. Idcirco male dixit Origenes sequens q̄rūdā platonicoꝝ errorē. ꝙ post vltimā beatitudinē hō pōt fieri miser. ¶ Tertiū dubiū fuit vtruȝ beatitudo possit haberi in hac vita. Et ad hoc rn̄dem⁹ ꝙ nō. loquendo de lege cōi. ꝛ hoc pptere a qꝛ dn̄s noster ih̄s xp̄s fuit viator ꝛ cōprehensor. Quare ṽo in hac vita qs btūs esse nō potest assignari possunt tres rōnes precipue.

Prima dr̄ insatiabilitatis.
Secūda penalitatis.
Tertia mortalitatis.

¶ Prima rō dr̄ insatiabilitatis. Ut eni inq̄t dn̄s. Boē. di. v. iiij. libri. Beatitudo est finis satians appetitum. Sed bona p̄sentis vite non satiant appetitum. nō diuitie. nō delitie. non honores. non fama non gloria. non quecunq̄ desiderabilia ꝛ delectabilia excogitari possunt. vt docet experientia. Ergo nec in huiusmodi bonis beatus quis reputari debet. Tho. ṽo prima parte. q. ij. dicit. Impossibile ē beatitudinem hominis esse in aliquo bono creat.. quia beatitudo est bonum perfectum ..od totaliter quietat appetitum alioqu . nō esset vltimus finis si adhuc restar. aliquid appetendum. Obiectuȝ autē voluntatis ē vniuersale bonuȝ sicut obiectū intellect⁹ ē vniuersale verum. Ex quo patet qd̄ nihil pōt quietare voluntatē hoīs nisi bonū vniuersale. qd̄ n̄ inue

titur in aliquo creato. sed solum in deo. q2 ois creatura habet bonitatem partici patam. Un̄ solus deus volūtatē hois im plere pōt. Ideo Dauid in ps. dixit. Sa ciabor cu3 apparuerit gloria tua. Et Au gu. li. i. confessionu3. Fecisti nos dn̄e ad te ꝛ inquietum est cor nostru3 donec qe scat in te. Et in. iiij. li. Redite inquit pre uaricatores ad cor et inherete ei qui fecit vos. state in eo ꝛ stabit͡ quiescite i eo ꝛ qe ti erit͡. Quo itis i aspa? q̄ itis bonū qd̄ q̄ ritis ab illo ē. Quia igitur aia eo ymago dei est q̄ ei⁹ capax est ꝛ particeps eē pōt. vt scribit Aug. xiiij. de trini. Idcirco nul la creatura aie capacitatē implere valet. Ex hoc dic̄ Ric. di. xlix. iiij. ar. ij. q. vi. ꝙ sine clara dei visiōe nō pōt haberi beati tudo. Et rō ē. q2 vt ingt Augu. xiij. de ci. dei. c. v. Beatus non est nisi q hab3 que vult. s. nāliter ꝛ ñ voluptuose et. S. Tho. i. ij. q. iij. ar. viij. c. dicit. Perfectio vniuſ cuiusq3 attendit̄ ƀ3 rōne3 sui obiecti. Ob iectū autē intellect⁹ est qd̄ quid est. id est essentia rei. vt dicit̄. iij. de aia. Unde in tā tū ꝓcedit pfectio intellect⁹: inq̄tum co gnoscit essentia3 alicui⁹ rei. Si ergo intel lectus aliquis scit essentia3 alicuius effe ctus: per quam non possit cognosci essē tia cause: vt. s. sciat de causa quid est: non dr̄ intellectus attingere ad cām simpl'r: q̄uis p effectu3 cognoscere possit de cā an sit: Et ideo remanet natural'r hoi de siderium cognoscēti effectum: si scit eū habere causam: vt'sciat etiā de causa qd est. Et illud desideriū est admiratōis: ꝛ causat inquisitione3. vt dicit̄ in principio metaph. puta si aliquis cognoscens ecli psim solis considerat ꝙ ex aliq̄ cā proce dit: de q̄ quia nescit qd sit admirat̄: ꝛ ad mirādo inquirit: nec ista inquisitio quie scit: quosq3 perueniat ad cognoscendu3 eēntiam cāe rei. Si ergo intellect⁹ hūa nus cognoscens essentia3 alicuius effe ctus creati: nō cognoscat de deo nisi an est: ñ dum pfectio ei⁹ attingit simpl'r ad prima3 cām: sed remanet adhuc ei nāle desideriū inquirendi cām. Unde nōdū est pfecte beatus. Ad pfectā igit̄ beatitu dinē requirit̄ ꝙ intellectus pertingat ad ipam essentiā prime cause: que est nobi lissimum intelligibile: ꝛ sic perfectionem suam habebit per vnionē ad deum sicut ad obiectum in quo solo beatitudo ho minis consistit vt supra dictū est. ¶ Se cūda rō cur in hac vita nō possit qs esse btūs dr̄ penalitatis. vt eim ait Tho. i. ij. q. v. Beatitudo excludit omne malum. Uita aūt pn̄s multis malis ꝛ penalitati bus subiacet q̄ vitari nō possūt. Et igno rātie ex parte intellectus. ꝛ iordinate affe ctionis ex pte appetit⁹: ꝛ multiplicib⁹ la boribus calamitatibus ꝛ erūnis ex par te corporis. qūo igitur in tot fluctuationi bus beatum se credere quispiam habet. Inquit Job. c. xiiij. Homo natus de mu liere breui viuens tempore repletur mul tis miserijs. Et Hiero. ad heliodorum. Ubiq3 luctus vbiq3 gemit⁹ ꝛ plima mo2 tis ymago. Aug. li. d̄ simbolo tractatu. x. Ecce ruinosus ē mūdus: ecce tātis cala mitatib⁹ repleuit de⁹ mūdū. ecce amar⁹ est mundus. Et si sic amatur: quid face remus si dulcis ess3? O munde immun de tenebras pariens quid faceres si ma neres? Quē nō deciperes dulcis si ama rus alimenta mentiris? Et Augustinus. ix. de ciuitate dei. Omnes ingt homines q̄diu in orbe mortales sunt: miseri sūt. Et Hierony. ad mr̄em ꝛ filia3 in galijs commorātes. Stadiū quoddā ē hec vi ta nr̄a mortalis in qua bellu3 quottidie gerimus: quia milicia vita hominis sup terrā. Quis inter serpētes ꝛ scorpiones tutus ingredit̄: vl' secure dormitat? Quis dulces iuxta vipas somnos capit. Nam ꝛ si semper non percutiat: tamen sollici tat. Securius est ergo perire non posse: q̄ iuxta periculum non perisse. hec ille. Et Boetius libro. ij. de ꝯsolatione. Quā multis amaritudinibus humane felicita tis dulcedo respersa est: que ꝛ si frueti io cunda esse videatur tamen quo min⁹ cū velit abire retineri non potest. Et Sene ca in tragedijs. Nulla sors longa est. do lor atq3 voluptas inuicem cedunt. Ne mo vtiq3 reperitur qui diutius in quocū

ꝗꝫ sit statu delectari possit ⁊ absqꝫ turba-
tione vel animi vel corporis pertransire
Nemo inquit Seneca vbi.s̄.cōfidat ni
miū secūdis.nemo disperet meliora lap
sis.Et ad Lucillū.Noli huic tranqlitati
cōfidere momēto mare euertit.⁊ eodē
die vbi luserūt nauigia sorbent.Quisnā
felicior iudicari potuissꝫ.Policrato tyrā
no Samioꝝ.de ipso qppe refert Tulius
i li.de finibꝰ bonoꝝ ⁊ maloꝝ.Et idē ꝯfir
mat Valeriꝰ de mutatione moꝝ ⁊ fortūe
ꝙ adeo sibi fortunā obsequosā habuit ꝙ
oīa desiderata ꝑficiebat. Ad moderādā
igit̄ fortune inuidiā sūpto e manu ānulo
quē ꝓciosū possidebat in mare iecit. Sꝫ
inopinate illū repēte recuꝑauit.Nā post
dies paucos a piscatoribꝰ piscis captꝰ qui
annulū sorbuerat tyrāno donatꝰ ē.Acci-
dit tandē ꝙ aduersus Dariū ꝑsaꝝ regē
duxit exercitū.⁊ ꝙ Orutheſ ꝓfectꝰ darij
illū acie fuderit cepitqꝫ.⁊ in sūmo mega
lensis mōtis v̉tice suspēdi iusserit.Et re
lictꝰ auibꝰ lacerādꝰ q vbiqꝫ felicissime in
terra vixerat i aere miserrime expirauit.
Mutāt̄ oīa q̄ sūt i h̄ mūdo.⁊ nihil ē sta
bile.nihil firmū.nihil ōniqꝫ tutū.Jō.sa
piēs Ecclīastes.ij.c.dicebat.Vidi i oībꝰ
vanitatē ⁊ afflictionē spūs ⁊ animi ⁊ ni-
hil ꝑmāere sub sole. ¶ Certa rō q̄re in
ꝑn̄ti vita nullꝰ pōt eē btūs dr̄ mortalita-
tis.Oēs qppe ad mortē tēdimꝰ cuiꝰ nia-
nus potētissimas nullo ingenio.nulla vi
nulla arte nullo ꝓcio euitare valemus.
Instat ceruicibꝰ nr̄is. ⁊ ꝑm Aug.xiij.de
ci.dei.c.vij.btitudo sine imortalitate esse
nō pōt.Si qs igit̄ dixerit aliquē btm̄ eo
ꝙ diuitijs affluat stati rn̄debo.Nō sic.n̄
sic qr diuites moriūt̄.Si qs affirmaue-
confirmatur quod dicim⁹. Hic Hiero. Ad Tyrasiũ ait. Caritatis tue scripta percepi: in quibus animũ tuuz dolore commotum de filie dormitione cognoui. nõ aliud in te admiratus sum: ꝙ xp̄iani pectoris abs te virtutẽ ablatam fuisse. Stupeo murum fidei penetratuz vulnerib⁹ orbitatis: quem sopire debuerat spes resurrectionis. ⁊ regni celestis. Resurgere credim⁹ mortuos nostros ⁊ plangimus? Quid faceremus si mori tm̄ preciperet deus? Voluntas eius vtiqꝫ sola sufficeret ad solatium: cui nullnz iubemur affectũ preponere. hec ille. Propterea Valeri⁹ maximus libro. v. rubrica de parentib⁹ qui obitum filiorum forti aĩo tulerũt: laudat Anaxagoram: qui audita morte filij respondit nuncio. Nihil inexpectatum aut nouuz nuncias. Ego enim illum ex me natum: mortalẽ esse sciebam: ⁊ sicut neminez mori solere qui non vixerit: sic nec aliquez viuere qui moriturus nõ sit. ❡ Quarto debz vnusqsqꝫ esse patiẽs in corporis flagellatione: cum corp⁹ egritudinibus ⁊ infirmitatibus aggrauatur: sicut d̄ beato Francisco legimus. De quo dicit dñs Bonñ. in legenda magna. Cuz duris corporis angeretur doloribus illas suas angustias non penarum censebat nomine sed solatioruz. Dũ aũt semel grauius solito dolorũ vrgeretur aculeis quidaz frater simplex dixit ad eũ. Frater ora dominũ: vt mitius tecuz agat. Manum eniz suã plus debito sup te grauare videt. Quo audito vir sanctus cum eiulatu exclamãs ait. Nisi noscerẽ in te simplicem puritatem: tuũ ex nũc abhorrerẽ consortium: quia ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare. Et licet totus esset attrit⁹ grauis prolixitate languoris: proijciens se in terrã ossa debilia duro casu collisit: ⁊ deosculãs humum: gratias inquit tibi ago domine deus de omnibus his doloribus meis: teqꝫ mi domine rogo: vt centuplum si tibi placuerit addas: cuz tue sancte volũtatis adimpletio sit mihi ꝯsolatio semp pleã. ❡ Quinto debet esse vnusquisqꝫ patiẽs in voluntaria operatione: in ieiunijs: orationib⁹: vigilijs: ⁊ disciplinis: alijsqꝫ operibus virtuosis: cum premium illorum sit eterna vita. In omnibus autez vnusquisqꝫ memor esse debet illius patientissimi Job: qui i omni aduersitate sua: in damno reruz. siue in morte repentina filiorum: siue in plagis ⁊ vulneribus corporis sui solitus erat dicere. Domin⁹ dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factum est: sit nomen dñi bñdictum.

❡ Nõ qnqꝫ sunt regule ad acquirenda patientiam. Caplm. iij.

Tertia consideratio est de patientie acquisitione. In qua dicẽduz est quõ patiẽtia potest acqri. Et ad hoc notande sunt quinqꝫ regule.
Prima dr̄ recogitatio.
Secunda melioratio.
Tertia premiatio.
Quarta auxiliatio.
Quinta exemplatio.

❡ Pria regula dicit recogitatio. Quãdocunqꝫ enim quis sentit aduersa multa imminere sibi: recogitare debz peccata que commisit: ⁊ dicere illd̄ Michee. viij. c. Iram domini portabo quoniam peccaui ei. Sic faciebãt fratres Joseph quãdo venerunt in egyptũ: ⁊ Joseph loquebatur cũ eis: ⁊ ipsi non cognoscebãt euz: ⁊ dicebat: frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite ⁊ frẽz vestꝛ minimuz ad me adducite. At illi lingua hebraica credentes non intelligi ab Joseph: dicebant ad inuicem. Merito hec patimur q: peccauim⁹ in frẽm nostrum videntes angustiam aĩe illi⁹ cũ deprecaretur nos: ⁊ non audiuim⁹. Idcirco venit sup nos ista tribulatio. ❡ Secũda regula dicit melioratio. Quandocũqꝫ qs tribulationibus quatitur: vt patiẽs fiat consideret ꝙ deus in hac vita sepi⁹ vexat quos amat. ⁊ oĩa in melius interpretetur Vñ Job. v. c. dicit. Beat⁹ hõ q corripit a dño. Increpationem ergo eius ne reprobes. Et sapiens. puer. iij. Disciplinam

dñi ne abijcias: nec deficias cuz ab eo corriperis. Quē eni diligit dñs corripit: ꝛ quasi pater in filio complacet sibi. Solet enim tribulatio satis prodesse anime ad illuminandū eā: atq̄ ad superandas mundi ꝛ carnis blanditias. Dñs Lactā. in .ij. libro diuinarum institutionum ait. Tum maxime de⁹ ex memoria hominū elabit: cum bñficio eius fruentis honorem diuine indulgentie dare debent. At vero si qua necessitas grauis p̄sserit: tūc domini recordantur. si belli terror infremuit: si morborum pestifera vis incumbit: si alimēta frugibus longa siccitas denegauit: si seua tempestas: sigrando ingruit: ad deum confugitur: a deo petitur auxilium: deus vt subueniat oratur. Si quis in mari vento seuiēte iactatur: hūc inuocat. Si quis aliq̄ vi affligatur: hunc potius implorat. Si quis ad extremam mendicandi necessitatē deduct⁹ victum precibus exposcit: hunc solū obtestatur per eius diuinū atq̄ vnicū nomē: hoīuz sibi mīsīcordiā q̄rit. hec ille. Et Hiero. tribulatiōis vtilitatē p exemplum quoddam explicat in ep̄la ad Rusticum monachū. d. Grecus adolescens erat in cenobio: qui nulla abstinentia: nulla opis magnitudine flammam poterat carnis extinguere. Hūc periclitantez pater monasterij hac arte preseruauit. Impat cuidam viro graui vt iurgijs atq̄ conuitijs insectaretur hominem. ꝛ post irrogatas contumelias primus veniret ad querimonias. Uocati testes: pro eo loquebātur qui contumeliam fecerat. Solus pater monasterij defensionem suam callide opponere studuit: ne abūdātiore tristitia absorberetur frater. Quid plura? Ita ann⁹ deduct⁹ ē. Quo expleto īterrogat⁹ adolescens sup pristinis cogitationibus si ita adhuc moleste sustineret: pape inquit. Mihi viuere non licet: ꝛ fornicari libet? ¶ Tertia regula ad acquirendā patientiam dicitur premiatio. Quandocunq̄ quis deficere videret animū ī tribulatione: aut in laboribus pp̄ter deum susceptis: statim subleuari debet ad illaz mercedē vberrimam ꝛ copiosaz: que repromittitur nobis in celis. De qua xp̄s dicebat Math. v. Beati estis cum maledixerint vobis homīes: ꝛ persecuti fuerint vos: ꝛ dixerint omne malū aduersū vos: mentientes propter me. Gaudete ꝛ exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic Stephanus cum eēt inter eos qui persequebantur. ipsum intendens in celum vidi gloriam dei. ¶ Quarta regula dicit auxiliatio. Quādocunq̄ aliquis premitur multis angustijs: sciat deum astare sibi: vt ei succurrat: vel vt patientiaz tribuat: dummodo ipse auxiliū eius postulet. Ideo Dauid ī p̄s. xxxvj. ait. Iuxta est dominus his q̄ tribulato sunt corde. Est de hoc exēpluz magni Antonij: qui cū post multa etiaz verbera: que a demonibus fuerat passus vidisset in splendore quodam mirabili dominū ihm xp̄m dixit ad eū Ubi eras bone iesu: vbi eras? Quare a principio non fuisti vt me iuuares: ꝛ vulnera mea sanares? Cui domin⁹. Antoni. hic eram ꝛ meo auxilio certamen sperasti. Amodo autem quia viriliter dimicasti: in toto orbe faciam te nominari. ¶ Quinta regula ad acquirendam patientiaz dicit exemplatio. Quando aliquis cupit habere patientiaz: vltimū ē remediū ītueri sanctorū exempla ꝛ potissimum dñi nostri ihu xp̄i. De quo Petrus prima epistola. c. ij. dicit. Christus passus est p nobis: vobis relinquens exemplum. Et Paulus ad Hebreos. xij. ait. Recogitate eum qui sustinuit talem a peccatorib⁹ aduersus semetipsum contradictionem: vt non fatigemini animis vestris deficiētes. Que nam patientie exempla non inueniuntur in christo? Uide illuz o anima in cruce nudatum. Uide ꝛ contemplare diligenter. Si te grauataz sentis infirmitate corporis: audi illum dicentem tibi. Et ego pro tua salute a planta pedis vsq̄ ad verticem totus sum vulnerat⁹. Si dixeris ei. Heu iniuste accusator: inique criminor ab emulis meis: rñdebit tibi: Et ego qui deus sum factus homo iu-

stus sanctus pius sapiens mūdus ⁊ impollutus: vocor samaritanus seductor malefactor blasphemus: ⁊ velut perditissimus reus: in medio latronum crucifigor. Si conquesta fueris de paupertate: ⁊ ille clamabit. O anima mea sustine patienter: quia ⁊ ego amore tui in tanta sū paupertate constitutus: vt non habeam vbi caput reclinem in cruce. Sitiui: at aque mihi guttula denegatur. Et tandē nihil inueniri potest: in q̊ nos patiamur pro amore crucifixi: quin magis in illo patiatur ipse pro amore nostro. Propterea Augustinus. in libro de conflictu viciorū ait. Si passio redemptoris ad memoriam reuocatur: nihil tam durum ē: quod non equo animo toleretur. Parua enim toleramus si recordemur quid biberit ad patibulū. qui nos inuitat ad celum. Ille enī opprobria irrisiones cōtumelias alaphas sputa flagella coronā spineam crucemq̧ sustinuit. Et nos miseri ad nostram confusionē vno sermone fatigamur: vno verbo deijcimur: hec ille. Quare procuremus feruenter: vt acquiramus patientiam: per quam deus largietur nobis hic gratiam: ⁊ in futuro sempiternā gloriam: in qua est bn̄dict⁹ per eterna seculoꝝ secula. Amen.

¶ Sermo de predestinatorū numero ⁊ damnatorum.

Multi sunt vocati: pauci vero electi. Math. xx. c. Verba que reuerentijs vestris sunt proposita dilectissimi in xpo ihesu sunt ipsius dn̄i ihu. que si hoies vani attente pensarent ac subtiliter discuterent timendi deum causam haberent. Quid eni pōt tāta efficacia timorē incutere: q̄ꝫ prefata verba ore veritatis in fallibilis ꝑlata considerare? Quis eni nō paueret: qs nō obstupesceret: q videret suū regē populos sibi subiectos omnes sine defectu corā se aduocantem: ⁊ ex tanta multitudine paucos ad gloriam eligentem: reliquos autem in cōfusione ignominia ⁊ tormento relinquentem? O quantus timor. o quantus fletus. o quantus gemitus tales comprehēderet. Sed nunc insania hominum putat contrarium. Nā si singillatim omnes interrogentur infideles an sint electi ad salutē: quasi omnes dicerent sumus. Similiter etiam iudei idem dicerent. Verum quid de xpianis loquar: quorum fides est verissima. Nonne ⁊ ipsi etiam in omnibus malis viuentes: tamen credunt se misericordiā dei ꝯsecuturos? Interroga queso singulos in omni sexu. ⁊ in omni etate conditione gradu ac dignitate: neminem fere inuenies etiam si in malo ꝑseueret: qui se non putet electū. ⁊ hoc euenit partī: qꝛ ignorant lumen veritatis: partī: quia ꝓprij amoris fallacia decipiuntur: ꝑtī denīq̧: qa diabolica suggestione falluntur. Nam plerunq̧ etiā fatui se sapiētes existimant: ⁊ qui claros non habent oculos umbram interdum pro veritate percipiunt. ⁊ sepe somniantes putant se vigilare ⁊ esse vera que somniant. Sic multꝭ vocatis a deo eueniet qui nūc credūt se saluari ⁊ damnabuntur: quia dicit saluator Multi sunt vocati pauci vō electi. Nōne vides in omnibus reb⁹ exemplū: qꝛ illud qd̄ est deterius plus abundat. vt in fine sermonis dicet. Sed nūc cape exēplum in piscatoribus: qꝛ vt plurimū plus īmundicie: ⁊ pisciū inutiliū in rete capiunt q̄ꝫ sint boni pisces. Hoc confirmat diuina auctoritas Math. xiij. Simile ē regnū celorū sagene misse in mare vsq̧ ibi in caminū ignis. Ecce q̄ boni ponūt in vasis quasi in modico loco morantes propter paucitatē: sed mali ꝓijciunt in littus maris propter multitudinē. O peccator conuertere ⁊ cōsidera quid significet. Multi sūt vocati. ⁊c. Sꝫ licet xps nequeat mentiri. tn̄ qa eius sacratissima dicta ab ignorātib⁹ male intellecta sepenumero errore decipiunt. Idō ꝓ luculentiori thematis nostri declaratione tria

in hoc sermone notabimus.
Primū dr̄ oppositio.
Secūdū dr̄ declaratio.
Tertiū dr̄ confirmatio.
¶ Cape primū qd̄ est oppositio. Quidā enim vident opponere ꝙ non pauci sed multi sunt electi. ⁊ hoc triplici oppositōe probare videntur.
Prima dr̄ inclinationis.
Secūda dr̄ reuelationis.
Tertia dr̄ predestinationis.
¶ Prima oppositio dr̄ inclinationis ⁊ est talis. Omnia que sunt inclinantur ad agēdum ꝭm bonitatē sue nature loquendo naturaliter: vt pꝫ in creaturis insensibilibus ⁊ sensibilibꝰ: q̄ magis q̄ꝫ nos sequūtur nature sue inclinationē. Vn̄ phs iiij. ethi. ait. Vnusqsq; dirigit opa sua ꝭꝫ optimū eoꝝ que sunt in ipso. Et Boetiꝰ i iiij. de ꝯso. psa. iiij. inq̄t. Agit eni cuiusq; nā. qd̄ ꝓpriū ē ei diffinire. ergo ⁊ deꝰ cuiꝰ esse est perfectissimū inclinat a bonitate sue nāe vt agat ꝭm eā. nam si alia agunt hoc a fortiori deus. hoc pꝫ. ij. meth. vbi dicit. Qd̄ est causa aliorū vt sint talia illd̄ maxime est tale. exemplo ignis qui cum sit causa calefaciendi aquam arguitur ꝙ sit maxie calidꝰ. ergo cū deꝰ sit cā vt alia agant ꝭm inclinationem sue nature. ipse debet agere ꝭm suā imo magis: qa teste Proculo: qui dicitur de causis auctor. Quicqd pōt cā secūda: pōt cā ꝑma nobiliori ⁊ altiori modo. Et cōmētator. ij. metha. ait. Prima cā est magis digna i esse ⁊ virtute q̄ꝫ oia alia entia. quia omnia alia entia acquirūt eē ⁊ virtutem a ꝑmo. Sed que est inclinatio nāe dei? Misericordia. Hinc dr̄ in ps. Apud dn̄m misericordia: ⁊ copiosa apud euꝫ redemptio ⁊. xxvj. q. iij. c. allīgāt. Et allegatur de pe. di. i. §. item dicitur. Misicordie dn̄i nec mēsuras ponere possumꝰ nec tpe diffinire. Ecce ꝙ inclinat ad miserēduꝫ ꝭm naturā. ergo debet pluribꝰ misereri. ⁊ ꝯn̄ter plures eligere q̄ꝫ dānare. Veꝝ rn̄dere qs poterit ꝙ etiā deꝰ inclinat ꝑ nām facere iusticiā. Concedo. sꝫ tn̄ magis iclinat ad mīam testante Jac. ij. c. sue can̄. vbi ait. Supaltat aūt mīa iudiciū. Et de pe. di. i. c. quia diuinitatis. ⁊ sūt v̾ba Hiero. vbi dr̄. Diuinitatis nā clemēs est ⁊ pia: magis ad indulgentiaꝫ q̄ꝫ ad vindictā ꝓna que nullatenus vult morteꝫ pctōris: sed vt magis conuertat ⁊ viuat. ergo plibus miseret. ¶ Secūda oppositio dr̄ reuelationis. Arguendo nanq; ꝓ talibꝰ dico ꝙ pl'es saluent: qꝛ in dinis scripturis iuenitur ꝙ plures saluantur. Nam oēs electi significant in promissionibus factis ad Abrahaꝫ a deo sicut scā mr̄ ecclia canit. Signifer scūs Michael repn̄tet eas in lucē scām: quam oliꝫ Abrahe ꝓmisisti ⁊ semini eius. Sꝫ semē electoꝝ ē amplissimū. nam Gen̄. xij. dixit deus Abrahe. Egredere de terra tua: ⁊ de domo patris tui. ⁊ intulit. d. Faciā te crescere in genteꝫ magnā. Item. xiij. c. d. Faciam semē tuū sicut puluerē terre: quem ⁊ si homo pōt numerare: semen quoq; tuuꝫ numerare poterit. Et. xv. anteq̄ꝫ Abrahā filium haberet educens eum foras dixit. Suspice celū. ⁊ numera stellas si potes. ⁊ dixit ei. Sic erit semen tuum. Ecce q̊t sunt electi significati in semine Abrahe. Hic Job xxv. d. Nunquid est numerꝰ militū eius quasi. d. Nō. Et Dauid inducit christuꝫ patri. d. Dinumerabo eos: ⁊ sup harenā multiplicabunt. Simil'r. Johes Apoc. vij. hoc testat. d. Audiui numeꝝ signatorū. 144000. signati. ex oi tribu filioꝝ isrl'. Ex tribu iuda. 12000. signati. vsq; ibi stātes ante thronum dei. Ecce quanta ē electorum multitudo. Propterea doctores sancti in suis opinionibus licꝫ sint varie tn̄ ostendunt multos saluādos. Magister nāq; sen. in. ij. di. i. dicit hoieꝫ esse factū inter alias causas pro restauratione nature angelice. Vnde ⁊ in di. ix. allegat Gre. di. Superna illa ciuitas ex angelis ⁊ hoibus constat: ad quaꝫ credimꝰ tantos humani generis ascendere: quātos illic contigit angelos remāsisse: sicut scriptum est. Statuit terminos populorum iuxta numerū angeloꝝ. Et hoc exponit ipse magister dicens. Non iuxta numeꝝ eoꝝ qui ceciderunt: hoies ad btitudineꝫ

admittūt: sed eoꝝ q̄ remāserūt. ergo iux
hanc opinionem cū sint angeli pene in/
numerabiles sequit̄ ꝙ tot erunt homīes
q̄ saluabunt̄. nam de angelis dr̄ Daniel.
vij. Milia miliū ministrabāt ei ⁊ decies
centena milia assistebant ei. Item idem
magister in ꝑfata di. ponit aliā opinionē
q̄ ē Aug. xxij. li. de ci. dei. c. i. d. De mor/
tali ꝓgenie merito iusteq̄ dānata tantū
ppl'm sua gr̄a colligit. vt inde suppleat ⁊
restauret partem q̄ lapsa ē angeloruꝫ: ac
sic illa dilecta ac sup̄na ciuitas non frau
det̄ suoꝝ numero ciuiū: q̄netiā fortassis
⁊ abūdantiore letet̄. Itē ibidē ponit aliaꝫ
opinionem dicens ꝙ solum ruine ange
lice per virgines restaurabunt̄. d̄ ceteris
autē hominibus sunt tot saluandi: quot
sunt angeli q̄ remanserunt. ⁊c. Est ⁊ alia
opinio Bon̄. in. ij. dist. ix. que videt̄ oib⁹
verior. Ait eniꝫ ꝙ cū sint. ix. angelorum
ordines debent ad ipsos hoies assumi ꝓ
meritoꝝ conditione. ⁊ ideo nō tm̄ assu/
mentur ad ipsos v̉gines: q̄netiā ⁊ multi
alij cū etiā multi corrupti carne in meri/
to multis virginibus preferant̄. sicut patꝫ
in beata Maria magdalena: ⁊ Petro
ap'lo qui multis v̉ginibus vtriusq̄ sex⁹
ꝑferūt̄. Preterea dicit ꝙ m'lti dn̄ fuerūt
in hac vita nō fuerunt tanti meriti vt pos
sent assumi ad angelorum ordines: qui
tm̄ saluati sunt merito passionis xp̄i. ⁊ de
ipsis fiet decimus ordo. sicut olim fuit fi
guratum tempore Ezechie regis Iude
quando a deo impetrauit ne moreretur:
tunc sol in signum exauditionis ꝑ deceꝫ
grad⁹ quos descēderat retrocessit ī horo/
logio Achaz. sicut pꝫ. iiij. Reg. xx. c. Sic
xp̄s sol iustitie nouē relictis angelorum
ordinibus ad decimuꝫ generis humani
faciendū descēdit. Et simil'r iste decimus
ordo signatus ē ī decima dragma Luc.
xv. quaꝫ mulier. i. diuina charitatis amis
sam requisiuit domū. i. humanam natu
ram passione subuertēs. Ecce quot istis
opinionibus presupponuntur saluandi.
Numera eos si potes. ergo n̄ sunt pauci
vocati siue electi. ¶ Tertia oppositio dr̄
predestinationis. Et arguit̄ sic. Aut deus
predestinauit omnes. aut parteꝫ. Si oēs
ergo oēs saluabuntur. quia predestina/
tio est origo ⁊ fundamentū humane sa/
lutis. vt colligitur. di. xl. primi sentētiarū
⁊. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonosor. Pre
terea arguit̄. De⁹ ē imutabil'. si ergo oēs
predestinauit: omnes saluabit: quia eius
voluntas non potest mutari: iuxta illud
quod dicitut de reg. iur. li. vi. Qd̄ semel
placuit amplius displicere non potest.
Si autem dicis ꝙ non omnes predesti
nauit sꝫ ꝑtē. ⁊ ego quero quare non oēs
Et ꝓbat̄ ꝙ nō sit verū. Primo si sic eēt
videret̄ ꝙ deus esset ꝑsonaruꝫ acceptor.
⁊ hoc negat scriptura. Unde Actuuꝫ. x.
Petrus ait. In v̉itate comperi. q̄m de⁹
nō est personarū acceptor. Item. xxxij.
q. c. sic̄. ⁊ de cōse: di. iiij. c. nequaq̄. Et ex̄
de preben. c. venerabilis. li. vj. dicit̄. Nō
generis sꝫ v̉tutū nobilitas viteq̄ hone/
stas gratū deo faciūt ⁊ idoneū seruitoreꝫ
ad cuius regimen nonnullos nobiles ⁊
ignobiles: pauperes ⁊ potentes admisit
eo ꝙ non est apud deum personarum
acceptio. Etiam scribitur Ioannis. ij. c.
Non est ꝑsonaꝝ acceptio apud deū. Et
Sap. ij. Equaliter est ei cura d̄ omnib⁹
Et Math. viij. Solē suū oriri facit sup̄
bonos ⁊ malos. Secūdo ꝓbat̄: q̄a oēs
ad p̄niam vocat: sic̄ dic̄ ap'ls. i. Thimotħ.
ij. ꝙ deus vult oēs homines saluos fieri
Vult ergo oēs. ⁊ nō ꝑtē. Un̄ idem ap'lus
Ro. viij. ait. Scim⁹ q̄m diligētib⁹ deuꝫ
oia coop̄ant̄ in bonū his q̄ s̄m ꝓpositū
vocati sunt sancti. Nam quos presciuit ⁊
ꝑdestinauit conformes fieri imagīs filij
sui: vt sit ipse primogenit⁹ in multis fra/
tribus. quos aūt ꝑdestinauit: hos ⁊ vo/
cauit. ⁊ quos vocauit: hos ⁊ iustificauit.
⁊ quos iustificauit eos ⁊ magnificauit.
Quid ergo dicem⁹ ad h̄? Si de⁹ ꝓ nob̄
quis cōtra nos? Qui etiā ꝓprio filio nō
pepercit. sꝫ ꝓ nobis oibus tradidit illuꝫ
Quō nō etiā cū illo oia nobis donauit?
Sed voluntas dei est infallibilis: quia
omnia quecūq̄ voluit fecit. Nec potest
impediri ad ro. ix. Volūtati eius quis re/
sistit. ergo ⁊c.

Ecundum mysterium dr̄ decla
ratio. Ne ergo in errore mēs pa
rum intelligentiū pmaneat: ex
prefatis videbim⁹ tres declarationes cō
tra tres predictas oppositiones.
Prima est ꝯ inclinationez. Secunda
ꝯ reuelationē. Tertia ꝯ predestinationē.
¶ Prima est ꝯtra iclinationē. Dicebat
ꝙ deus debebat plures saluare q̄ȝ dam/
nare. qa eius nā magis inclinata est ad
miserendū q̄ȝ puniēdū. Rn̄deo ꝙ verū
est q̄ȝtū ad effectū: nō q̄ȝtum ad nāȝ: qꝛ
nō est differens in nā. ſȝ tn̄ nō seqꝛ ꝙ ꝓ/
pterea oēs vel pl'es saluent. qa regula il/
la intelligitur stantibus terminis ipsi⁹ na
ture. Uerum nanqȝ est ꝙ deus saluaret
oēs siue multos: si ipsi se ad salutez dis/
ponerent: sed qa nō se disponūt. iō nā n̄
saluant. Patet hoc exemplo multiplici
Nam cibus nāliter habet prebere nutri
mentū. ſȝ tn̄ nō prebet in illo qui nō ha
bet digestionem. lumen habet illumina
re: sed tamen non illuminat cecoꝝ ocu/
los. medicina habet sanitati disponere:
ſȝ nō disponit morituros. ⁊ hoc nō ē ex
culpa actiuorum: sed ex defectu passiuo/
rum. quia non sunt dispositi. Unde hoc
idem confirmat phus. ij. de aīa. di. Act⁹
actiuoꝝ sunt in patiente bene disposito.
Sic dico ꝙ dei natura licet de se sit incli
nata omnibus misereri. tamē nō omni/
bus miseretur. quia non se disponūt ad
susceptionē ipsius. Hinc auctor de cau/
sis ait. Prima causa ⁊ superior semp est
sine varietate. sed cause secūde nō recipi
unt virtutez prime nisi ſm attingentiam
ergo non valet argumentū. ¶ Secūda
declaratio est contra reuelationē. Nam
dicebatur ꝙ plures ex reuelatiōe demō
strantur saluari q̄ȝ damnari. Respōdeo
ꝙ de electis est loqui dupliciter. s. abso/
lute ⁊ respectiue siue comparatiue. Pri
mo modo electorum est maxima multi
tudo. Nonne tibi videntur multi tot ꝓ/
phete: tot martyres. tot ꝯfessores. tot vir
gines. tot continentes ⁊ casti? Et sic hn̄t
intelligi ille auctoritates doctoruȝqȝ opi/
niones. Secūdo modo in comparatio/
ne siue comparatiue loquēdo dico ꝙ ele
cti sunt paucissimi: Si enim boni malis
comparantur paucissimi inueniunt. Nā
si quis ex magno monte harenarum vl'
ex littore maris sumeret pugillū harene
harena illa grandis diceret absolute: qa
grana ibi contenta essent infinita: ſȝ cō/
parando ad illa que sunt in monte siue
in littore maris dicerent pauca. Sic est
de electis. naȝ multi sunt absolute: sed in
comparatione damnatoꝝ pauci: ⁊ ideo
deus absolute loquendo dicit ad Abra/
ham ꝙ semen suum multiplicaret sicut
puluerem: ⁊ sicut stellas celi. Et in cōpa
tione loquēdo fuit dictū Deut. xxxiij. Ec
ce oēs electi i māu dei sūt. q̄si dicat. Ele
cti tam pauci sūt vt possint manu teneri.
Hinc Sap. iij. dr̄. Justoꝝ aīe i māu dei
sūt. Et sic pȝ secūda declaratio. ¶ Ter/
tia declaratio est ꝯ ꝑdestinationem. vbi
dicebat ꝙ aut deus oēs elegit vel prede/
stinauit: aut partez. ⁊ si oēs. ergo omnes
erant saluandi. ⁊ si partē hoc erat falsuȝ.
tum quia non ē personaꝝ acceptor. tum
etiam quia vult omnes homines saluos
fieri. Respondeo dicendū ꝙ nō omnes
predestinauit. Nam predestinatio ē tm̄
bonoꝝ. Un̄ mgr̄. in. iiij. di. xl. ait. Pre/
destinatio est gr̄e preparatio qua elegit
quos voluit ante mundi constitutionez.
Sed dices. ergo est ꝑsonarum acceptor.
⁊ ꝙ non oēs vocauit vt dicit Apo. Dico
ꝙ nō sequit. Nam ipse ex hoc non acce
ptat personas sed merita. ⁊ dānat deme/
rita. Et iō non omnes predestinauit. qa
ꝑuidit quosdaȝ in pctō duraturos. illos
autē tm̄ ꝑdestinauit quos benefactores
ꝑcognouit. Un̄. xxiij. q. iiij. c. Nabucho/
donosor. Augu. ait. Uires obediētie non
ideo cuiusq̄ȝ subtrahit. qa eū non prede
stinauit. Sed ideo eū nō predestinauit.
quia recessurū ab ipsa obedientia preui/
dit. Et infra dicit. Quia ꝑsciti sunt casu/
ri: nō sunt predestinati. essent aūt prede/
stinati si essēt reuersuri. Ecce ergo ꝙ de/
us non considerat in predestinatiōe ꝑso
nas: sed merita. Quod autē dicebat ſm
aplm̄ ꝙ de⁹ vult oēs hoīes saluos fieri.

⁊c. Rn̄deo ẜm doc. ⁊ maxime ẜm Jo.
Dama. ⁊ Alex. de ales. Qḋ i deo dicitur
esse duplex voluntas: non respectu volē/
tis: sed respectu voliti. Una dicit̾ antece/
dens siue absoluta. altera cō sequēs siue
conditionata. Uoluntas antecedens est
in qua vult deus omnibꝰ misereri. ⁊ vult
oēs saluari. Uocat. n. cum ista ad pniam
omnes. s. iudeos: paganos: sarracenos:
⁊ quoscūqꝫ pctōres clamatqꝫ ad vitam
eternā. Sed ista nō sequit̾ effectū suum
propter rebellionez liberi arbitrij nostri.
Clamat deus. volo te saluare aīa mea.
Et liberꝝ arbitriuz pctōris rn̄det. Nolo.
Exēplū de rege q preciū soluit pro libe/
ratione suoꝝ ciuiuz. ⁊ parat naues: vt in
patriam eos reducat a captiuitate. ⁊ oēs
a vinculis vult liberare ac soluere. Sed
quidā eorū contēnūt. Ecce ꝙ sarraceni:
iudei. ⁊ ceteri obstinati peccatores nolūt
exire de carcere infidelitatis ⁊ male vo/
luntatis. Sed tamen deꝰ preciū ꝓ oibus
soluit redemptionis ⁊ omnibꝰ vult mise
reri. Unde aplus Hebre. v. Factꝰ est oi/
bus obtēperantibꝰ sibi cā salutis eterne.
Et de absoluta volūtate dicit idez aplus
i. Thi. i. Hoc bonū ⁊ acceptuz coraz sal/
uatore nostro deo q vult oēs homines
saluos fieri ⁊ ad cognitionē veritatis per
uenire: qui dedit semetipꝫ pro omnibꝰ
Alia volūtas dicit̾ consequēs siue condi
tionata. Et ẜm istam voluntatē nō vult
omnes homines saluare. quia hec est cū
conditione diuine iustitie. Uult enim il/
los saluare qui gradiuntur per semitam
mandatorum suorum. ⁊ damnare eos
qui ambulant ꝑ vias non bonas nisi re/
trahant pedem. Exemplum de rege qui
suos ciues diligit. ⁊ oibus salutem optat
et quāq̄ꝫ velit omnes saluos esse. tn̄ vult
quosdā qui nephanda commiserūt sup/
plicijs tradere. Sic est de deo. Sed dicit
aliquis. Nolo aliquid boni agere: qa si
suz predestinatꝰ omnino saluabor. si ꝟo
nō: oio dānabor. Tace stulte: qa deus ita
te predestinauit ꝙ tamē vult te laborare
vt salueris. Unde magister in. i. di. xl. ait
Predestinatio ē salus ex inductiōe me/
ritoꝝ. Et. xxiij. q. iiij. c. obtineri dicit̾. Ipa
quoqꝫ perēnis regis predestinatio ita ab
oipotente deo posita est: vt ad hāc electi
non nisi labore perueniant: quatenus la
borando mereant̾ accipe: qḋ eis oipotēs
deus ab eterno disposuit dare. Item pro
pterea nō damnaberis. qa sicut specula
tor ostendens viaz bonaz transeuntibus
⁊ ne malā viā que est a sinistris teneant:
non est causa vt in ea incidant in latro/
nes. Sic deus per predestinationez nō ē
causa dānationis alicuius. Nam stultus
esset ille q nihil cibi vel medicine sumer̾
vellet. dicēs. Si debeo mori moriar: ⁊ si
viuere viuam. Unde Aug. xxiij. q. iiij. c.
Nabuchodonosor ait. Uasis ire nunq̄ꝫ
deus redderet interitū: nisi spontaneum
inueniret̾ homo habere peccatuz. Quia
nec deꝰ peccanti hoi iuste inferret iraz: si
homo ex predestinatione dei cecidissꝫ in
culpā. Et idē in. c. Uasis. §. Nō ergo. ait
Non ergo necessitatē facit correctionis.
vel obdurationis diuina predestinatio si
ue prescientia: cū boni ꝑ grām corrigant̾
libero arbitrio mali ꝑeant ⁊c. Hoc satis
pꝫ. ꝙ nō sequit̾ ꝙ deꝰ debeat multos vel
oēs ꝓpter ꝑdestinationē saluare: sꝫ illos
q volūtꝰ saluari bn̄ viuendo ⁊ operādo.

Ertiū mysteriū dr̾ confirmatio
Annūcio vobis mala noua: qa
verificat̾ sermo iesu xp̄i qui dicit
Multi sunt vocati. ⁊c. Quod vt certius
ꝯfirmet̾ triplici ꝯfirmatōe demōstrabit̾.
Prima dicitur exemplificationis.
Secunda dicitur testificationis.
Tertia dicitur malignationis.

¶ Prima cōfirmatio dicit̾ exemplifica
tionis. Nā si intuemur omnia exempla
tam naturalia q̄ꝫ diuinalia ⁊ moralia in/
ueniemus ꝙ plures tendunt ad penam
q̄ꝫ ad gloriam. Prio eni cōsideremꝰ na
turalia exempla. Uidemꝰ eniz ꝙ in istis
que naturaliter fiunt plus malicie abun
dat q̄ꝫ bonitas. Unde facilius est destrue
re q̄ꝫ edificare: perdere q̄ꝫ inuenire: occi
dere q̄ꝫ resuscitare. Nam vno anno con
ficitur panis. ⁊ vno momento quasi de/
uoratur: multis ānis homo perficitur:

⁊ modica hora ꝑpendit ⁊ occidit. Quare hoc? Quia natura rerū facilius ducitur ad malū. Item videmus ꝙ plus ē terra inculta ꝗ̃ culta: plꝰ aque amare ꝗ̃ dulces: plus sūt immunditie que ex frumēto vino ⁊ oleo exeunt ꝗ̃ ipsi fructꝰ: plus lapides edificioꝝ ꝗ̃ ꝓciosi. Sic reprobi plures sunt ꝗ̃ electi. Item cernimꝰ ꝙ in his rebus que vsui nature sunt difficiles ad habendū pauci perueniūt. vt in scia dignitatibus ⁊ huiusmōi. Et hoc quare: Quia preciosa difficilime possidēt. Sic ergo ⁊ gloria celestis a paucis eripitur q: preciosissima est. Unde ait philosophus Malum est facile: difficile est bonum.

¶ Secundo cōsideremꝰ dīna exempla que fuerūt figura saluandoꝝ paucitatis: Lege. Gen̄. vij. c. ⁊ iuenies ꝙ tēpore diluuij pauci. i. octo aīe vtriusqꝫ sexus saluate sūt i archa Noe. Lege insuꝑ Gen̄. xix. ⁊ similiter iuenies. ꝙ ex Sodoma ⁊ Gomorra solus Loth cum vxore sua ⁊ duabꝰ filiabꝰ saluatus sit. Et tamen quia eius vxor retrospexit in statuā salis mox conuersa fuit. Item si bene legis iuenies ꝙ ex illa maxima multitudine filiorum isrl' que egressa est de terra egypti. nemo coꝝ a. xx. annis supra ītrauit terram ꝓmissionis nisi Caleph ⁊ Josue. O pctōr cōuertere qa multis: imo omnibꝰ terra viuentiū promissa est. ⁊ tn̄ pauci intrant pauci effugiūt interitū huiꝰ seculi: quia nolunt sibi prouidere. ¶ Tertio consideremus exempla moralia. nam legitur ꝙ sanctus Bernardus. xv. die post mortez suā apparuit cuidam monacho. cui inter alia interroganti si tam difficile esset saluari vt scripture testāt. rn̄dit ꝙ veꝝ erat Et intulit. di. Ea die qua ex hac vita migraui: quadragintatria milia hominum decesserūt. ⁊ solūmodo ego cū quodam heremita vitā celestē intraui. ⁊ qdā bonꝰ secularis penas purgatorij saluādus intrauit. Refert etiam quidam historicꝰ ꝙ quidā monachus Lugdunensis. q fuerat in heremo ꝑ annos triginta i magna pnia. post suā mortē apparuit epo ciuitatꝭ Lugduuz di. Ha. ha. o iustitia dei ꝗ̃ terribilis es: ꝗ̃ subtilis: ꝗ̃ acuta: ꝗ̃ aspera Et mirans episcopus ipsuz adiurauit vt diceret quid hoc esset. Cui ille rn̄dit. O Joannes age pniam. grandis eniz tibi restat via. Eo eniz die quo ego decessi ex hac vita transierūt etiā octuaginta milia aīe que oēs damnate fuerūt exceptis. v. quarū due eternā gloriā ⁊ tres purgatorium intrauerūt. Et his dictis disparuit. Habetur ēt in cronicis ordinis nostri ꝙ dū quidā frater noster deuotus ⁊ sanctꝰ predicaret in partibꝰ Alemanie populo ipm audiēte. ⁊ vidente. quedam mulier peccatrix cōpuncta tunc diuina gratia: mortua ex vehemēti pctōruz dolore: Et cū finē predicator sermoni fecisset: dixit populo vt vna secū dn̄o funderent ꝓces: vt sibi bonū foret quod actuz esset in muliere appareret. O mirabile dictu. Illa q̄ mortua fuerat sana resurrexit. Rogat frater eam vt si qd vidisset apiret ad audiētiū vtilitatē. At illa ait. Heu sciāt omnes hoies ꝙ mortui sūt hodie. lxx. milia hominū qui oēs dānati sunt exceptis. iiij. q ad purgatoriū descēderunt. O obcecati pctōres agite pniam: quia iusticia dei est strictior ꝗ̃ creditur. Et quid miꝝ sit tot damnant. cum totus mūdus sit laqueis plenus. nōne sanctus Antonius abbas raptus in spū vidit totū munduz laqueis plenum. ⁊ flens exclamauit. d. Domine quis euadet hos laqueos. Et dn̄s rn̄dit Sola humilitas. Ecce ꝙ nemo pōt saluari nisi fuerit humilis. ⁊ tn̄ paucos videmus qui illam virtutez sequuntur. Hoc cōfirmat dn̄s Math. xviij. Nisi ꝯuersi fueritis: ⁊ efficiamini sicut puuli: nō intrabitis in regnū celoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Secūda ꝯfirmatio dr̄ testificatiōis. nā hoc testāt oēs scripture ⁊ doctores. ⁊ etiaz pagani. Uirgiliꝰ. n. ait. vj. eneidos. Pauci q̊s equus amauit Jupiter. Et Ualerius maximus. Multis eni laboribꝰ suscepꝭ vix eoꝝ cōpotes fieri cōtingit. Et Aug. xx. de ci. dei. Plures hoies currūt i penis ꝗ̃ in gliaz. Idē. xxi. c. xij. ait. Si oēs a tenebris transferrent in lucem in nullo appareret veritas vltōis: in qbꝰ ꝓpterea

multo plures q̄ȝ in illa sūt: vt sic ondat quid hoib⁹ debet. q̄ si omnib⁹ redderet iustitia iudicanȝ. nemo recte rephēderet Itē libro de vero cultu ait: Anteq̄ȝ xp̄s adueniret in mundū. de mūdo trāsierūt plusq̄ȝ qnq̄ȝ milia anni qbus oēs dāna/bant: demptis paucis de populo isrl. Et idē eodē libro Arbitror eni tres mundi partes fore dānandas eo q̄ in ipsis oēs regnant infideles. De quarta autē parte quid dicā. nisi q̄ Joh. ait Tot⁹ mund⁹ in maligno positus est? Et Greg. i omel. sup Math dic. Ad fidē plures veniunt sed ad celeste regnū pauci pducūt. Pleriq̄ȝ eni vocib⁹ deū sequūt: sed moribus fugiūt. Veniamus ad campū diuinarū scripturarū. Quid dicis tu o Isa. c. viij. Multiplicasti ingt gentē. sed nō magnificasti leticiā. Et .i. Petri. iiij. c. dicit. Si iustus vix saluabit. ipius τ peccator vbi appebit? O miser peccator. mala nouella. Sed forte dicis. Non credo predictis testib⁹: qa fortassis vt hoies sunt locuti Saltē xp̄o crede. Quid dicis dn̄e Jesu Audi Math. vij. Intrate ingt p angustam portaȝ. qa lata porta τ spatiosa est via q̄ ducit ad pditionē. τ multi sunt qui intrāt p eaȝ. O pctōr paupcule q̄ȝ male nouelle. Tu velles q̄ dicerē q̄ oēs saluātur. Ego non possū: qa veritas mihi cōtradicit. Certe si ista nō essent vera τ vtilia: xp̄s ea nō predicasset. Nam vt etiaȝ saluti viā arduā ostenderet dicit in eodē c. Non ois qui dicit dn̄e dn̄e intrabit in regnū celoꝝ: sed q fecerit volūtatē p̄ris mei qui in celis est: ipse intrabit i regnuȝ celoꝝ. Multi mihi dicēt i illa die. Dn̄e nōne in noie tuo pphetauim⁹: nōne in noie tuo demonia eiecim⁹: multasq̄ȝ virtutes fecimus? Et tunc confitebor illis: qa nunq̄ȝ noui eos. Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē. Et thema dic Multi sunt vocati ꝛc. ¶ Tertia confirmatio dr malignationis. Tanta est hominū malignitas q̄ nō mirari debem⁹ si pauci saluēt. Licet eni vt ph̄s ait. de futuris contingentibus nō sit determiata veritas: tn̄ sepissime ex q̄litatib⁹ reꝝ q̄dā futuroꝝ iudicia certa percipim⁹. Sicut dicim⁹. Sero rubrū celū: mane indicat esse serenū: Et hoc vt plurimū verū est Cognoscim⁹ etiā ex nubiū densitate: ventorū fulgurū τ tonitruorū multiplicatione q̄ magnā testant futurā tempestatē. Unde τ ipse saluator cū de tribulatione que in orbē ventura est loqueret discipulis intulit dicēs. Ab arbore autē fisci discite parabolā Luc. xxi. Hoc autē dico q̄ ex precedentib⁹ signis multociēs exitū cognoscimus futuroꝝ. Cū eni totuȝ pene mundū cernam⁹ letali vulnere peccati sauciatum. plura morti signa q̄ȝ vite: qd aliud de ipso iudicare possum⁹ q̄ȝ malū Nōne attrito ꝑmōis pūerbio dicim⁹ q̄ impossibile est male viuere τ bn̄ mori. τ ecōuerso. Nōne verū est q̄ Gen̄. viij. c. scriptū ē. Sensus τ cogitatio hominis proni sūt ad malū. Et. xij. q. i. c. ois etas dr. Ois etas ab adolescentia sua prona est ad malū. ergo qa hoies proni sunt τ pmpti ad malū pereūt. Hinc. i. Joh. ij. c. dr. Tot⁹ mūd⁹ i maligno posit⁹ ē. Cū ergo plra mala signa dānatiōis i mūdo cognoscim⁹ vt dixi. q̄ȝ salutis: qd possumus dicer nisi q̄ multi sūt vocati: pauci vo electi. O dn̄e de⁹ q̊ vadūt iudei oēs τ infideles? Ad infernū. Si quis eni aliter crederet eēt heretic⁹. Quo tēdūt pueri q sine baptismo decedūt. Ad infernū. Quo etiā vadunt tot heretici qui sunt in mundo? Nam omnes orientales ethiopie: libye. pene omnes greci: Bosinenses: τ multi alij varijs heresibus sunt implicati. Nō inuenies castellū: ciuitatem: aut villaȝ que non habeat aliquos hereticos ocultos τ publicos: Nam alij non credunt aiam esse imortalē. Alij dicunt nō esse aliam vitaȝ: nec infernū: nec paradisum. Alij asserunt luxuriaȝ non esse peccatū. Alij putant stellaruȝ fatū super liberū arbitriū habet ptātē. Alij credūt mulieres i gattas: τ hoies i lupos posse mutari. Alij. tenent q̄ spiritus humani ingrediunt corpora aliena. Alij. credunt q̄ facere incantationes non sit peccatuȝ Et multi alij errores inueniunt a quibus

Illis

nolunt homines ꝯuerti. Omnes hmôi in errore suo obstinati persistẽtes sũt ex-cõicati ab ecclesia. vt patet. Similiter q non credunt sacramenta ecclesie. Consi dera quot sunt viri ⁊ mulieres in his er roribus implicati. Multi publici: ꝫ plu res occulti. Isti quo vadũt? Ad infernũ Dic modo de ignorantibus doctoribus prelatis confessoribus ⁊ subditis. Quan ta est talium multidudo: quorum quili-bet tenetur scire que ad eorum spectant salutẽ ⁊ officiũ: vt de alijs taceam? Sunt tot qui ignorant penitus articulos fidei decẽ precepta: ⁊ plerieꝫ orationẽ dñicaꝫ ⁊ quod deterius est confessores ⁊ eoruꝫ prelati etiam ipsi pleni ignorãtia raro in-ducunt tales vt discant: ⁊ in eoruꝫ igno rantia moriuntur. Quo isti vadunt? Ad infernũ. Quomodo scis frater Roberte Respõdeo: quia omnes doctores cano nici ⁊ omnes theologi dicũt: ⁊ precipue Tho. i. ij. q. lxxvj. ar. iij. ꝙ ignorãtia iuris non excusat in his q sũt doli capaces pa tet etiã extra. de iniurijs. c. Si culpa. ⁊ ex̃ de vi. ⁊ ho. cle. c. vt quisꝫ. ⁊ de. reg. iur. li. vi. ⁊. xxxvij. di. Ideo ꝓhibenť. ⁊ i glo. ibi. ⁊ de conse. di. iiij. c. vos ante oĩa. Iteꝫ quo tendũt multi qui moriunť desperati multi morte subitanea qui non habent spacium penitendi? Heu q꞉ portãtur ad infernũ. Quo insuper tendunt predões extortores: fures: lusores: damnificato-res: vsurarij. tpis venditores. ⁊ hmôi. ⁊ q talibus prebẽt auxiliũ: fauorẽ: ⁊ ꝯsiliũ qui omnes tenentur ad restitutionem? Ad infernũ. Habes hoc extra de furtis c. porro. ⁊ in. glo. ibi. sup ꝟ. satisfacere. Et de vsuris. c. cũ tu. Item li. vj. de reg. iur. Itẽ. xiiij. q. vj. c. si res. ⁊. xxiiij. q. ij. c. legať Et de pe. di. vj. c. nemini. Quo ergo mi-seri vadũt? Ad infernũ. Quo vadũt ma li religiosi: qui non seruãt regulã suam? Ad infernũ. Quot peccatores moriunť extra caritatem propter odium cũ ꝓxi-mo suo. aut propter amorem peccandi: vel horrorem satiffaciendi: aut etiaꝫ alia sili de causa: sed tñ penitẽt ꝓꝑ timorem gehenne. Heu quia rapiunť. ad tartara. qa scriptũ ẽ de peni. di. ij. c. nullus. ⁊ sũt ꝟba. Aug. d. Scriptũ est neminem sine caritate saluũ esse. Nõ itaqꝫ in solo timo re viuit hõ. Quẽ ergo pẽitet oportet nõ solũ deũ timere iudicẽ: ꝫ diligere iustuꝫ. vt nõ solũ penã timeat: sed anxietur pro glia. O igiť captiui diaboli reuertimini ad misericordiã dñ tempus est. O mise-ri xpiani renegati: reuocate vitaꝫ vestrã ad dñm deum vestrum: vt euitetis con-sortia damnatorum. Redite ergo q꞉ ne-mo dãnať nisi per propriã culpã: ⁊ deus non est inculpandus: sed potius nostra malignitas. Nam deus nõ vult quẽpiã vilem ⁊ magnũ peccatoreꝫ perire: ꝫ stat extensis in cruce brachijs compaciens peccatis ⁊ damnationi nostre: vt omni-bus largiatur sua infinita misericordia vitam eternam: Ad quam ipse nos con ducat qui viuit ⁊ regnat in secula secu-lorum. Amen.

❡ Sermo. de iudicio pestilentie.

Iudicia dei abyssus mľta. psal. xxxv. Ezec. xiiij. c. d. dñs. Si misero pestilentiã super terrã illã ⁊ effundero in dignationẽ meã sup eam in sanguine: ⁊ auferã ex ea hoiem ⁊ iumentũ. ⁊ Noe ⁊ Daniel ⁊ Iob fuerint in medio ei⁹: viuo ego dic dñs de⁹: q꞉ filiũ ⁊ filiã nõ libera bunt. sed ipsi iustitia sua liberabunt aias suas. h ibi. In qb⁹ verb̃ notabim⁹ trigi-ta pctã. ꝓꝑ que deus gloriosus pestilẽtiã mãdat. ❡ Primũ ẽ pctm̃ originale ꝺ q̃ dť Ro. xv. c. Per vnũ hoiem peccatuꝫ intrauit in hunc mundũ: ⁊ ꝑ pctm̃ mors Nã sicut remouens colũnã ꝑ accidens remouet lapidẽ sibi suppositũ: sic ille q ẽ cã ꝑditionis colũne originalis iusticie est cã priuatiõis vite ⁊ sanitatis que con seruabať in hoie ꝑ originalẽ iustitiã. Sꝫ qa peccatũ primi hois fuit cã ꝑditionis originalis iustitie: iõ decidit ipse cũ tota sua posteritate in infirmitates ⁊ moreꝫ

inevitabilē. Unñ oēs subiicimur morti eo
ꝙ sibi dictuȝ fuit pro omnibus Geñ. iij.
puluis es ⁊ in puluereȝ reuerteris. Ex q̃
peccato exorta sunt pestis: ⁊ alia indicia
pessima. ¶ Secunduȝ est pctm̃ luxurie
ꝯtra qȝ deus ordinauit mr̃imonij sacr̃ȝ
cui⁹ sunt tria bona .s. sacr̃m. fides. ⁊ ꝓles.
Cōtra sacr̃m peccāt ꝯcubinarij publice
tenētes cōcubinas: siue occulte siue su-
scipiēdo filios siue nō. Peccāt sacrilegi
siue clerici mulieribus copulati siue layci
xp̃i spōsas polluentes: siue in sacris ordi
nib⁹ cōstituti religiosas maculātes. Con
tra fidē mr̃imōij peccāt adulteri. siue oc
culti: siue publici: sicut Dauid cuȝ Ber-
sabee. ij. Reg. iij. Cōtra ꝓlē peccāt sodo
mite q̄ nocte natiuitatis dñi extincti sunt
peste: vt. d. beat⁹ Hiero. Peccāt abutē-
tes vasculo vxoris sic̄ Her cū Thamar
fecit qui peste mortuu⁹ est. Geñ. xxxviij.
Peccāt semē fundentes in terrā. sicut q̄
fulmine interijt: sicut Onā. vt pȝ Geñ.
xxxviij. ¶ Tertiū pctm̃ ē sacrilegiū. ꝯ. s.
eccliasticas ꝑsonas ⁊ ecclias supponen-
do eas angarijs ⁊ grauaminib⁹ imposi
tionib⁹ collectis: ⁊ vbi laycus soluit paꝝ
ecclia soluit multū: diues soluit quasi ni
hil: pauꝑ q̃i totū. Ideo inquit dñs Isa.
iij. Uos eni depasti estis vineā meā: ⁊ ra
pina pauperū in domo vr̃a. Quare atte-
ritꝭ ppl̃m meū: ⁊ facies pauperū ꝯmolitꝭ
Hec dicit dñs exercituū. Et ꝓ isto pctō
ecce pena Ezech. v. Uiuo ego dicit dñs
ꝓ eo ꝙ scm̃ merū violasti in oib⁹ offen
sionibus tuis: ego quoqȝ te confringā: ⁊
nō ꝑcet ocul⁹ me⁹ ⁊ nō miſebor. Tertia
ꝑs tui peste morieť: ⁊ fame cōsumeť in
medio tui: ⁊ tertia ꝑs tui gladio cadet in
circuitu tuo: tertiā partē ṽo tuaȝ in oēm
ventū disꝑgā: ⁊ mittā in vos famē ⁊ be-
stias pessimas: vsqȝ ad interemptioneȝ
sanguis trāsibit ꝑ te. hec ibi. ¶ Quartuȝ
pctm̃ ē trāsgressio festiuitatū. Uult. n. de⁹
celebrari ⁊ obseruari festiuitates Exo.
xx. c. Memento vt diē sabbati sanctifi-
ces. Non obseruantib⁹ vero festiuitates
cōminať de⁹ flagellū pestis Deut. xxviij.
Adiūget tibi de⁹ pestilētiā donec consu-
met te de terra. Percutiet te dñs egesta
te febre ⁊ frigore ⁊ aere corrupto ac rubi
gine: ⁊ persequetur donec ꝑeas. hec ibi.
¶ Quītū peccatū ē symonia: ꝑ quā diui
na dona ⁊ spūalia nō nisi precio aut ꝓce
dispēsanť. bñficia ꝓcib⁹ amicorū magis
q̄ȝ suffragio meritoꝝ acqrūt: ⁊ quātitate
pecuniarū magis q̄ȝ salute aiarū ꝯferūť
surgūt indocti ⁊ rapiunt eccliastica cul-
mina: docti ṽo cū suis doctrinis demer
gunť. In sūmo vitiosi honoranť: ṽtuosi
suppeditanť. Propterea. d. dñs Ezech.
vj. Hec. d. dñs de⁹. Percute manū tuā
⁊ allide pedē tuuȝ: ⁊ dic heu heu heu ad
omnes abhominationes malorū dom⁹
israel: qui gladio fame peste ruituri sunt
⁊ cōplebo indignationē meā i eis. h̃ ibi
¶ Sextū peccatū est idolatria: per quā
hoies ⁊ mulieres deo terga vertūt: ⁊ fa-
ciunt idoluȝ seruientes ei magis q̄ȝ deo
faciendo incantationes ⁊c. de quo deus
irascit. Unñ Leuit. xxvj. c. Ego dñs deus
vester. nō faciatis vobis idolū ⁊ sculpti-
le: nec titulos erigetis: nec insignē lapi-
dem ponetis in terra vestra. vt adoretis
eum. Qȝ si nolueritis accipe pniaȝ: aut
disciplinā: sed ambulaueritis ex aduer-
so mihi. ego quoqȝ aduersū vos incedaȝ
⁊ percutiā vos septies: ꝓpter peccata vr̃a
inducāqȝ suꝑ vos gladiū vltorē federis
mei. Cunqȝ cōffugieritis in vrbes immi
tam pestilentiā in medio vestri in tantū
vt vrbes vestras redigā in solitudinem
⁊ deserta faciā sāctuaria vestra: nec reci
piā vltra odoreȝ suauissimū: dispergāqȝ
terrā vestrā. hec ibi. ¶ Septimū est iho
noratio parentū. Unñ Ezech. iij. Honora
patrē tuū ⁊ matrē tuā vt superueniat tibi
benedictio a deo: ⁊ benedictio illi⁹ in no
uissimo māet. Benedictio patris firmat
domum slioꝝ: maledictio auteȝ matris
eradicat fundamenta. Hiere. iij. dicitur.
Hec dicit dñs exercituū. Ecce mittaȝ in
eis gladiū: famē ⁊ pestē: ⁊ ponaȝ eos q̃si
ficus mala: que comedi non pñt eo ꝙ
pessime sint: ⁊ ꝑsequar eos in gladio ⁊ i
fame ⁊ in pestilentia: ⁊ dabo eos in va-
stationeȝ vniuersis regnis terre in male

dictionē: ⁊ in stuporē: ⁊ in sibilum ⁊ op
probriū cūctis gentibus: eo ꝙ nō audie
runt verba mea: que misi ad eos per ser
uos meos ꝓphetas. hec ibi. ¶ Octauū
est fraudacio decimaꝝ. Vñ Mal. iij. dr
Reuertimini ad me ⁊ ego reuertar ad
vos dic dñs exercituū: Et dixistis. In q̊
reuertemur: Si affigiet homo deuz: qa
vos ꝯfigitis me. Et dixistis. In quo con
figimus vel fraudamꝰ te. In decimis ⁊
in primitijs ⁊ in penuria vos maledicti
estis. ⁊ me vos cōfigitis gens tota. Que
verba exponuntur a beato Hiero. vt hr
xvj. q. i. Ecce ego do corā vobis viaz vite
⁊ viaz mortis. Qui habitauerit in vrbe
hac. morieť gladio fame: peste: Posui
tibi faciē meam sup ciuitatē hanc in ma
lum ⁊ non in bonū: ait dñs ad populuz
hunc Hiere. xxij. c. ¶ Nonū peccatum
est obstinatio: Vñ Exo. ix. dixit dñs ad
Moysen. Ingredere ad Pharaonē ⁊
dices ad eū. Hec dicit dñs deꝰ hebreoꝝ
Dimitte populū meuz vt sacrificet mihi
Qd si adhuc renueris ⁊ reties mihi eū
ecce manꝰ mea erit super agros tuos: ⁊
sup equos ⁊ asinos tuos: ⁊ super came-
los ⁊ boues ⁊ oues pestis valde grādis.
Fecit ergo dominus verbū hoc. Altera
eni die mortua sūt oīa aiantia egyptioꝝ.
¶ Decimum peccatuz est homicidium
Quia enim Pharao rex egypti iussit vt
interficerentur primogenita masculini se
xus. hebreorū: ꝓpterea occidit dñs pri-
mogenita egyptiorum pestilentia graui.
Vnde dicit Exo. xij. Factuz est autem in
noctis medio ꝑcussit dñs omne primo-
genitum in terra egypti a primogenito
Pharaonis qui sedebat in solio eiꝰ vsq̧
ad primogenitū captiui qui erat in carce
re. ⁊ omne primogenitū iumentoꝝ. hec
ibi. ¶ Vndecimū peccatū est gula. Naz
iudei in deserto estuauerunt esu carniuz
murmurantes ꝯtra Moysen. Vnde dr
Numeri. xj. c. Surgens ergo ppls tota
die illa ⁊ nocte. ⁊ die altero congregauit
coturnices: qui paruz: decem choros. ⁊
siccauerūt eas ꝑ gyrū castrorū. Adhuc
carnes eorū erant in dentibꝰ ipsoꝝ: nec

defecerat huiusmodi cibus: ⁊ ecce furor
dñi concitatus in populum percussit euz
plaga magna nimis. i. peste. vt dicit glo.
Vocatusq̧ est locus ille sepultura cōcu
piscentie. Ibi enim sepelierunt pplm q
desiderauerat carnes. hec ibi. ¶ Duode
cimū peccatū est diffamatio. Vt eniz dr
Numeri xiiij. c. Quousq̧ detrahet mihi
populus iste: Feriā ergo eos pestilentia
⁊ cōsumā. Moyses aūt rogauit ꝓ pplo
ad dñm qui pepercit eis sz adiecit. In so
litudine hac iacebūt corpa vestra. Oēs
qui numerati estis a viginti annis ⁊ sup
⁊ murmurastis ꝯtra me: non intrabitis
in terrā sup quam leuaui manū meam:
vt habitare vos facerem. preter Josue ⁊
Caleph. hec ibi. Qui aūt mortui sunt in
deserto fuerūt sexcēta tria milia. qngenti
quinquaginta. Vnde hec pestis durauit
xl. annis. absorbuitq̧ q̊libet anno quin-
decim milia octogintaocto viros: exce-
pto vno anno in quo mortui sūt. xv. mi-
lia centū decē ⁊ octo: cōputando vnum
annū cū alio. ¶ Decimūtertiū peccatuz
est incredulitas. s. non credere diue po-
tentie in mirabilibus eius. Vñ Numeri
xx. c. dr: ꝙ cum populus hebreorū mur
murasset ꝯtra Moysē ob defectū aque
⁊ bis ꝑcussisset silicē. d. audite rebelles ⁊
increduli: num de petra hac poterimus
eijcere vob aquā: Dixitq̧ dñs ad Moy
sen ⁊ Aaron. Qr nō credidistis mihi vt
sanctificaretis me corā filijs isrl. nō intro
ducetis hos populos in terrā quam da-
bo eis. Hec est eni aqua contradictiōis
vbi iurgati sunt filij israhel contra dñm.
¶ Decimūquartū peccatū ē sup̄bia. Vñ
dr. ij. Reg. xxiiij. ꝙ cū Dauid ob super-
biam fecisset dinumerare populū suum
sermo dñi factus est ad Gad ꝓphetam
d. Vade ⁊ loquere ad Dauid. Hec dicit
dñs. Trium tibi dať optio: Elige qd vo
lueris ex his vt faciā tibi. Cūq̧ venisset
Gad ad dauid nūciauit ei dicens. Aut
septē annis erit fames in terra tua. Aut
tribus mensibꝰ fugies aduersarios tuos
⁊ illi ꝑsequenť te. Aut certe tribus diebꝰ
erit pestilētia i t̄ra tua. Nūc ergo delib

⁊ vide quē respondeaꝫ ei q me misit ser/
monē. Immisitq́ꝫ dn̄s pestilentiā in isrl̄
a mane vsq́ꝫ ad tp̄s cōstitutū: ⁊ mortui
sunt septuaginta milia virorum. ¶ De/
cimū quintū peccatū est auaritia. Unde
dicit. iiij. Reg. vi. c. ꝙ facta ē fames ma/
gna in samaria propter auariciam ⁊ op
pressiones quas fecerant diuites contra
pauperes: intantū vt matres comederēt
filios suos. Unde non solum fame: sed
etiam peste multi corruerūt. ¶ Decimū
sextū pctm̄ est vsura: que multum inua/
luit in ciuitatibus: ſm illud ps. Tota die
circundabit eam super muros eius ini/
quitas ⁊ labor in medio eius ⁊ iniustitia.
Et nō defecit de plateis eius vsura ⁊ do
lus. Ideo Ezech. vij. c. dicitur. Ira enim
mea super vniuersū pplm̄ ei⁹. Gladi⁹ fo/
ris: pestis ⁊ fames intrinsecus. Qui in
agro sunt gladio morientur: ⁊ qui in ci/
uitate pestilentia ⁊ fame deuorabuntur.
¶ Decimū septimū ē vsurpatio. Unde
Ezech. c. xxxviij. c. dr̄. Nūquid ad sumē
dā spolia tu venis? Ecce ad diripiendū
predā congregasti multitudineꝫ tuaꝫ: vt
tollas argentū ⁊ aurū ⁊ auferas supelle/
ctilē atq́ꝫ substantiam: ⁊ diripias manu
bias infinitas. Idcirco gladius [vninscu
iusq́ꝫ in fratrem suum diriget: ⁊ iudica/
bo eos peste ⁊ sanguine ⁊ hymbre: vehe
mentē ignem ⁊ sulphur pluā sup eos: ⁊
scient quia ego dn̄s. hec ibi. ¶ Decimū
octauū peccatum est fraus emptionis ⁊
venditionis. Applica de illis qui vendūt
plusq́ꝫ debent ⁊ etiam decipiunt in pon/
dere ⁊c. Unde verificat ꝓphetia Apoc.
xiij. c. Et faciet omēs pusillos ⁊ magnos
diuites ⁊ pauperes: liberos ⁊ seruos ha/
bere caracterem in manu dextera aut in
frontibus suis: ⁊ ne quis possit vendere
aut emere: nisi qui hēat caracterē aut no
men bestie. s. fraudū: aut numeruꝫ nois
eius. Et. xvj. c. dicit. Primus angelus
effudit phialā suā in terra: ⁊ factum est
vulnus seuū ⁊ pessimū. i. pestis in hoies
qui habebant caracterē bestie: ⁊ eos qui
adorauerūt imaginē ei⁹. hec ibi. ¶ De/
cimūnonuꝫ peccatū est oppressio ex ac/
ceptione ꝑsonarū. Hic dic de diuisione
ciuitatis arctatione: altercatione: discor/
dia: rixa: iniuria: de sanguinis effusione
⁊ silia ⁊c. Ideo dicit Math. xvij. c. Cō
surget gens in gentē: ⁊ regnū aduersus
regnū: ⁊ erūt pestilentie ⁊ fames ⁊ terre/
mot⁹ ꝑ loca. ¶ Uigesimū ē peruersitas
iudicioꝝ. Un̄ dr̄ Isa. i. Quō facta ē me/
retrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iusti/
cia habitauit in ea: nunc autem homici
de. Argētū tuū versū est in scoriā: vinuꝫ
tuuꝫ mixtū ē aq̄. Principes tui ifideles
socij furū. Oēs diligūt munera. sequunt
retributiones. Pupillo n̄ iudicant: ⁊ cā
vidue nō ingredit ad eos. Et. x. c. Ue q
cōdūt leges iniq̄s ⁊ scribētes iniustitiaꝫ
scripserūt vt opp̄merēt i iudicio paupes
⁊ vim facerent cāe humiliū ppli mei: vt
essent vidue preda eoꝝ: ⁊ pupillos diri/
perent. Et. c. v. Ue qui cōiungitis domū
ad domū: ⁊ agrū agro copulatis vsq́ꝫ ad
terminū loci. Nūquid habitabitis vos so
li in medio terre? Dom⁹ multe deſte fiēt
grandes ⁊ pulchre ⁊ absq́ꝫ habitatore. s.
ꝑꝑ pestem. ¶ Uigesimū p̄mū peccatuꝫ
est negociatio dolosa. Un̄ Ezech. xxviij.
dr̄. In sapia ⁊ prudētia tua fecisti tibi for
titudinē. ⁊ acq̄siuisti tibi aurū ⁊ argentū
in thesauris tuis. In multitudie sapiētie
tue ⁊ in negociatione tua multiplicasti ti
bi fortitudinē: ⁊ eleuatū ē cor tuuꝫ in ro
bore tuo. Propter hec dic dn̄s de⁹. Eo
ꝙ eleuatū ē cor tuū q̄si cor dei. Idcirco
ecce adducā sup te alieos robustissimos
gentiū. Et infra. Immittā ei pestilentiaꝫ
⁊ sanguinē in plateis ei⁹ ⁊ corruent inter
fecti in medio eius gladio ꝑ circuituꝫ: ⁊
scient: q: ego dn̄s. hec ibi. ¶ Uigesimū
secūdū peccatū ē ꝑiuriū. Un̄ Hiere. iiij.
c. dr̄. Et iurabis viuit dn̄s in veritate ⁊ i
iudicio ⁊ in iustitia: ⁊ benedicēt eum gē/
tes ipsumq́ꝫ laudabunt. Et infra. Laua
a malicia cor tuum: ⁊ a ꝑiurio vt saluus
